mysteria conficit. Itē ꝛ Amb. li. de sacramentis. hoc qđ cōficimus: corpus ex virgine est. Ad idez de cōsecra. dist. i. vasa. vbi repetit terminus cōficere. Consecrare aūt ꝛ cōficere xp̄i corpus/ꝛ sanguinē: nihil aliud est: q̄ cōuertere substantiā panis in corpus: ꝛ substantiā vini in sanguinē xp̄i verbis saluatoris. Un̄ Ambrosi⁹ in lib. de sacramentis. de cōsecra. dist. ij. panis. ij. Panis est in altari vsitatus añ v̄ba sacroꝝ: vbi accessit cōsecratio: de pane fit caro xp̄i. ꝛ Aug. iiij. de trini. de cōse. dist. ij. corp⁹. i. Corp⁹ ꝛ sanguinē xp̄i dicim⁹ illud qđ ex fructib⁹ terre acceptū: ꝛ p̄ce mystica cōsecratū recte sumim⁹ ad salutē sp̄ualē. Un̄ magister dist. xij. iiij. c. i. Sacerdotes dicunt conficere corpus xp̄i ꝛ sanguinē: q2 eoꝝ ministerio substantia panis fit caro: et substantia vini fit sanguis xp̄i. Cōuersio aūt hec tria dicit: scꝫ substātie panis: ꝛ vini desitionē: accidentium dictarū substantiaꝝ cōseruationē: ꝛ corporis ꝛ sanguis xp̄i sub cōseruatis speciebus ꝛ accidentib⁹ presentialem inceptionē: de quo infra latius differetur. Dico ergo q̄ sacerdos nullum hoꝝ trium facit sua naturali virtute primo modo predicto: quo aliqđ ab alio fieri dr̄. Patꝫ hoc de p̄mo: quia panis desinit esse tā s̄m materiā q̄ s̄m formam. Naꝫ totus cōuertit̄ in corpus xp̄i: vt. i. suo loco dicetur. Nūc aūt actiua sacerdotis virtus nihil hoꝝ facit. Formā panis nō corrūpit: q2 substātialis forma nō corrūpit̄ in materia: nisi per introductionē alicuius qualitatis incōpossibilis illi forme. Uel per destructionē alicuius qualitatis necessario requisite ad inexistentiā talis forme. Cōstat aūt q̄ sacerdos nihil hoꝝ facit per consecrationē: immo nullā qualitatē inducit: vel corrūpit in materia panis per forme cōsecrationis prolationē. Neqꝫ materiā destruit: q2 illa dependet a solo deo/s̄m theologos: ꝛ incipit esse per creationem. Ideoqꝫ desinere nō pōt: nisi per annihilationē/ vel i p̄dictā cōuersionē: ad neutꝝ hoꝝ creata virtus se extendit. Patꝫ de scd̄o: quia sacerdos sua naturali virtute nō cōseruat accidentia panis ꝛ vini sine subiecto: q2 ꝯseruari est dependere ab aliquo in esse: saltē eo mō quo cōseruatur. Manifestū est aūt q̄ hec accidētia nō depēdent a sacerdote: eo modo quo ibi sunt: q2 etiā manēt/ vel manere possunt sacerdote defūcto: vt patꝫ in hostia pro infirmis reseruata. Etiā creatura sicut in p̄ducēdo requirit materiā: ita ꝛ in cōseruādo. Neqꝫ eñ natura creata accidēs cōseruare pōt sine subiecto. Patet etiam tertiū: quia sacerdos corpus xp̄i attingere nō pōt corporaliter vt ip̄m presens faciat: neqꝫ sufficit voluntatis imperium: q2 volūtas humana suo imperio extra se nihil facere pōt. ¶ In Scd̄o dico q̄ sacerdos nihil hoꝝ triū facere pōt suo merito quia tunc sacerdos gr̄a iustificāte carens cōsecrare nō posset: cū sine gratia nullus mereatur: quod est manifeste falsum: nam vt dicit beatus Augu. in li. de corpore dn̄i: de conse dist. ij. Utrū sub figura. Intra sanctam ecclesiam catholicaꝫ: in mysterio corporis xp̄i: nihil a bono mai⁹ nihil a malo minus perficitur sacerdote. Cuius rationem subdit: quia non in merito consecrantis: sꝫ in verbo efficitur creatoris: ꝛ in virtute spiritus sancti: vt. s. latius probatum est lec. ij. Tertio dico q̄ hec fiunt a sacerdote virtute occulta: non insistente: sed assistente. Primū patet: quia hec fiunt a sacerdote: vt probatum est: ꝛ non primo modo/ nec scd̄o patet: ergo tertio modo/ qui est facere aliquid virtute occulta. Scd̄m: q̄ nō virtute insistente p̄bat̄: q2 quelibet virtus insistēs est creatura/ q2 depēdēs: sed nulla creatura sua virtute pōt attingere dictos effect⁹: vt statim supra est deductū. Tertiū patꝫ: q2 sacerdos facit virtute occulta nō insistēte: ergo assistēte. Patꝫ cōsequētia: q2 ois v̄tus occulta aut est insistens aut assistēs. Hec aūt virt⁹ est virtus creatoris: ipsa videlicet dei volūtas. Determinauit eñ deus se ad efficiēdū p̄dicta oia: cū sacerdos intētiōe debita p̄fert v̄ba sup materiā debitā ad hunc effectū a se dn̄o institute. Un̄ vbi. s. dicit Aug. Credendū est q̄ in v̄bis xp̄i sacramenta conficiant̄. Cuius eñ potētia creant̄ prius: eius vtiqꝫ v̄bo ad melius procreant̄. An aūt in verbis cōsecrationis sit aliqua virt⁹ effectiua vel cooperatiua respectu predictoꝝ insistēs: suo loco inquiretur De his beatus Aug. iterū ait. Un̄ hoc sanctissime deus: q̄ sacerdotes cū sint puluis ꝛ cinis: te presentem habeant manib⁹ ꝛ oculis. Nō vtiqꝫ ex debito: nec ip̄oꝝ merito: sed ex tue volūtatis bn̄placito. Hec est vera indulgētia: quā nulli angeloꝝ: nulli archāgelorū: nullis sup̄nis spiritib⁹ sꝫ hoib⁹: nō oib⁹: sꝫ ordinatis: credim⁹ cōcessam tanti reꝫ mysterij celebratio. ¶ Lectio. v. A

Ambrosi⁹.

Augusti.

Conuersio tria dicit.

Natura creata nō pōt cōfuare accidēs sine subiecto.

Augusti.



Circa hanc p̄tātem ꝯsecrādi/ que vt. s. habitū est: inaustimabiliter oib⁹ sacerdotibus cōcedit̄ occurrunt duo dubia. Primum: cū autoritas celebrandi dignissima est: et summa oim ecclesiasticaꝝ potestatum: ecclesie a xp̄o traditaꝝ: cur nō summis eccl'ie hierarchis: vt episcopis est reseruata? Nā cū sacr̄m cōfirmationis: q2 magna reuerētia tenēdū est: a solis pōtificib⁹ debeat p̄fici: vt cōstituit Eusebi⁹ papa de cōse. dist. v. man⁹. Man⁹ quoqꝫ impositionis sacramētū magna veneratione tenendū est: quod ab alijs p̄fici nō pōt: nisi a summis sacerdotib⁹. Nec tp̄e aplōꝝ ab alijs: q̄ ab ip̄is legit̄ aut scit̄ peractū e: sꝫ nec ab alijs q̄ qui eoꝝ tenēt locum vnq̄ p̄fici pōt aut fieri dꝫ. Nā si aliter p̄sumptū fuerit: irritū habeat̄ ꝛ vacuū: ꝛ inter ecclesiastica nūq̄ reputabit̄ sacr̄a. Ergo multo fortiori rōne videt̄ q̄ hoc sacr̄m solis ep̄is fuerat reseruādum qđ etiā ex eo videt̄. Nā maior solēnitas requirit̄ in cōsecratiōe corporis xp̄i: q̄ in cōfirmatione. Eadē rōne videt̄ q̄ solēnior ꝛ excellētior requirit̄ minister. Ad hoc dubiū respondeo: licet propter excellētissimā dignitateꝫ dn̄ici corporis: deceret q̄ officiū cōsecrationis hm̄oi dūtaxat esset pontificibus (immo potius solūmodo summo pontifici) reseruatū: tñ p̄pter vtilitatē quā assequūtur fideles ex missaꝝ frequentia: aliter disposuit diuina sapiētia: cuius prouidentia in suis institutionibus regitur ecclesia. Un̄ multiplex ratio a doctorib⁹ assignat̄: quarū inter alias he sunt: scꝫ diuini cultus dilatatio: humanorū defectuū reparatio: pene mortuoꝝ mitigatio: beneficij redemptionis frequēs recordatio: diuine familiaritatis manifestatio: infidelationis reprehensio.

Dubium primum.

R̄nsio ad dubiū primum.

Ex hoc eni q potestas hec est simpliciter sacer-
dotib9 data: ꝛ nõ soliũ põtificib9: ex frequẽti mis-
sarum celebratione multiplicatur cultus dei: qui pre-
cipuus vel maximus est in eucharistie adoratio
ne: ꝛ eius summo patri oblatione. Deniqꝫ oĩs
ecclesie deuotio est in ordine ad hoc sacrm: ait
Sco. dist. viij. q. j. Propter hoc eni clericus deuo
tius ꝛ maiori diligẽtia persoluit offm diuinum.
Propter hoc ppls deuotius audit missam: qꝫ qd
cunqꝫ aliud officium ecclesiasticũ. Propter hoc
etiã ppls deuotius/ singuliqꝫ cũ maiori diligen-
tia confitentur peccata: dum intendũt fm ecclesie
ordinationẽ saltẽ semel in anno cõicare. Et reue
ra facile ois diuinus cultus euanesceret: si non
missarũ frequẽtia seruaretur. Ex hac quoqꝫ frequẽ
tatione/ quotidiani defectus nostri reparãtur: ꝛ
pene aiarũ in purgatorio existẽtium mitigãtur:
ꝛ redemptionis bñficiũ frequẽter representatur: ꝛ
ad memoriã reducitur: ꝛ diuina familiaritas ex
frequẽti sue presentie exhibitiõe insinuatur: pre-
sentie dico in carne. Et exemplũ humilitatis no
bis exhibetur: vñ elatio nostra reprimitur. Effi-
cax eni humilitatis exẽplũ est q dñs voluit corp9
suũ a simplicib9 personis tractari. Et ita pꝓter
dispendiũ qd sustineret ecclesia ex raritate cele-
brationis cauendũ: ꝛ cõmodũ qd accidit ex fre-
quẽtia assequendũ: ptãs illa omnib9 sacerdoti-
bus est cõicata. Quod vero maior solẽnitas requi
ratur in cõsecratione tanti sacramẽti: attestatur
celsitudini sacrificij: ꝛ in persona consecrãte puĩ
detur nostre vtilitati: ꝛ ita nõ est par ratio in eu-
charistia ꝛ cõfirmatione. ¶ Sunt etiã ideo que
dam reseruata epis: nõ tñ ea per quorum reserua-
tionẽ dispẽdiũ sustineret ecclesia: vt dicit Hugo
ne eadẽ autoritas pꝛsus ab oib9 passim vẽdica-
ta inferiores erga supiores redderet insolẽtes: ꝛ
soluto obediẽtie vinculo scãdalum generaret: vñ
singulariter epis reseruata est cõsecratio chris-
matis: manuũ impositio: cõis bñdictio: cõsecra
tio virginũ: basilicarũ: ꝛ hmõi: vt per hoc eorum
superioritas super alios sacerdotes cognoscatur:
atqꝫ debitum honorẽ ꝛ obediẽtiã a populo cõse
quantur in affectu. Hec oĩa vt. ꝫ. Alexã. de ales.
Alias etiam rationes addit beatus Tho. in. iiij.
scripto dist. xiij. q. j. sed ille sufficiant ad presens.

Chrismatis cõsecratio singulariter epis reseruata est.

¶ B Scõm dubiũ. Cũ tanta sit vtilitas in fre-
quẽtatione huius mysterij: cur etiam non laicis
iustis est cõcessa: presertim qꝛ fm Chry. oĩs sctũs
sacerdos: ꝛ oib9 iustis dr qd ꝫ. allegatũ est. Vos
estis genus electũ: regale sacerdotiũ. Ad hoc rñ
det Sco. dist. xiij. q. ij. li. iiij. Sine omni dubitatio
ne solis sacerdotib9 tradita est ptãs cõsecrandi.
Vñ extra de sum. trini. ꝛ fi. ca. c. firmiter. dr ex cõ-
stitutione Inno. iij. in concilio gñali. Hoc vtiqꝫ
sacrm (loquitur de sacro eucharistie) nemo põt cõ
ficere: nisi sacerdos qui rite fuerit ordinat9 fm
claues ecclesie: quas ipse concessit aplis/ eorũqꝫ
successorib9 iesus xp̃s. Ipse eni in vltima cena (vt
etiã supradictũ est) ait aplis. Accipite ꝛ diuidite
inter vos. Luce. xxij. glo. Accipite ꝛ date. Ex his
verbis dñi discretiue ad aplos directis: patet q
solis aplis immediate hãc dedit ptãtẽ. Ad idem
qd ibi sequitur. Hoc facite in meã cõmemoratio-
nem. Oĩa hmõi tñ cenãtib9 dicta sunt: aplis scꝫ
ꝛ discipulis: quorum successores sunt epi ꝛ sacerdo
tes: vt frequẽter dictũ est. Facit ad idem verbum
apostoli. Panis quẽ frãgimus/ nõne participa-
tio corporis dñi est? Quẽ inquit frãgim9: nos scꝫ
apli ꝛ discipuli. Si eni quilibet posset conficere:
aliũ aliũ frãgere nõ oporteret: sꝫ qlibet posset de
suo sacrificio cõicare. Hoc deniqꝫ tenet roma-

Dubiũ secundum.
Chrysosto.
j. Pe. ij.
Rñsio ad scõm dubiũ
j. Cor. x.

na ecclesia informata ꝛ edocta ab aplis/ qui in
formati erant a dño. Vñ qui cõtrariũ astruũt: a
fidei veritate deuiant: ꝛ infideles iudicãdi sunt
Ad illud vero qd allegatur de Chry. ꝛ Cano. beati
Petri dicendum q nõ dicũtur sacerdotes pꝓprie
scꝫ a sacerdotali ordine: sꝫ mystice: quia scꝫ my-
sticũ sacrificiũ deo offerunt: scꝫ seipsos hostiam
viuentem: sanctam: deo placentem: fm exhorta-
tionem apli ad Roma. xij. Hec Alex. vbi supra.
¶ C Sed aliquis diceret. Etiam dñs solis disci-
pulis dixit. Ite docete omnes gentes: baptizan-
tes eos in noie patris ꝛ filij ꝛ spũssancti ꝛc. Et sꝫ
sic dicendo discipulis contulerit omnib9 officiũ
ꝛ ptãtẽ baptizãdi: nihilominus potestas bapti-
zandi data est ꝛ laicis. Vñ licet sacerdotib9 con
ueniat ex officio baptizare: tñ si laicus baptizat
est vere baptizatum. Sic videtur esse de potesta
te consecrandi. ¶ Itẽ in celebratione duo sunt.
Consecratio ꝛ cõicatio: que etiã separari pñt/ qꝫ
uis nõ debeant: vt in. c. relatũ. de cõse. dist. ij. vbi
dr. Certũ est q hi qui sacrificantes nõ edunt: rei
sunt dñici sacramenti. Refertur eni q quidã cõ-
secrantes nõ cõicabant. Consecratio aũt est pro
pter cõionem: ergo cõmunio maius est qꝫ cõsecra
tio. Cũ ergo laico cõceditur qd maius ẽ scꝫ cõmu
nio: videtur etiam concessum qd minus est. i. cõ
secratio. Item qꝛ potestas cõsecrãdi est ptãs di-
gnitatis: ergo conuenit digniori: sed dignior est
iustus laicus sacerdote peccatore: nam peccator
non est dignus pane quo vescitur: priuatus eni
est omni dignitate: immo etiam dignitate viuẽ-
di. ¶ D Ad has obiectiones dicendum q quia
potestas ꝯsecrãdi: potestas quedã est quã nemo
habet: nisi qui eã a dño acceperit: hãc autẽ dñs
immediate dedit in cena apostolis: ꝛ mediantibus
bus illis/ ceteris. Cũ ergo iustus laicus illam nõ
accepit a xp̃o: patꝫ/ nec ab apostolis: manifestum
est q nõ habẽt eã. Si eni vite dignitas cõferret
eã: etiam angeli ꝛ magis virgo benedicta eã habe
rent. Qd vero apostoli hanc potestatem laicis nõ
dederũt: patet ex ritu ecclesie ab ipsis apostolis
ad nos successione legitima descendente: q ma-
gne est autoritatis: vt. ꝫ. habitum est lec. ij. Tem
pore autem apostolorum baptizabãt diaconi: vt patꝫ
de philippo diacono eunuchũ candacis regine
baptizante. Et quoniam in omni gente etiam in
infidelibus: a quibus aliquis exercebatur cult9:
aliquibus personis specialiter committebatur
potestas offerendi deo: et consecrandi ea q sunt
secundum ritum suum offerenda: qui et in illis
primatum tenent: quod etiam apud pharaonẽ
regem egypti seruatum legitur. Cum ergo in ec-
clesia est ordinatissima potestas offerendi deo ꝛ
consecrandi: que secundum legem christi offerẽ
da ꝛ consecranda sunt deo: congruum fuit illam
aliquibus precipuis personis dari: hi autẽ sunt
sacerdotes. De baptizandi autẽ officio nõ est si
mile: qm cũ illud sacrm est necessitatis: sꝫ officiũ
baptizãdi sit sacerdotib9 spãliter datũ: oĩbus tñ
instãte necessitate est cõcessum. Et sꝫ sit aliq simi
tudo illarum cõmissionũ in gñe: quãtum ad hoc q
vtrũqꝫ. Accipite scꝫ ꝛ comedite ꝛc. ꝛ Ite baptiza
te: solis discipulis dictũ sit: tñ vt patꝫ ex sacris se-
quẽtib9 ꝛ ipsorum apostolorum institutionib9 differẽ-
ter cõmittitur potestas consecrandi ꝛ baptizandi
Nã in collatione ordinis sacerdotalis: quo po-
testas cõsecrãdi cõfertur: spãlib9 signis: scꝫ manuũ
vnctione: calicis cũ patena et hostie porrectio-
ne: et certa verborũ forma hanc potestatẽ expsse
significãte: datur ptãs: vt cognoscant se in illo or-
dinis sacramẽto autoritatẽ consecrandi accipe

re/ et

Mat. vlt.
Duo sunt in celebratione.
Act. viij.
Gen. xlvij.

re/ ꝛ potestatem: placabiles deo hostias offerendi: vt dicit Hugo. Non sic autem datur potestas determinata ad baptizandum: sed ex consequenti ad illam que est consecrandi: ꝛ que est ligandi ꝛ soluendi (que etiam speciali signo: manus scilicet impositione datur) officium baptizandi consequitur: non specialiter traditur: ꝛ ideo etiam in necessitate alijs concessa designatur. Ordinatio autem sacerdotū ad consecrandū ꝛ hierarchizandū ecclesiam dei ab ipsis apostolis cepit: vt patet ex epistolis pauli ꝛ actibus apostolorū. Et beato Dionysio in de ecclesiastica hierarchia ca. iij. ꝛ vi. ritum huius sacramenti: ꝛ etiam ordinis describente: qui fuit tempore apostolorum. Et per hoc patet ad primam obiectionem. ¶ Ad secundam vero dicit post Alexandrum de ales: ꝙ ꝛ si cōmunio sacra sit maior in effectu sanctitatis ꝛ gratie quam confert digne suscipienti: ꝯsecratio tamen est maior in excellentia sine autoritate potestatis: vnde magnitudo hec ꝛ illa non sunt eiusdem generis: ꝛ ita nec magis nec minus: ꝛ propter hoc nō sequitur: ꝙ qui potest in hoc quod maius est: potest et in illud quod minus est: sicut lucere excellentius est ꝙ̄ calefacere: nec tamen quicquid potest lucere: potest calefacere. Instātia est de luna. ¶ E Ad tertiā dr: ꝙ ē dignitas meriti: ꝛ est dignitas autoritatis vel officij. Sacerdos iniustus etsi caret dignitate meriti: gaudet tn̄ dignitate officij. Laic⁹ iustus ecōtrario caret dignitate autoritatis: gaudet tn̄ dignitate meriti. Potestas autem cōsecrādi consequitur dignitatem autoritatis: non meriti: vt. s. patuit. Non in merito consecrantis ꝛc. Illa tamen potestas quanto maior ꝛ dignior est: tāto malis sacerdotibus ea abutentibus periculosior est. Nam etsi dominus suorum beneficiorū ingratos nonnunꝙ̄ per beneficiorum subtractionem castigat: grauius tamen punit: dum illa non tollit: sed ea permittendo conseruat in reprobis ad eorum ingratitudinis confusionem: verecundiam: ꝛ grauioris damnatiōis iudicium: vt. Qui in sordibus est sordescat adhuc. Et sicut multo tēpore non sinere peccatoribus ex sententia agere: sed statim vltionem adhibere magni beneficij indiciū est: vt hr. ij. Machab. vi. ita petōrib⁹ dona sua ꝯseruare: eosqꝫ in petis sustinere vt cum iudicij dies aduenerit: in plenitudine peccatorum puniat: grauis ire iudicium est. Ad quod pertinet illud apl̄i: de iudeis gratiam christi cōtēnentibus vt impleant peccata sua semper. Peruenit enim ira dei super illos vsqꝫ in finem. Sic s̄m Aug. ad permenianū: sacramētalis ptās in bonis ꝑmanet ad ꝑmiū: in malis ꝑmanet ad iudiciū. Sic tn̄ bn̄ficiū saluatoris iusto iudicio dei ꝑmanet in sacerdotibus malis: vt qđ in eis fuit indiciū diuine familiaritatis: ꝛ quasi arra glorie excellentie: fit illis in penam ꝛ ꝯfusionē maiorē coram electis pariter et dānatis. Ecce habent sacerdotes christi/ vn̄ in dn̄o glorientur: habent vn̄ timeāt ꝛ humiliētur: habēt vn̄ mūde ꝛ sollicite corā dn̄o ambulēt: vt in gl̄ia cū fideliter mysteria dei dispēsantibus premientur. Et tn̄ de ptāte ordinis necessario requisita in ministro/ ad effectum consecrationis.

Apo. xxij.

j. Thes. v.

Augustin⁹.

¶ Lectio. vj. A

INter ea que ex parte ministri ad huius sacrificij perfectionem de necessitate sacramēti superius dictum est requiri: s̄m fuit sermonis facultas. Per cui⁹ defectum ab hoc ministerio excluduntur muti ꝛ elingues: etiam si fuerint sacerdotes rite ꝛ legitime ordinati. Cum enim sicut cetera noui testamenti sacramenta: ita ꝛ eucharistie consecratio certam exigit materiam: expssaꝫ quoqꝫ verborum formam: s̄m illud Aug. homel. lxxx. ꝛ habetur. i. q. j. detrahe. Accedit verbum ad elementum/ et fit sacramentum: si alterum illorū deficit: non fit consecratio. Et quoniam verborum formam muti ꝛ elingues proferre non valent: manifestum est ꝙ non possunt hoc tantum conficere sacramentum. ¶ Et si queritur. Quid si sacerdos mutus cetera in altari ageret: ꝛ alius sacerdos consecrationis verba proferret: nonne mutus consecraret? Nec obstat vt videtur: ꝙ vnus a pluribus baptizari non potest: quin eadem hostia siue panis possit a pluribus consecrari. Nam consueuerant presbyteri cardinales romanū circunstare pontificem: ꝛ cum eo pariter celebrare. Similiter in multis ecclesijs consuetum est in ordinationibus sacerdotum/ nouellos sacerdotes suo ordinatori episcopo concelebrare: quod etiam regulariter in consecratione episcopi obseruatur: tunc enim ordinator episcopus vna cuꝫ duobus episcopis coadiutoribus: ꝛ nouello episcopo cōsecrato: missam consecrationis simul perficiunt. Ad hoc respondetur/ ꝙ in casu sacerdos mutus non consecrat: licet cerimonialia in gestis ꝛ vestitu perficeret. Cuius ratio est: quia nihil eorū facit que sunt de necessitate consecrationis. Nam vestes sacre: ꝛ gestus corporis cerimonialia sunt ꝛ non sunt de necessitate consecrationis: vt. j. dicetur. Formam autem que de necessitate requiritur: ipse non profert: ideo non consecrat. Sacerdos tamen adstans si formam cum intētione cōsecrandi profert: vere consecrat: licet cerimonialia non perficiat. Et in casu est vera consecratio: sed non per mutum: sed per sacerdotem verba cōsecrationis (vt dictum est) proferentem. Nec est simile si mutus puerum intingeret seu immergeret: ꝛ mancus formam proferret: in hoc casu puer baptizatus non esset: quia sacramentum baptismi non nisi ab vno baptizante perfici potest: qm̄ forma baptismi vnam personam exprimit: scilicet Ego te baptizo ꝛc. Que forma si in casu a manco proferretur: falsa esset: quia ipse non baptizat cū non immergat. Si vero diceret: nos baptizamus ꝛc. iam forma debita non seruaretur. Est sententia Alexandri ꝛ Scoti. ¶ B Sed contra hoc qđ additum est: ꝙ vnus panis potest a pluribus cōsecrari: hoc non videtur: quoniam aut isti plures concelebrantes verba consecrationis simul proferrent: aut non. Neutrum dici potest. Nō simul quia tunc frustra pronunciantur: et superfluunt quecunqꝫ proferūtur nisi ab vno solo: cū ab vno solo pronunciata sufficiunt ad cōsecrandum: si non omnes simul: ꝛ constat ꝙ qui primo pronunciat conficit. Quid ergo faciunt ceteri? Nūquid iterant sacramentum? Sed hoc est inconueniēs: quoniam etsi sacramentum eucharistie est iterabile quantum ad sumptionem: non tamen quantum ad eiusdem materie consecrationem: vt vult Tho. in. iiij scripto. distin. vi ꝛ doc. concorditer. ¶ Item posset contingere ꝙ ille non ꝯficeret qui celebraret principaliter: et ille conficeret qui secūdario celebraret idest qui concelebraret: ꝛ sic intentio prima principaliter celebrantis defraudaretur. Ad illa respōdet Alexan. de ales parte. iiij. q. xxxvi. arti. viij. Cardinales inquit presbyteri cōsueuerunt romanum circunstare pontificem: et cū eo pariter celebrare. Cumqꝫ cōsummatū est sacrificium: de manu eius cōionē accipere/ signantes aplos/ qui cū dn̄o pariter discūbentes: sacra-

Ratio quare sacerdos mutus non consecrat.

Alexan. de ales.

mentum de manu eius eucharistie acceperunt: ⁊ in eo ꝙ celebrant ostendūt apostolos a dño ritū huius sacrificij didicisse: vñ hec est causa concelebrationis. ¶ Consequenter dicendum est ꝙ simul debent cōsecrationis verba proferre. Et tūc ad illud quod obijcit dicendum: ꝙ verba ceterorū non inaniter proferuntur: q̄ licz prolatio vnius sufficeret ad consecrationem: tñ quia intentio est omniū vnam celebrare ꝯsecrationem: assequunt quod intendunt: ⁊ quantū ad ꝯsecrationē: ⁊ quātum ad significationem: ad quaz non sufficerent verba ab vno prolata. Et q̄ intentio dirigit opus: eo ipso ꝙ est vna omniū intentio: est etiā vna omniū operatio: idest cōsecratio. ¶ Si queris: quid si non simul proferant verba? Respondet idē doctor post Innocentium. Sane potest dici ⁊ probabiliter respōderi: ꝙ siue prius siue posterius proferant sacerdotes: referri debet eorū intentio ad instans prolationis episcopi cui principaliter cōcelebrant: ⁊ tunc omnes simul consecrant: ⁊ conficiunt: q̄uis nonnulli sentiant: ꝙ qui prius pronunciat ille consecret. Nec aliorum fraudatur intentio: quia factū est quod intendūt. Hec Alexā. ¶ Uerum quia pauci ordinandi in hoc sunt satis instructi: ideo videtur cautior modus ꝙ presbyteri in sua ordinatione nō concelebrent epo: nec canonem legāt: qui modus in metropoli maguntina obseruatur: cui ꝯprouinciales se merito cōformarēt: iuxta. c. de his. dist. xij. ⁊ de consecra. dist. ij. institutio. Et hec sufficiāt de scdo ex parte ministri ad cōsecrandū de necessitate requisito.

¶ C Tertium qd de necessitate ad consecrandū ex parte ministri requiritur est integritas intētionum: hec enim non modo ad consecrationez: sed etiam ad cuiuslibet sacramenti perfectionem requiritur. Sed ad propositum de cōsecratione eucharistie disseramus. ¶ Quod autem integritas intentionis requiratur: ex eo patet: quia ꝯsecrare est actus humanus: nam soli homini concessus est: vt ex predictis patet: ideo necesse est vt fiat p actum humanum: sed actus qui fit preter intētionem casualiter: vel fortuitu: aut ex quadā phantasia: non est actus humanus: sicut fricare barbaz sine intētione preuia: ⁊ similia: quoniam hos habemus cōmunes cum brutis. Preterea ministerium consecrationis est opus voluntatis rationalis ⁊ deliberate: quod aūt est hmōi: non pertinacia vel impetu exercendū est: sed cōsideratiōe rōnis ⁊ directione intētionis. Iniuria eñ et irreuerentia fieret sacramento: si sine intētiōe fieret.

An ad cōsecrandū de necessitate requiratur ministri intentio.

¶ Item sacramenta data sunt a christo ecclesie: ideo non cōficiūtur aut dispensantur nisi per ministros ecclesie: ergo est actus sacramētalis actus ministerij ecclesiastici. Necesse igitur est vt ꝯcurrat intentio ministri: vt agat tanq̄ minister ecclesie. Prima ratio est Scoti in iiij. dist. vj. q. vj. Alie sunt Alexan. iiij par. q. xiij. arti. j. Sed cuius intētio requiritur tanq̄ obiecti? Hoc est quesitum. Quid intendere debet sacerdos? Respondetur: debet intendere facere illud quod ecclesia intendit. Huius enim in hoc actu minister est. Intendit autem ecclesia facere per suos ministros institutos quod fecit christus. Et quid fecit christus? Certe benedixit: gratias egit: fregit/ et dedit discipulis dicens. Accipite⁊ comedite: hoc est corpus meum. Et hec dicens: panem in corpus: ⁊ vinum in sanguinem transsubstantiauit. Hoc ergo intēdit ecclesia vt fiat conuersio ⁊c. a christo per sacerdotis ministerium: ⁊ hoc est quod intēdere debet sacerdos: cuius intentio vt ministri referri debet ad intentionē ecclesie cuius est minister. Nec tñ oportet ꝙ pretendendo precogitet particulariter vt panis in corpus: ⁊ vinum i sanguinem suo ministerio conuertatur: sufficit ꝙ in genere intēdat hoc facere quod ecclesia per suum ministerium (alias ministrum) intēdit facere: etiam si nesciat vel non cogitet in particulari quid illud sit quod facere ecclesia intendit. Unde vt dicit Sco. in. xiij dist. xiij. q. ij. schismaticus ⁊ hereticus: et qd plus est hereticus: circa eucharistiaz habere potest intentionem ecclesie in conficiēdo: si intenderet in vniuersali quod christus instituit faciendum: et quod ecclesia facit: licet non intendat in speciali quia credit eucharistiam nihil valere: hoc est nō esse: seu continere verum corpus Christi: sicut aliquis bone fidei posset proferre verba incantationis: quibus vtuntur magi vel mage circa illam materiam circa quam alij vtuntur: non credens ea quicq̄ valere: intendens tamen in generali illa proferre ad illum finem ad quem illi proferunt: quasi diceret ⁊ intenderet: fiat quod fieri potest: licet crederet per illa nihil fieri posse. Illa ergo generalis intentio sufficit cum ceteris requisitis ad conficiendum. Propter quod ⁊ sacerdos hereticus conficere potest/ dum huiusmodi intētionem habuerit generalem. Huic etiam concordat doctor irrefragabilis parte. iiij. q. xxx. art. v. Cum ergo hec generalis intentio sufficit: ⁊ potestas conficiendi est inauferibilis: neqz per heresim: neqz per penam canonicaz tolli potest: vt. S. lectione. ij. probatum est: patz ꝙ qui ius sacramētale amittere non potest: nec ius cōficiendi amittere potest.

Scotus.

¶ D Sed contra hoc videtur. Nam verba consecrationis efficaciam habent ex fide: vnde Augu. cum dixerat. Accedit verbum ad elementum: ⁊ fit sacramentum: subdit. Non quia dicitur: sed quia creditur. ¶ Item sacramenta noue legis habent fundamentum baptisma: quod est sacramentum fidei: ideo omnia sacramēta habent fidem fundamentum et virtutem a fide. Fides est fundamentum omnium bonorum. Glo. in. c. illi offerunt. j. q. j. Ideo si infidelis aut hereticus attentat conficere: deficit in opere suo ab eo quod est fundamentum: ⁊ a quo debet esse virtus sacramenti: ⁊ per consequens non conficit. ¶ Itē Aug. ⁊ habetur. j. q. j. extra ecclesiam. Extra ecclesiam catholicam non est locus veri sacrificij. Itē Hiero. super Amos. Odit deus sacrificia hereticorum: detestatur fetorem eorum: ergo cum ipsi celebrant: nec seipsum mittit/ nec angelos: vt intersint sacrificio: sed si non est ibi celestis missus non est ibi missa. Ob hoc enim dicitur missa: eo ꝙ celestis missus ad consecrandum ⁊ viuificandū corpus adueniat: magister di. xiij. quarti. Et ita non conficiunt verū corpus christi. ⁊ Cyprianus in epistola contra hereticos: ⁊ habetur. j. q. j. Si quis. iiij. Constat oleū vnde baptizati vnguntur: sanctificari: ⁊ eucharistiam fieri nō posse: vbi nulla spes est: ⁊ fides falsa: vbi omnia per mendacium geruntur. Multa ad idem adduci possunt. Item magister dist. xiij. quarti. In huius mysterij expletione sicut formam seruari: ita ordinem haberi: vt scilz sit sacerdos: ⁊ intentionem adhiberi oportet: vt illud facere intendat: sed si non credit de illo mysterio sicut veritas habet: nunquid pōt intendere illud conficere? Et si nō intendit: nunquid conficit? quasi diceret: non.

Hierony.

¶ E Ad illa respondetur ꝯcedendo ꝙ sacramēta habēt aliquā efficaciā ex fide: que fides est eis essentialis: non fides ministrantis: sed fides ecclesie. Et hoc q̄ sacramenta sunt ecclesie: sed ipsi ministro ratione actualis ministerij intentio est necessaria: ne

excellētie sacramēti: actio irrationalis: & per hoc
nō humans preiudicet. Unde q2 sacramentū est
ecclesie: requiritur fides ecclesie: et quia actuali-
ter ministraſ a cōsecrante: requiriſ intentio con
secrantis. Per hoc ad Aug. Extra ecclesiam non
est locus veri sacrificij. Respondetur dupliciter.
Primo extra ecclesiā .i. extra formaȝ ecclesie. Uel
sic: extra ecclesiā nō efficit sacramentum quod fi
gurat .s. salutē: q2 hereticus conficit et accipit ad
sui dānationē: & confert alijs in simili errore posi
tis. Unde .i. q. i. ꝙ quidā. §. Quis. Quāuis posset
generaliter dici: sacramēta que apud hereticos
non aliter ꝙ̄ in ecclesia celebrantur: vera et rata
esse quātū ad se: falsa vero & inania quantum ad
effectum: & in his a quibus male tractātur: et in
his a quibus male sumunſ. Nec miruȝ. Ipsa eṁ
salus nostra buccellam inde dedit: statim cū huc
cella nō bonus: sed malignus spiritus intrauit.
Non q2 bonus nō daret bonū: sed q2 malus ma
le accepit bonū: sicqȝ bonū effectum nō habuit:
quia vbi illud faceret nō inuenit. ¶ Ad secundū
dicendū ꝙ fides que est fundamentū & virtus sa
cramentoꝝ nō est fides ministri cōsecrantis: aut
etiā fides suscipiētis: sed est fides ecclesie: quam
sequiſ intētio cōficiētis: quā intentionē genera-
lem ecclesie: habere potest hereticus: non solū in
alio: sed etiam in huius sacramēti articulo: vt su
pra dictū est. Et dicit idem Alex. de ales. Ad hie-
ronymuȝ dicitur ꝙ in sacramentis hereticorum
quedā sunt que a deo sunt: et illa non odit deus:
vt character ordinis: et verba consecrationis: et
vi illoꝝ conficiūt heretici: que etiam sunt cōmu-
nia eis et ecclesie: et sic ex eo qꝺ est eis et ecclesie
cōmune: conficiunt. Sunt etiā in eorū sacrificijs
quedam mala .s. infidelitas: perfidia: inobedien
tia &c. hec odit dn̄s. Quātū ad ea q̄ bona sunt .i.
consecrationem: que fit in forma ecclesie: mittit
seipsum et angelos: adsistit eṁ signo suo: qꝺ esse
voluit certum efficax & practicum: non obstante
malicia ministrorū. ¶ Ad autoritatem cypriani
dicitur ꝙ intelligi dȝ de hereticis qui formam ec
clesie non tenēt. Quod patet per illud qꝺ addit.
Ubi oīa per mēdacium geruntur. Illa dicunſ geri
per mendacium: que extra formā ecclesie gerun-
tur. Uel si aliud voluit: in hoc errauit: et correct⁹
est a beato Augu. ¶ Ad magistrū dicendū ꝙ ma
gister soluit cum subdit. Aliqui dicunt: non recte
sentientem de illo mysterio posse intendere: non
quidē illud conficere: qꝺ iam esset recte credere:
sed illud agere quod geriſ ab alijs: et sic adhibeſ
intentio et impletur mysterium. Et ita satis pa-
tet ꝙ intentio de necessitate requiriſ in sacerdo-
te. Intentio dico generalis faciēdi quod ecclesia
facit. ¶ § Sed queritur verum requiritur actua

Dubium.

lis intentio talis que dicta est: in prolatione ver

Solutio dubij.

borum cōsecrationis? Ad huius questionis solu
tionē aduertendū post doctorē subtilem in. iiij.
di. vi. q. vi. ꝙ triplex distinguitur intentio: actua-

Intētio est triplex.

lis: habitualis & virtualis. Actualē intentionem
habet qui habet actū in voluntate elicitū respe-
ctu huius quod intēdit: vt dū quis habet actua-
le velle intrare ecclesiā: actualiter intendit intra
re ecclesiā. Habitualē habet: qui habet in se ha-
bitū derelictuȝ ex actu intētionis frequētato: in-
clinantē eū ad similes actus: qualē etiaȝ habere
potest dormiens habituatus. Intentionē virtua
lem hȝ is qui ex virtute intentionis actualis pre-
habite: ꝓcedit in opus ex illa tanꝙ̄ ex radice: ita
ꝙ illa intentio actualis sit principiū ordinatum
ad oēs illos actus sequentes: sicut intētio finis
habet in se intentionem mediorum ad hunc finē
ordinatoꝝ. Et ita in qualibet actuali intentionē
medij: manet virtus prime intētionis: pro qua i-
to illud mediū non assumeretur: nisi precessisset
intentio prima actualis: quasi finis in quem me
diū hoc ordinaſ. Exemplū sicut modo intendēs
ire ad sanctū Jacobū: ex intentione huius finis
ordinat multa alia necessaria ad illum finem: exe
quēs autē illa ordinata: nō semper cogitat de eū
do ad sanctū Jacobuȝ: sed sepe per operationes
circa media / vel alias distrahiſ ab actuali inten-
tione prima: nihilominus tamē oīa diciſ facere
ex prima intentione: et virtualiter habere illam
primā intentioneȝ in prosecutione mediorū: pro
quanto he actiones medie processerunt a prima
actuali intentione: & in eam tanꝙ̄ in finem ordi-
nātur. Quod ex eo patet: quia interrogatus cur
hoc agis: statim respōderet: ꝓpter ire ad sanctū
Jacobū. ¶ § Ad propositum dicitur. Primo qꝺ
ad cōsecrandum nō requiritur intētio actualis
consecrandi in ꝓlatione forme cōsecrationis.
Patet: nam non requiriſ maior intentio in cōse
cratione: ꝙ̄ in meritoria operatione: quia opera
tio nō est meritoria nisi ex proprio conatu volun
tatis: nō tamē excludēdo gratiā. Consecratio au
tem efficax est ex ṽbo creatoris. Nūc autē in ope
ratione meritoria nō requiritur semper actualis
intentio ad merendum .i. actualis relatio actus
sui meritorij in deum: alioquin cōtinuās actum
meritoriū cuȝ distractione non mereretur. Et in
exemplo proposito: ambulās ad sanctū Jacobū:
dū actualiter de hoc non cogitaret non mereref.
Nec sancti martyres tolerantes durissimas pe
nas distracti: aut forte absorpti immanitate pe-
narū: propter qꝺ non semper cogitauerūt actua
liter illa pati pro fide xp̄i seu iustitia: meruissent:
qꝺ est inconueniēs. Et ꝓpterea non est verisimi-
le deū sacerdoteȝ obligasse ad pene impossibile:
vel saltem nimis difficile in illo actu: cuiusmodi
est nō distrahi ab actuali intentione: cū ſm btm̄
Aug. in secūdo de libe. arbi. nō sit in potestate no
stra quin visis tangamur: hoc est que offeruntur p
intellectū volūtati. ¶ Secūdo dico ꝙ nō sufficit
habitualis intentio: q2 consecrare (vt dictū est)
debet esse actus humanus. Actus autē etiam cō
formis habitui: si nō sit a volūtate intendēte: sed
aliūde preter intētionē euenit: humanus nō est.
Nam si quis habeat habitū inclinantē ad desi-
deriū sanitatis: si currat nō intendēs per hoc sa
nari sed ludere: nō diciſ cōsequi sanitatē p actuȝ
humanum: sed casualiter vel fortuitu. Sola ergo
intētio habitualis nō sufficit respectu finis act⁹
humani vt humani. ¶ Tertio dico ꝙ ad cōsecrā

Ad consecrandū requiritur / et sufficit in sacerdote intentio virtualis.

dum requiriſ: & sufficit in sacerdote intentio vir-
tualis: hoc est requiritur & sufficit ꝙ sacerdos ha
buerit intētionē actualē cōsecrandi: ex qua ꝓces
sit ad opus celebrationis: et sufficit hec intentio
etiā si in verbis cōsecrationis distrahatur nihil
actu cogitās de cōsecratione. Et hec vera sunt: si
opus celebrationis ꝓcessit ex prima intentione
actuali sine omni motu cōtrarie volūtatis inter
ueniēte: qui si interueniret: & nō de nouo intēde-
ret cōsecrare: quis ꝓferret cōsecrationis verba:
non tamē cōsecraret: q2 tunc nō adesset intentio
actualis: nec virtualis. Hec multū quietāt scru-
pulosas cōsciētias: quis nō minus cōgruit vt sa
cerdos per preuiā deuotā recollectionē virium: &
intentionis firmationem omnia distrahentia et
impertinentia posse tenus excludat: ac deuotius
actualiter intendere satagat: abigens manu san
cte discretionis volucres cogitationū peruersa-
rum: importune se ingerentiū: et sacrificij fructū

violare cupientium: exemplo patriarche abrae: ne musce morientes perdant suauitatem vnguẽti.i.cõsolationem et gustum dulcissimum huius diuinissimi sacramenti. Et tantum de his que ex parte ministri requiruntur ad necessitatẽ sacramẽti: que fuere potestas ordinis: facultas sermonis: et integritas intentionis.

¶ Lectio.vij. A

Expeditis his que ex parte ministri requirũtur ad simpliciter cõsecrandum: vidẽda sunt cõsequẽter que ex parte eiusdẽ requirunt ad ordinate cõsecrãdum: et hec sunt duplicia: vtꝫ impedimentorum amotio: q̃rũ aliq̃ sunt tm̃ culpe: aliq̃ tm̃ pene: aliqua nec culpe nec pene. Secundũ est cõuenientiũ appositio.

Impedimẽta quibus sacerdos impeditur ab o:diata celebratione.

Impedimẽta que sunt tantũ culpe: quibus sacerdos impedit ab ordinata celebratione sunt pctã mortalia: qđ pꝫ: nã ordiate celebrat q̃ celebrãdo non peccat. Inordinatio enim in celebrãdo defectus est nõ naturalis: sed moralis: omnis eñ talis peccatũ est: ergo a cõtrario sensu: qui celebrãdo peccat: inordinate celebrat. ¶ B Peccat autem mortaliter quicũq; in mortali saltẽ sciẽter celebrat. Quod ꝓbat autoritate ꝛ ratione. Autoritate apostoli. Qui mãducauerit panẽ hũc ꝛ biberit calicem dñi indigne: reus erit corporis et sanguinis dñi. Et sequit. Iudiciũ sibi mãducat ꝛ bibit.i.dãnationẽ. Dãnationẽ autẽ nõ inducit nisi peccatũ mortale: nõ aũt hoc dũtaxat de cõmunicante: sed etiã multomagis de celebrãte dicitur. Unde glosa beati Amb. Indigne mãducat / qui aliter celebrat q̃ a christo traditum est. Et qui indeuota mẽte accedit ad eucharistiã: vel in voluntate peccãdi manet: ille reus erit corporis et sanguinis dñi.i.mortis xp̄i penas dabit.i. ac si xp̄m occiderit punief. Hec glo. Cũ dicit: qui aliter celebrat mysteriũ eucharistie: q̃ a christo traditum est: hoc dicit quantũ ad cõficientes siue cõficere volẽtes: qui nõ deuota mẽte ex cordis desiderio ad eucharistie cõsecrationẽ accedũt. Sic eñ tradidit xp̄s ex maximo charitatis desiderio: vnde et ait apl̄s. Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscũ anteq̃ patiar. Luc.xxij. Hoc autẽ facit qui nõ discernit corpus dñi ab alijs cibis: sed indiscrete ꝛ negligenter tractat et sumit: venerationẽ singulariter huic sacramẽto debitã nõ exhibẽs. Quod notat per apostolũ cũ addit. Non dyudicãs corpus dñi. ¶ Et quod sequitur in glo. Uel in volũtate manet peccãdi: dicit quãtum ad cõficiẽtes ꝛ sumẽtes. Sic ꝛ illud glo. Indignus est ꝛ reus qui beneficiũ eius in irritũ ducit: quod facit quisquis sacramentuꝫ salutis nõ tractat: vel sumit (obstãte mortalis peccati obice) ad salutẽ. ¶ Itẽ magister dist.xij.quarti. Indignus est qui aliter celebrat mysteriũ q̃ christ⁹ celebrauit: vel qui habẽs mortale peccatũ accedit. Probat idẽ ratione: quoniã actus conficiẽdi eucharistiã nobilissimus et excellẽtissim⁹ actus est omniũ potestatũ ecclesie: ergo multomagis peccat hunc indigne ꝛ in mortali peccato exercens: q̃ aliũ actum cuiuscunq; potestatis vel ordinis. Sed exercẽs aliũ actũ ordinis in mortali: mortaliter peccat: vt supra lec.ij.deductũ est: ergo a maiori conficiẽs et exercẽs eucharistiam in mortali peccato: peccat grauiori modo mortaliter: quia actus cõficiẽdi eucharistiã nobilissimus est omniũ actuũ ecclesiasticorum: vt.s.deductuꝫ est. Preterea omnis cõsecrãs etiã sumere debet eucharistiã: vt in .c.relatũ.de cõse.di.ij. vbi dicif. Modis omnibus tenendum est: vt quotienscũq; sacrificans corpus ꝛ sanguinẽ dñi nostri iesu christi in altari immolat: totiens perceptionis eius participẽ se prebeat. Cum ergo sumẽs ꝛ manducãs in mortali indigne sumit: ꝛ mortaliter peccat: ergo ꝛ consecrans: qꝛ cõsecrans etiã est manducans.

1.Cor.11.

Luce.xxij.

¶ C Quod etiã sumẽs in mortali peccet mortaliter: ex hoc deducit beatus Tho.in.iiij.scripto. dist.ix.q.iij.qꝛ talis abutitur sacramẽto: ꝛ q̃to sacramentum est dignius: tanto abusus grauior. Quod vero abutaf: patet ex tribus que in hoc sacramento attendunf: que sunt sacramentũ tantum: sacramentũ ꝛ res: ꝛ res ꝛ nõ sacramentum. Quantũ ad primũ habet rationẽ cibi ꝛ potus: cibus autẽ nõ cõpetit nisi viuẽti: ꝛ ideo carens vita gratie per mortale mortuus est spiritualiter: ꝛ ita abutif sacramẽto. Peccatũ eñ tale ideo mortale dicif: eo q̃ mortificat animã quoad gratiaꝫ gratificantẽ: non quoad gratiã gratis datã: quã etiã habẽt heretici: pagani: iudei: qui tamẽ etiaꝫ maxime peccare videnf: ꝛ tamen vt communiter alijs habiliores videnf. Quoad secũdum sumif ibi christus qui est sanctussanctorum: vnde receptaculũ eius dꝫ esse sanctũ: ideo qui sumit cũ cõtrario sanctitatis.i.cõsciẽtia mortalis peccati: abutitur. Quoad tertiũ: qꝛ accedens significat se ad vnitatem corporis christi mystici tẽdere: vnde si peccatũ mortale in cõsciẽtia teneat per qđ a corpore mystico separaf: fictionis culpã incurrit: et ita abutif sacramẽto. Hec Th. Ex illis sequif q̃ sacerdos in mortali pctõ celebrans peccat duobus mortalib⁹ peccatis distinctis. Uno qꝛ indigne ꝯsecrat: alio qꝛ indigne mãducat. Patet clare ex ꝓmissis: qꝛ mãducare ꝛ consecrare duo act⁹ sunt distincti: et in qualibet indigna executione cõmittif pctm̃ mortale. ¶ Sed di. aliquis. Si ita se habet officiũ consecrãdi: impossibile esset sine mortali eucharistiã cõsecrare aut sumere: ꝛ ꝑ cõsequẽs nulli est sacrm̃ illud ad salutẽ: ꝓbaf eñ sequela: qꝛ cõsecrãs aut est in pctõ mortali vel nõ. Si primũ ex dictis indigne sumit et ad iudiciuꝫ: et ita mortaliter peccat. Si non: quia tamen nemo de se scire potest an odio vel amore dignus sit. Quis potest dicere mundum est cor meũ: purus sum a peccato. In tali dubio accedẽs: periculo mortalis peccati se exponit: et per cõsequẽs mortaliter peccat: ſm illud. Qui amat periculuꝫ peribit in illo. ¶ D Ad huius replice solutioneꝫ duo vidẽda sunt. Primo quot modis aliquis dicitur esse in mortali: et qui horum modorum reddunt accedentem indignum. Secundo quomodo in cõsecratione ꝛ sumptione possit vitari nouum mortale. De primo notat Sco. dist.ix.iiij.q. vnica q̃ aliq̃s potest intelligi esse in mortali tripliciter. Primo in actu siue actualiter: quia tunc peccat actualiter peccato mortali actu interiori vel exteriori: vtputa qui habet volũtatem respectu actus peccati preteriti: presentis vel futuri. Hec enim volũtas que est actus elicitus: est mortale peccatum primo et intrinsece: quo nõ existẽte: actus imperatus nunquam est peccatum.

Thomas aquinas.

Sacerdos in peccato mortali celebrãs peccat duob⁹ pctis mortalibus distinctis.

Eccl'a.ix.

Prouer.xx.

Eccle.iij.

Aliquis est in pctõ tripliciter.

¶ Pro cuius declaratione notandum q̃ actus voluntatis est duplex: scilicet actus voluntatis elicitus: et actus voluntatis imperatus. Actus voluntatis elicitus est actus productus ab ipsa voluntate sine imperio ipsius voluntatis: vt

Duplex est actus volũtatis.

velle

velle peccare:velle dare eleemosynaz. Sed actus
imperatus voluntatis est actus pductus ab ali-
qua potentia mediante imperio voluntatis: duz
talis actus possit esse in potestate voluntatis: vt
velle audire lectionem imperatũ a volũtate:velle
facere hoc vel aliud imperatum a voluntate. Se-
cundo aliquis intelligitur esse in peccato:qr post
peccatum preteritum:de quo non recolit: non pe
nituit/nec peniter. Tertio quia etsi penituit aut
peniter:nondum tamẽ est confessus:ꝛ in foro ec-
clesie absolut⁹. Quisq̃s ergo aliquo triũ modorũ
fuerit in mortali:indigne cõsecrat ꝛ sumit: ꝛ acce
dendo nouum pctm̃ mortale incurrit:nõ tñ equa
liter:sꝫ alter altero maius. Nam primo modo in
peccato mortali existẽs grauissime peccat:duz se
quẽ indignũ ꝛ immũdũ nouit: ꝑparare negligit:
ibi enim est peccatum omissionis:ꝛ peccatũ con
tẽptus:nã christo quantũ in se est: cõtumeliã fa-
cit. Unde peccato iude cõparatur i glosa venera
bilis bede: Marci xiiij. super illud. Ue autẽ hoi p
quẽ filius hois tradetur. In sempiternum ve hoi
qui ad mensam dñi indigne accedit:ille eñ in exẽ
plũ iude filiũ hois tradit:nõ iudeis quidẽ pecca
torib⁹:sed tñ peccatorib⁹:mẽbris scꝫ suis q̃ acci-
pere dominici corporis sacramentum:temerarie
presumit:tales eñ sunt de primo modo: qr scien-
tes se in mortali:qd̃ actu cõtinuant: accedere nõ
formidãt. Qui vero secũdo mõ sunt in pctõ mor-
tali:licet minus ꝙ primi:peccant tamen mortali
ter p negligẽtia qua se pbare negligũt.i. exami-
nare: maxime si hec negligentia fuerit affectata
crassa vel supina:qd̃ si affectata fuerit:auget pec-
catũ ꝛ aggrauat:nã ꝛ ipsa ignorãtia sm se pctm̃

Augustin⁹ ad Ualentinum.

est:vnde Augu. Ad Ualentinũ. In eis q̃ scire no-
luerunt:ignorantia ipsa pctm̃ est. Ec de hac dicit

Ambrosi⁹.

Amb. Grauissime peccat q̃ ignorãter peccat:ideo
grauissime:qr periculosissime. De hoc Magister
dist.xxij.lib.ij. Si vero crassa fuerit: idest talis q̃ p
debitam diligenciã si adhibita fuisset excludi po-
tuisset:etsi excusat a tanto pro quanto minuit cõ
tẽptũ:quẽ prior ignorãtia auget:nõ tamẽ excusat
a toto.i.nõ excusat simpliciter a mortali pctõ: vn
de Augu. vbi.s. Ignorantia eoꝝ nõ q̃ scire nolũt:
sed qui tanꝙ simpliciter nesciũt:nullũ sic excusat
vt eterno igne non ardeat: sed fortasse vt mitius
ardeat. Si autẽ fuerit ignorãtia inuincibilis sim
pliciter excusat:de quo infra dicetur. ¶ E Simi-
liter qui sunt in mortali tertio modo:idest nõ cõ-
fessi post mortale cõmissum:lꝫ penitentes et con-
triti:accedentes mortaliter peccãt:vt tenent dñs
Alber. Sco. Richar. Gerson in regulis moralib⁹
ca. de penitentia:ꝛ in suo tripertito de confessio-
te. Et est ratio Scoti:qr nõ tm̃ debet accedens re
cõciliari deo:sꝫ etiã ecclesie:vt digne suscipiat sa-
cramentũ vnitatis ecclesie. Etiã propter hoc or-
dinauit ecclesia:vt oẽs vtriusqꝫ sexus ante festuz
pasche:quo cõmunicare tenẽtur omnia peccata
sua cõfiteãtur:ꝛ sic cõfessi cõicẽt. Et eadem rõne
quocũqꝫ tpe anni cõicare quis voluerit. De hoc

Hugo.

venerabilis Hugo in lib. de ecclesiastica potesta
te ligãdi ꝛ soluẽdi ait. Audacter dico:si ante sacer
dotis absolutionem ad cõmunionẽ corpis et san
guinis christi quis accesserit/pro certo sibi iudi-
cium manducat ꝛ bibit:etiã si cũ multũ peniteat
ꝛ vehementer doleat/ꝛ ingemiscat. Et hoc est sim
pliciter verum:si cõfessoris copia haberi põt. Si
vero nõ occurrat oportunitas confitendi:distin-
guendũ est sm Sco. Si põt sine scandalo differre
celebrationem/aut ꝯmunionẽ: debet expectare
confessionẽ. Si vero immineat scandalũ:nisi sta-
tim celebret/aut cõicet:vt puta si sacris vestibus
indutus memoraret alicui⁹ peccati mortalis cõ-
missi ꝛ nondũ cõfessi:nec haberet ad manũ ido-
neũ cõfessorẽ:tũc cũ cõtritiõe/ꝛ volũtate confitẽ
di tẽpore opportuno põt celebrare:vt scandalum
euitet sine nouo mortali etiã cuz merito. Simili-
ter de alio cõicaturo in simili casu censenduz est:
vt exẽpli causa in aliqua religiõe: vel ecclesia con
suetum est/vt oẽs nõ sacerdotes certo die cõmu-
nicẽt:si tũc alicui ex his tpe cõionis occurrit mor
tale nõ cõfessum:nec habere potest idoneũ cõfes-
sorem:põt nihilominus cũ contritione in actu: ꝛ
cõfessiõe in voto tpe oportuno faciẽda accedere:
ꝛ nõ cõfessus cõicare. Nec est dicendum qd̃ talis
peccet mortaliter/vel transgrediat preceptum vt
euitet scãdalũ:qr nullũ ꝑceptũ excludit ipsum ab
illo actu:in hoc casu:qr dilatio cõfessiõis i actu:q̃
tũc habet in affectu nõ excludit cũ:qnm sit mem-
brum ecclesie militãtis habile ad act⁹ in quibus
mẽbra cõicãt:ꝛ tenetur vitare scandalũ proximi.
Hec Sco. Eadẽ ratio videtur de curato: qui pro
pter necessitatem infirmoꝝ/aut subditorũ ad au
diendam missam die dñico obligatorũ:misse cele
brationem sine scandalo omittere põt. ¶ F Sed
diceres q̃d de veniali. Respondet Scotus:vbi su
pra:dicẽs. De veniali nõ oportet dubitare: qr de
illo nõ est necessitas penitẽtie:ꝛ per cõsequẽs nec
cõfessionis. Dicẽdũ igit qd̃ ꝙuis vtile sit se a ve-
niali per cõfessionem:siue alia remedia purgare:
pro quãto reddũt hominẽ tepidũ:grauẽ ꝛ obnu
bilatũ:deuotionẽ tollũt:aut minuũt:adimuntqꝫ
cautelã cauẽdi maiora:sm illud. Qui spernit mo
dica paulatim decidit:tñ nõ videtur absolute ne
cessariũ:qd̃ de ipso cõsecratur⁹ prius cõfiteatur:
aut etiã cõteratur. Quod ex eo patet:nã hec non
est necessariũ ad secure moriendũ:qr si quis in ve
niali decedit sine mortali:ẽt moriens in actu pec
cati venialis saluabitur:vapulabit tamen sm il-
lud apostoli. Si quis superedificat lignum:fenũ:
stipulam:idest peccata venialia:sꝫ glo. Gregorij.
Sequitur. Si cuius opus arserit:detrimentũ pa-
tietur:ipse autem saluus erit:sic tamen quasi per
ignem:scꝫ purgatorij. Non videtur autem quod
sacerdoti necessarium sit confiteri hoc peccatum
ante celebrationem:de quo non tenetur conteri
vt ingrediatur regnum celorum. Huius ratio as-
signari potest:quia peccatum veniale non repu-
gnat gratie in facto esse:hoc est:stat simul cũ gra
tia:alias enim non esset veniale: sed ad mortem:
si tolleret vitam anime:que est gratia. Nec repu-
gnat gratie in fieri:hoc est nõ impedit gratie in-
fusionem:neqꝫ augmentationem. Unde si adul-
tus cupit baptizari:dolẽs de suis pctis mortali-
bus:ꝛ actu peccans venialiter iustificatur:ꝛ gra
tiam recepit. Ratio est. qr sacramentũ baptismi
cõfert gratiã nõ ponenti obicem. Obex autẽ non
admittẽs gratiam:pctm̃ mortale est:sm Scotum
distin.iiij.q.i.lib.iiij. Item sm omnes: peccatum
veniale inexistens non prohibet quem meritorie
agere:immo sepe per actuz charitatis feruidum
extinguitur:ꝛ quo ad culpam: et quoad penam:
quẽadmodum aque gutta cõsumitur a vehemen
ti flãma:ideo nõ impedit gratie augmentationẽ
Si igitur neqꝫ tollit gratiã inexistentẽ:neqꝫ impe
dit ipsius infusionẽ:neqꝫ augmẽtationẽ:nõ vide
tur qd̃ sacerdos teneat ipsum cõfiteri ad hoc vt
digne celebret. Nõ modo digne p nõ imputatio
nẽ ad nouũ pctm̃ mortale:sed ẽt digne meritorie.
¶ G Sed diceres sm eõe dictum:licet pctm̃ ve-
niale non opponat charitati:opponit tñ feruori
charitatis. Feruor eñ charitatis est charitas:si-
cut intensio caloris est caliditatis intensa. Respõ

Questio.
Solutio.

Eccle.xix.

i.Cor.iij.

Sacrm baptismi confert grãz nõ ponenti obicem.

Obiectio.

Rñsio.

Mūdicia cōscientie: erectio mentis ad deum: mūdicia corporalis. Mun dicia conscientie non tollitur nisi per peccatum mortale: de quo. s. dictum est. Erectio mentis ad deum/per actualem scilicet deuotionem per mē tis hebetudinem vel occupationem: aut euaga tionem: interdum etiam sine peccato amittitur. Corporalis mundicia per corporis inquinatio nē tollitur. Primo et principaliter peccatū impe dit. Scdo indeuotio siue mentis hebetudo. Ter tio corporalis immūdicia. Propter qd celebra turi aut tractaturi aliquod sacramentum ob re uerentiam manus lauant. Et qn̄qz hec tria con currunt in vna pollutione: qn̄qz duo: qn̄qz vnū: et secundum hoc magis vel minus impedit. ¶ Secūdo distinguit de pollutione in ordine ad causam et modum.

Causa pollutionis est triplex.

Causa est triplex. Extrinseca spūalis: in trinseca spiritualis: intrinseca corpalis. Extrin seca spūalis est demon illudens dormiēti excitās phantasmata. Intrinseca spūalis: dum phātas mata apparent dormienti ex reliquiis precedē tium cogitationū. Intrinseca corporalis: et hec aut aliqn̄ fuit volūtati subiecta: vt qn̄ prouenit ex superfluitate cibi et potus precedentiū. Quā doqz nō fuit voluntati subiecta: vt dū accidit ex debilitate virtutis retētiue seminis. Uel ex vir tute nature superflua expellente: siue quacunqz alia infirmitate. ¶ Modus triplex: scz primo cū imaginatione turpi: et consensu volūtatis: scdo cum imaginatione turpi et sine cōsensu volunta tis: tertio sine imaginatione turpi.

Modus pollutionis est triplex.

In omnibus his pollutionibus corporalis immūdicia est cō munis: sed mētis hebetatio nō est nisi in illis in quibus pollutiones cū imaginatione accidunt. In aliis enim somnialibus resolutionibus: que sine imaginatione accidūt: aīa nihil participare vi detur. ¶ Ex his sumatur determinatio huius doc. in quatuor propositionibus. Prima. Si il lusio nocturna accidit ex mortali precedēti: pu ta ex consensu voluntatis certo vel probabiliter dubitato/omnino abstinēdū est. ¶ Scda ppositio. Si somnialis resolutio seminis ex diabolica illu sione accidit: cuius in nobis causa per turpem imaginationē vel delectationē nō pcessit (qd ex eo cōsiderari pōt: si frequēter accidat: et pcipue in dieb9 quib9 cōicādū est) non est a cōicatione aut celebratione abstinēdū: qr signū est q̄ diabo lus fructū eucharistie percipiende auferre cona tur. Sic legit consultū cuidā monacho in vitis patrum. ¶ Tertia propositio. Si pollutio hmōi ex nature infirmitate vel aīs nō precedente pctō accidat: et sine imaginatione turpi nō impedit: si necessitas immineat: aut deuotio exposcat: si tn̄ propter reuerētiā abstineat dum infirmitas nō fuerit perpetua laudādus est. ¶ Quarta ppositio. Patiēs pollutionē sine mortali precedenti: siue cū veniali: siue sine pctō: pcedēti tn̄ imagina tione turpi: lz nō peccet mortalr extra casuz ne cessitatis celebrādo vel cōicādo: min9 tn̄ reuerēter accedit et peccat venialiter. Et qm̄ difficile est di scernere oīa pdicta circa pollutionem in somno accidētē: ideo cōsuluit tāq̄ tutius abstinere dū necessitas celebrādi aut cōicādi nō immineat. Ab stinere aūt viginti quatuor horis: vt. s. dictū est. Hec videt esse snīa btī Tho. per ipm̄ diffusi9 de clarata. Uerū qr in pmissis videnť quedā dubia et quedā obscura: ideo clarius de hoc impedimē to differit clarissim9 doctor Joā. Ger. cācel. i duo bus libellis de hac materia ad timoratarū con scientiarum cōsolationē editis: cuius determinatio magis placet. ¶ R. Pro quo aduertēdū in pmis q̄ nulla pollutio in somnis inchoata et perfecta: a celebratione impedit: qr pctm̄ in se: vel qr cōta minet corpus xpi. Sz si impedit: ipedit: qr tollit debitā reuerētiā. Primum ptz: qr nulla talis est pctm̄: ex famosa illa regula Aug. Pctm̄ est adeo volūtariū: q̄ si nō esset volūtariū: nō esset pctm̄.

Augustinus

In somno aūt deficit libertas volūtatis: qr pse ctus rōnis vsus: ergo nihil in somno est volūta riū.

In somno nihil est voluntarium.

Minorē satis ostēdit btūs Tho. vbi. s. Rur sus ista est expssa determinatio btī Aug. xii. sup Gen. ad lram. Ipsa phātasia que fit in cogitatio ne sermocinātis: cū expssa fuerit i visiōe somniā tis vt inter illā et verā cōiūctionē corpoꝝ nō di scernať/cōtinue moueť caro. Et seqtur: qd cum motū seq solet/cum hoc tā sine pctō fiat: q̄ sine pctō a vigilātib9 di. Itē idē. i. de ciui. dei. c. xxv. Si illa cōcupiscētialis inobediētia q̄ adhuc in mē bris moribūdis habitat: pter nostre voluntatis legem quasi lege sua moveť: quāto magis absqz culpa est in corpore nō cōsentiētis: si absqz cul pa est in corpe dormiētis. Loquiť de oppssione nō cōsentiētis. Itē act9 exterior nulluz pctm̄ est: nisi denolatiōe extrinseca: nō plus q̄ vrina que dī sana: qr significat sanitatē. Ideo si in aīo non sit pctm̄ pprie dictū: dū libertate nō vtiť/nullus pro tūc exterior actus tanq̄ vitiosus culpať: non vtitur aūt libertate in somno: qr nec vsu rōnis. Requirit enim rōnis vsus opationes virtutum et potentiaꝝ sensitiuarū pro statu isto: que in som no sunt ligate. Qm̄ etsi intellectus noster nō sit potētia organica: et ita nō vtať sensu tanq̄ orga no: vtitur tn̄ eo tanq̄ potētia preuia: sine cuius operatione nō vadit in actū: vt pz. iii. de anima. Dicētes oppositū cōtradicūt nō solū theologi ce/sed phīce determinationi. Nec hnt q̄d respō deant: si fiat eis argumētū de infantib9 et furio sis: ac aliis nō vtētib9 rōne: quos protūc nō pec care nona trāsgressione pceptis est oīm snīa. Pōt tn̄ hmōi pollutio esse peccati effectus: aliqn̄ peti mortalis/aliqn̄ venialis. ¶ Dictū est aūt notā ter: pollutio i somnis inchoata: et pfecta in som no: qm̄ posset aliqs vigilās impuꝝ habere desi deriū se polluēdi: q̄ vigēte caderet i somnū: i quo sui pollutio pficereť: posset silr pollutionē i som nis ceptā expgiscēs male ꝯsūmare. Cōstat i his casib9 radicē pollutiōis eē liberā et flagitiosaz: p pter quā illō op9 obscenū iputabiť ad culpā. Si vero vtrobiqz in pncipio et fine fuerit rōnis carē tia: et p hoc cōsensus volūtatis: liber ēt erit talis act9 a culpa mortali: ēt si illo accedēte ꝯscius vigi

lando cōpleref:palā eſt ratio: q2 libertate care-
bat. Senētia hec eſt etiā beati Thome. Poterit
tñ aliqs peccare poſtmodū cōplacēdo ſibi in ta
li voluptate probroſa quā habuit: ſ3 ppter hoc
prior pollutiōis actus nō redderef culpabiliter
vitioſus: ſed ſequēs illa cōplacētia a volūtate li-
bere elicita: quāuis ſi ipa ſemis reſolutio facta
placeret: nō q2 voluptas: ſed q2 nature exonera-
tionē vel ſanitatē afferret: abſq3 ſui qui patitur
procuratione vel aſſenſu ſm beatum Tho. pctm̄
nō haberet. ¶ 2 Scōm etiā ſc3 ꝙ pollutio nō
impedit ppter timorē cōtaminationis corporis
xpi: manifeſtū eſt. Nihil enī3 attinet ad corpus
xpi in ſacramēto corporalis imūdicia ſumentis
vel contrectantis: ſicut nec ad radium ſolarem
aut ſpūaliū ſubſtātiarꝫ aliquā: qm̄ etſi i ſacramē
to ſit verū corpus xpi: nō tñ eſt ibi ſm cōditiōes
corporis naturaliū cauſarꝫ actionib9 attingibi-
lis: ſed modo quōdā ſpūali: quō rationalis ſpūs
eſt in corpe materiali: de quo. j. dicef. Manifeſta
ſunt hec etiā parū inſtructis. ¶ Tertiū oſtēdif. ſ.
ꝙ dū impedit perpeſſa reſolutio/impedit: q2 tol
lit debitā reuerentiā. Requirit eñ digna huius
ſacramēti ſuſceptio deuotū diſcretionis iudiciū
ſm aplm. j. Cor. xj. qui nō dyiudicantē corp9 dñi
indignū decernit. Exigit itaq3 reuerētia debita
animū clarū: nō hebetē: recollectū: nō per vagas
maxime lubricas cogitationes aliorum notabi-
liter diſtractum: ſerenum: conſtantem ꝛ quietū:
non dubium/ſcrupulis fluctuantem. Nūc autē
ſomnialis pollutio etiam que nullo accedēte cō
ſenſu accidit: nonnūꝗ̄ reddit aīm ſcrupuloſum:
inquietum: deiectum: hebetē et diſtractum: ita vt
nequeat cogitationes turpes: aut lubricas ſuffi-
cienter repellere: ꝛ ita ad predictā diſpoſitionē3
attingere. Uñ ſicut cogitationes volūtarie ꝛ lu-
brice diſponūt maxime ad hmōi fedas commo-
tiones: ita viceuerſa ex hmōi cōmotione/ꝛ car-
nis ſtimulatione: proueniunt ſepe ſomnia de no
cte/ꝛ cogitationes lubrice in vigilia de die: quē-
admodū iratus aliter ꝛ aliter cogitat ꝙ̄ mitiga-
tus: ꝛ timens ꝙ̄ ſecurus. Remanet etiam in hu-
iuſmodi (licet inuolūtarius patiaf) aliqua car-
nalis deguſtatio: vnde mēs hebetatur/ꝛ diſtrahi-
tur etiam nolens: que tñ debitam reuerentiam
tollunt. Debitā dico nō debito precepti: cuius
tranſgreſſio inducit pctm̄ mortale: ſed debito cō
gruitatis ꝛ conſiliј: cuius omiſſio frequenter nō
caret veniali. Uñ extra neceſſitatis cauſam pol-
lutus qui mortalis peccati reus non fuerit: licet
nōdum ab hebetudine mentis ꝛ diſtractione pur
gatus ꝛ reordinatus ad celebrandum accedens
dū laudabiliter poſſet abſtinere: nō peccat mor-
taliter: tñ a veniali nō excuſatur. Eſt expreſſa ſen
tentia ſancti Tho. vbi. ſ. Quia autē obſcenitas
huiꝰ iſtius cum ſuis reliquiјs non perpetuo
durat: ideo nec perpetuo a celebratiōe impedit.
Et licet pro reformatione animi: aſſignetur ſpa
cium vigintiquatuor horarꝫ: vt. ſ. dictū3 eſt: pōt
tñ aliquis vna hora purgatior effici: ꝙ̄ alius in
centū: ꝛ per hoc ad celebrādum aptior: porro ſi
timeatur reuerſio talium illecebrarꝫ tempore ce-
lebrationis: poſſunt vbiq3 hec etiā poſt viginti-
quatuor horas contingere: vel ex corruptela na
ture: vel ex diabolica operatiōe. Scōm hec ergo
citius vel tardius accedendū erit ad hoc vene-
rabile factū reuerēdiſſime celebrādū: citius ab
his/quorꝫ facilis eſt cōuerſio ppter fortē in ſan-
ctis cogitationib9 habituationē: ppter etiā ſtre
nuā carnis ſubiectionē: vt in viris cōtēplatiuis
ꝛ vere religioſis. Tardius vo illi nouiter cōuer-

ſis: nō exercitatos ſenſus habentib9 ꝛ ſecularibus
bus quibus hmōi reliquie tenacius adhereſcūt
De his in figura dictū eſt antiqs Leui. xv. Deu
te. xxiij. vt taliter immūdi ſepararenf ab aliquā ſ-
q3 ad veſperā ꝛ veſtium lotionē: qō beat9 Greg.
ſic exponit: ꝙ niſi prius ignis tentationis receſ-
ſerit: reum ſe quaſi vſq3 ad veſperam cognoſcat.
Conſtat aūt nullas tales cōſtitutiones vete. te-
ſta. que cerimoniales erant: ad obligationes no
ſtras trahendas eſſe/niſi iudaizare vellem9. Jō
veſpera hoc loco ꝛ lotio materialis nō ad lfam
accipiende ſunt: ſed tandiu homo ſe reputet im
mundum: vt extra caſtra ſacrorꝫ myſteriorꝫ ſece-
dat: quādiu tales in eo vigent peccati reliqe: he
betudo ſc3 mētis ꝛ cogitatiōis carnalitas. ¶ M
Ex his primo infero: ꝙ nulla corpalis immundi
cia de per ſe impeditiua eſt celebrationis: ſed de
per accidens: ratione alicuius cōcomitantie in
ala vel ſequele. Patet pro vtraq3 parte ex pmiſ-
ſis. ¶ Scōo infero: ꝙ nō ſolū ſine pctō: ſed etia3
cū merito cōtingit pollutum in ſomno celebra-
re: ſicut etiam qñq3 ipa pollutio in ſomno nō ex
precedenti pctō accidit ſ3 ex merito. Prīa pars
patet: primo de his qui poſt pollutionē3 animo
reformati: ꝛ alˀs nō indiſpoſiti accedunt habent
eñ que ad dignā celebrationē requiruntur. Pa
tet ſcōo de his/qui cū hanc immūdiciā ex demo
nis illuſione accidiſſe certis indiciјs dephēdūt:
celebrant: nō vt cedant: ſed vt tētatoris fallaciјs
fortiter obnitanf. Patet tertio de his qui vt ſu-
ſcepto officio ſatiſfaciant: vel cōmiſſorꝫ neceſſi-
tati: aliorꝫ cum quibus viuūt cōformitati: ſubla-
tioni ſcādali: aut inſtigāti deuotioni ppriε cele
brant. Cum eñ hi pia ferunf intentione: nec ha-
bent legitimū impedimētū: nō eſt dubiū eos ce-
lebrando mereri. ¶ Scōa pars pz: q2 nōnunꝗ̄
accidit ex arcta abſtinentia in pane ꝛ aqua: qō
perſpicuū fecit experientia. Jtē aliqñ ex cogita-
tionib9 de carnali vitio meritorie habitis: vt ſi
quis predicaturus eſt contra carnis vitia dete-
ſtanda. Nōne ſuper his cogitare habet ac do-
ctorꝫ ſcripta reuoluere: aut etiam cōfeſſionē au-
diens de his audire ꝛ inquirere? Poſſet vtiq3 cū
magno merito. Nihilominus occurrere ſentiet
in ſomnis aliqñ precogitatarꝫ impudicitiarum
ſimulacra: ꝛ ipm ex illis ſicut in aliјs ad pollutio
tionem concitari poſſe quis neget? Nōnunꝗ̄
deniq3 expertum eſt fuiſſe: qui dum celebraturi
erant ſequēti die: cū cubandum erat: orationib9
ſpūalibus cōtra hmōi ſordes ſe armare niſi ſunt
ex ipa orationū armatura phātaſmata illecebra
rum innouarūt: ꝛ in illud qō verebatur: incide-
runt. Oēs hos in hmōi ſuis cogitatiōib9 pauꝫ
quis dubitat meruiſſe? Accidit nihilominus ex
merito qñq3 occaſionaliter: vt dum illuſiōes de
monum inuidētiū bonis profectibus celebrare
volētiū cōtingūt: vel ad terrēdū ꝛ inquietandū
timoroſe cōſciētie puritatē: vel pro boni operis
vt celebratiōis impedimēto: vel vt vigilāti pla-
ceat qō ſomnians pertulit: vel vt demon abſti-
nētiā piculoſam: ꝛ indiſcretū vite rigorē ſuadeat
ꝛ ſic timoroſum in inſaniā precipitet: vel vt deo
ppitio ꝛ permittente deuotā mentē ſic exerceat
vt ex tali feditate ſtimulatam in humilitate cu-
ſtodiat. Loquitur non diſſormiter ad predicta
ſcribens Auguſtino anglorum epō beat9 Gre-
go. vt habef diſt. vj. in. c. teſtm̄. ponit enim multi
plicem harū illuſionū diſtinctionē. ¶ N Ex cu
ius vbis Cancel. duo memoranda colligit. Pri-
mū: ꝙ ſepe tales illuſiōes alius neſciens ptuliſſe
magis dolēdus eſt ꝙ̄ feciſſe. Et loquif de illuſio
ne: que

Reuerētia debita qd exigit.

Pollutio i ſōno qñq3 nō ex pce-denti pctō accidit/ſed ex merito.

ne:que ex nature supfluitate vel infirmitate eue nit:addēs q hec oino timenda nō est. Scdm q bonarū mētiū est ibi agnoscere culpā:vbi culpa nō est. Sic tn̄ agnoscat(ait Cācel.)vt nō īdiscrete impediat oratio iusta:neqȝ corpis debita susstētatio deserat. Ne preterea aliqs osciam sibi fabricet ꝛ nutriat erroneā:ne cadat ī scyllā cupiēs vitare carybdim. Et subdit. Pariet fortasse aliquis hesitatiōes varias dum ad comedēdū vel dormiēdū accesserit. Diceretqȝ sic:polluerȝ: si hoc ꝛ hoc nō omiseris:si tibi nō pcauebis. Cōtēnat talia necesse est:q discrimē maius imminere circūspicit: si nō parē cū alijs viuēdi formā prudēter insequit. Scrupulosis ergo cōtra scrupulos agēdum est:ꝛ fixo operis pede certādum. Tales em scrupulos euincere melius:q̄ per cōtēptum nequimus:tm̄modo sit cōtēptus iste timore reiecto:ꝛ regulariter nō absqȝ pirculo alterius presertim supioris cōsilio:alioqn facit imoderatus timor casuȝ:aut precipitat īcōsulta psumptio. Hec cācel.

Obiectio duplex.

Sȝ ꝯ pdicta pōt dupl'r obijci. Primo:nā cōiugati possunt sine pctō:immo cū merito misceri:ꝛ tn̄ indicit eis triduana abstinētia: vt.s.tactuȝ est:ergo videt q in nullo casu liceat pollutū celebrare. Scdo cōtra illud qd dictuȝ est:q impedit⁹ hac illusione a celebratione pōt reformari ante spaciū vigintiquatuor horaruȝ: ꝛ sic celebrare. Nā sic ꝛ fornicari⁹ silr in breui se posset recolligere:ꝛ ab omnib⁹ peccati reliquijs animā extergere:posset igitur statim celebrare.

Rūsio ad pmā obiectionem.

De prima obiectiōe est snīa Alexādri de ales ꝛ alioꝝ doctoꝝ:q si cōiugati pdicti accedant ex deuotione psertim dieb⁹ solēnib⁹:nō peccāt qm nō cā adimplēde libidinis:ȝ vel cā reddēdi debitū:vel affectu gignēde plis cōmixti sunt:naȝ ad reddēdū debitū cōiugi pceptū obligat:dicente aplo.i.Coꝝ.vij. Uxori vir debituȝ reddat similiter ꝛ vxor viro. Nō aūt videt q qs obediendo pcepto phibeat a sacra cōmunione. Canon vō.s. allega.de cōsecra.dist.ij.omnis hō. Intelligit fm glo. q abstinere dȝ quātū est in se vt nō exigat:exactus tn̄ reddat omni tēpore.xxxiij.q.v. si dicat vir.

Gregorius

De secūdo loquitur btūs Grego. ꝛ habetur xxxiij.q.iiij.vir cū ppria. Si quis sua coniuge nō cupiditate voluptatis raptus:ȝ solūmodo procreandoꝝ liberoꝝ gratia vtitur:iste profecto seu de ingressu ecclesie:seu de sumendo dn̄ici corpis sanguinisqȝ mysterio: suo est iudicio relinquēd⁹: quia a nobis nō debet phiberi accipere: qui in igne positus nescit ardere. Relinquēdus est suo iudicio propter statū mentis sue quē ipse meli⁹ nouit:vnde si mēte nō ardet concupiscētie relīquijs:non impedit a cōmunione. Addit cancel. etiā si cōmisceant causa incontinentie vitande maxime in altero ꝯiugū. O De scda obiectione dicit cācel q rarissimū est hoc:scȝ q fornicator se in breui extergere possit ab oīb⁹ reliquijs fornicationis:ꝛ de his que vix aut nūq̄ eueniūt

De his q vix/aut nū q̄ eueniūt: doctores parꝫ tractāt

docto.parū tractāt:si tn̄ immineret graue scandalū pro omissiōe:si deniqȝ magis ex surreptione diabolica:aut vehemēti tētatione tale flagitiū apud se raro cōmisisset. Si preterea grādis cōtritio cōcurreret:audeat qui pfundius sapit: talē phibere. fateor non audeo. In hoc casu et alijs sicut pspicuū est ex premissis: relinquendi sunt multi sue cōsciētie ꝛ iudicio:circūstātijs oībus quas prudētia circūspicit indagatis. Ex oīb⁹ precedentib⁹ pōt hec doctrinalis resolutio finaliter elici.

Cōclusio ꝯ pollutiōe.

Pollutus in somno / absqȝ cōsensu in vigilijs sequēte vel preuio:dum se non sentit magis hebetē:ꝛ per cogitatiōes ad carnalia reflexū:alijs impedimentis nō obstātib⁹ etiā extra casuȝ necessitatis aut remouēdi scādali:pōt sine pctō ꝛ meritorie celebrare:dū deuotio trahit:pietas suadet:aut susceptū officiū exigit:vel requirit. ✱ Particule singule patēt ex pmissis.

✱ Gerson in tractatu de pol. diurna ꝫ q pollutio diurna ꝯ per accidēs impedit a celebratiōe:puta qi talis sentit se ex hac feditate distractū ꝛ deiectū in aio: aut qr neqt tales cogitatiōnes lubricas et turpes īde cōsurgētes depellere.

Lectio.xj. A

Expedita de impedimētis a ministro sacraȝ oblaturo hostiā remouēdis/dicēdū est de cōuenientib⁹ ipsi ministro apponēdis. Hec autem sunt duplicia permanentia:et transitoria. Prima sunt ornamēta ꝛ sacre vestes. Trāsitoria vō:signa:gestus ꝛ orones.

De cōuenientibus ministro q̄ sunt duplicia.

Circa pmuȝ aduertēdum:q fm beatū Hieronymuȝ: religio xpiana alterū habet habitū in ecclesiasticis officijs:ꝛ aliū in cōmuni vsu. Et rationabiliter quidem:ad denotādū q fm mutationē vestiū:vita mutetur in melius fm spm̄:vt quoqȝ ecclesiastici his vestib⁹ vtētes:populo xpiano pbeant bone cōuersatiōis exemplum:quo p exutionē antiquaꝝ vestiū:veterī expoliatio hoīs cū suis actibus ꝛ vitijs scȝ ꝛ peccatis:ꝛ per induitionē nouarū:noui hoīs reformatio per iusticiā sanctitatis designet. Assumptus aūt est sacrarū vestium ritus partim:vt dicit Hugo lib.ij.de sacra.parte.iij.c.j.a veteri testō:partim a pr̄ib⁹ noui testamēti adiect⁹.

Hieronymus.

Precepit em̄ dn̄s moysi vt faceret aaron sacerdoti ꝛ filijs suis vestes sanctas in gloriā ꝛ decorē:vt sic loti ꝛ sacris vestib⁹ induti sacerdotio fungerentur. Exodi.xxviij. Simile habetur Ezech.xliiij. Ipsi ingredient sanctuarium meū:ꝛ ipsi accedēt ad mēsam meā vt ministrent mihi:ꝛ custodiāt cerimonias meas. Cūqȝ ingredientur portas atrij interioris:vestib⁹ lineis induantur:nec ascēdat sup ipsos quicq̄ laneū qn ministrāt ī portis atrij interioris.

Ezec.xliiij.

Uestes hē ad literā celebrātē sacerdotē a populo discernunt: tegūt ꝛ honestāt:vt cerimonialiter ordinate et inoffense etiā quātū ad exteriorē cultū ꝛ gestus summo huic assistat sacrificio:vn̄ apl'.i.Coꝛ.xiiij Omnia honeste ꝛ fm ordinē fiāt in vobis. Nec parū exteriores cerimonie populo pficiunt:cuius ex his pascit deuotio:ꝛ in exercitatis:ex his animus suscipit incremētū. Sed ad spūalē harꝫ intelligētiā indagādū cōuertamur. B Sunt igitur sex indumēta presbyteroꝝ simpliciū.i.nō episcopoꝝ:qbus vti debēt in celebrādis missarū solēnijs:que etiam in sua ordinatione recipiūt. Et congruit vt vnusquisqȝ qd percepit in consecratiōe honoris:hoc retineat etiam in oblatiōe seu perceptione sue salutis:vt habetur.xxiij.di. ecclesiastica. vbi suadetur:q sacerdos etiā soluȝ per se offerens aut sacramētum percipiēs: vt in infirmitate fm glo. nō aliter q̄ orario:idest stola vtroqȝ humero circunseptus accedat sicut tempore ordinationis sue dinoscitur consecratus.

Sex sunt indumēta qbus vti debent sacerdotes in celebrandis missaꝝ solēnijs.

Hec autem indumenta sunt:amictus:alba: cingulum:manipulus:stola siue orarium : planeta siue casula:que(vt dicitur de conse,distin.j.). vestimenta)esse debent sacrata et honesta : nec alijs vsibus q̄ ecclesiasticis ꝛ deo dignis officijs deputāda. Sunt autem sex:vt ipso numero ꝛ communia sacerdotum officia ꝛ virtutum perfectio significetur. Sex enim sunt in quib⁹ potestas eorum consistit:ait Alexā.de ales parte.iiij.q.xxxj.

membro.xi. §.i.q̄ue sunt cathecizare:baptizare p̄dicare:cōficere:soluere ⁊ ligare. Hec eñ ope ra cōmunia sunt sacerdotibus ⁊ ep̄is. Est deni q3 senarius nūerus perfect⁹surgens ex suis par tibus aliquot is. Senarius igitur numerus per fectionem virtutū significat:quibus debent sa cerdotes perornari. Sūt itaq3 hec sacrata indu menta:x:nō tm̄ ad honestatē ⁊ ornatum celebran tis/sed etiā ad significationē gestorū ac virtutū capitis ⁊ mēbrorum:idest christi ac ministri cele brātis: vnde hec indumenta:vt dicit dñs Inn . de officio misse parte.i.c.x.aliud significāt in ca pite xp̄o:aliud in mēbris: nā ⁊ caput et membra sacerdotis nomine nūcupantur. Ad caput dicit ps̄. Tu es sacerdos in eternū s̄m ordinem mel chisedech. Ad membra d̄r.i. Petri.ij. Vos estis genus electum:regale sacerdotium. Prius ergo exponenda sunt eorum significationes ⁊ myste ria s̄m q̄ capiti congruunt. ac deinde s̄m q̄ mē bris conueniunt. ¶ Quo ad primum occurrit duplex significatio: vna velut exteriorum a xp̄o passorum:alia magis mystica virtutum christi ⁊ interiorum. ¶ Circa primum aduertendum: q̄ q3 sacerdos celebrans christum eiusq3 mortem ⁊ passionem representat:s̄m illud ap̄li.i. Cor. xi. Quotienscūq3 manducaueritis panem hunc et calicem biberis:mortem dñi annunciabitis do nec veniat. Congruum est vt qui in persona ty pum xp̄i gerit pro nobis morientis:vt appropia tior fiat representator:etiam similitudinē teneat in vestimentis ⁊ nostre salutis armis. Sitq3 sa cerdoti oblaturo ad gloriam: quod summo pon tifici in vespertino suo sacrificio impius iudaici furor populi ad cōtumeliam intulit. Deniq3 cō gruum est vt que crudelitas sacrilega(benignis simum dñm extrinsecis .quibusdā habitibus de ridendo) xp̄o intulit:nunc suis expoliando:nūc ludicris vestiendo:nunc ligando:nunc flagellis cingendo:⁊ sic plenū contumelijs ad altare cru cis/pertrahendo. Horum olim memoriam sacer dos xp̄m imolaturus in altaris sacrificio expri mat ⁊ declaret. ¶ Unde amictus quo caput te gitur sacerdotis:velamen significat:quo perfidi iudei in domo cayphe christi faciem velabant: percutientes:illudentes ⁊ dicentes. Prophetiza nobis christe quis est q̄ te percussit. Mat. xxvi. ¶ Alba vestem ludicrā ⁊ albam qua velut stult⁹ ab herode illusus remissus est ad pilatū. Luce. xxiij. ¶ Planeta siue casula vestem purpuream representat:qua in pilati pretorio/post flagella tionem a militibus irrisus contumeliose saluta tus ac percussus inimicis suis est ostensus:dicē te pilato. Ecce homo. Johānis.xix. ¶ Zona ma nipulus:stola:tria ligamina quibus in captione in flagellatione:in crucis baiulatione dñs liga tus legitur:Quis eñ zona ip̄a significare poterit flagella corpus xp̄i ambientia. Et stola imposi ta collo:crucis patibulum xp̄i humeris imposi tum:⁊ ad locū caluarie baiulatum. Manipulus vero sinistri brachij:quo amoris signa gestari so lent:ornamentū quasi partis cordi propinquio ris: significare p̄ot nō incongrue magnum illud vinculum quo solo salus nostra vinciebat:scz in gens nostre redēptionis desiderium:quo anxia batur ad passionis sue qua saluaremur cōsum mationem:s̄m q̄ ait Luce.xij. Baptismo(haud dubiū quin sanguinis)habeo baptizari: ⁊ quo modo coarctor vsq3 dum perficiat. Non eñ cla ui ferrei quantūlibet grossi eū in cruce tenere po tuissent viuū:quem saxum magnū valde tenere nō potuit mortuum. Hec breuiter sufficiant de

Senarius nūerus virtutū perfectionem significat.

Sacerdos celebrans xp̄m / eiusq3 mortē/⁊ passionem rep̄sentat.

Amictus.

Alba.

Casula.

Zona.

Mānipul⁹.

Stola.

prima significatione exteriorū a christo passor. ¶ Allegorice. D Quantū autē ad mysteriū alle gorie in capite xp̄i. Amict⁹ quo sacerdos caput obnubit:xp̄m dñm sacerdotem magnum s̄m or dinem melchisedech pro nobis humanā assum psisse naturam qua suam occuluit deitatē signi ficat:que deitas per caput significat. Caput eñ xp̄i deitas est:s̄m illud ap̄li.i. Cor.xi. Caput viri xp̄s:caput xp̄i deus. Hoc etiam in Apoca.ca.x. representatur: cū xp̄s in specie angeli fortis nu be amicti de celo descēdentis describitur. Cui cō sonat illud Esaie.xix. Ascendit dñs super nubē candidam vt ingrederetur egyptū. Veniēs nāq3 ad illuminandū egyptū .i. mundum ignorantie tenebris obscurū dei filius magni cōsilij angel⁹ amictus est nube lucida. Sicut et glo.ibidē dicit. Corpus humanū assumpsit nō grauatum corru ptione virilis commixtionis sub quo occuluerat deitatem:hoc ergo latibulum carnis amictus si gnificat sacerdotis. ¶ Alba linea totum corpus tegens:puritatē denotat corporis xp̄i de virgine gloriosa sine originalis macula criminis assum pti totiusq3 vite ⁊ cōuersationis xp̄i candorem. Valde enī distat vestis linea a pelliceis tunicis de mortuis animalibus factis:quibus post pec catum vetus ille adā vestitus est. Gen.iij. Quia plurimū a cōuersatione veteris hominis vitio sa:nouitas vite distat virtuosa:quā xp̄s in se pre tulit:verbo docuit ⁊ nobis tribuit in baptismo. De qua apostolus Col.iij. Expoliantes vos vete rem hominē cum actibus suis: ⁊ induentes no uum eum qui renouat in agnitionē dei s̄m ima ginem eius qui creauit eū. ⁊ ad Ephe.iiij. Reno uamini spiritu mentis vestre:⁊ induite nouū ho minem qui s̄m deū creatus est in iusticia ⁊ san ctitate veritatis. Siquidē vestimēta xp̄i semper fuere candida:qui peccatum nō fecit: nec inuen tus est dolus in ore eius. Esaie.liij.⁊.i. Petri.ij. Et hoc est q̄ in eius transfiguratione facies ei⁹ vt sol resplenduit: ⁊ vestimēta eius facta sunt al ba sicut nix. Matthei.xvij. ¶ Zona sacerdotalis qua vestimēta cōstringuntur cum mēbris:vincu lum hoc fortissimū significat:quo nostrā naturā filius dei colligauit:nō quidē formaliter sed cau saliter ⁊ effectiue. Vinculū hoc charitas est:quā ap̄ls dicit vinculum perfectionis ad Col.iij. De hac dicit Johā.iij. Sic deus dilexit mundū vt fi lium suū vnigenitū daret:vt oīs qui credit in eū nō pereat:sed habeat vitā eternā. Hec est zona aurea qua precinctum ad mamillas iohānes vi dit similē filio hoīs. Apoca.i. Hec huic dissonat q̄d Esaie.xi.dicit. Erit iusticia cinctoriū(alˢ cin gulum)lumborum eius:q̄m iusticia legalis virtus est cōis:omnes virtutes includens. Quid autē charitate iustius? Quid charitate perfectius: q̄ sola ceteras virtutes perficit atq3 format:vt ve re sint virtutes. Habet deniq3 zona duas extre mitates:quia charitas feruet in corde: ⁊ radiat in opere. Hz etiam duo precepta:quibus preci pit diligi deus:ac deinde p̄ximus. Ita xp̄z incar nari fecit charitas patris ⁊ dilectio nostre redē ptionis:nā incarnatus est ex obediētia patris: ⁊ p̄pter salutē redimendi pditi hoīs. ¶ E Sto la que super amictum collo sacerdotis incūbit: obedientiam ⁊ seruitutem signat quam propter seruorum salutē omniū dominus subijt. Phi ij. Qui cum in forma dei esset:non rapinā arbitra tus est esse se equalem deo:sed semetipsū exina niuit:formam serui accipiens:factus obediens patri vsq3 ad mortē:mortē autē crucis. Causaz quippe mortalitatis nō cōtraxit origine:nec cō misit in

Amictus.

Esai.xix.

Alba.

Ad Col.iij.

Ad Ephe. iiij.

Zona.

Esa.xi.

Stola

Ad phil.ij.

misit in opere: sed qd non rapuit exoluebat. Dedit eni illi calicē pater non iudex: amore: non ira: voluntate: nō necessitate: gratia: nō vindicta. ¶ Manipulus quem in leua ponit sacerdos: brauium significat qd christus obtinuit in via: nam per manipulū brauiū vel premiū qd est btitudo: designaf.

Manipulus

* Leua vero presens est vita: fm beatum Greg. in homel. paschali: fm qd scriptū est. Leua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me Cant. ij. Christus autē singulari priuilegio viator fuit: & perfectus comprehensor. Viator: qr meruit nobis vitam & suo corpori gloriam: vt vult magister li. iij. di. xviij. Fuit & cōphensor: qr ab instanti sue conceptionis fuit aia sua beata per clarā diuine essentie visionem: & perfectissimā fruitionē atq3 summā delectationē: vt tangit magister lib. iij. dist. xvi. & xviij. Licet illa beatitudo portionis superioris in portionem inferiorem non redūdabat speciali & nouo miraculo: vt vult Sco. dist. xv. lib. iij. donec per beatificam suam passionē ufe opus redemptionis cōsummaretur. Hoc dñs ipse voluit innuere dum loquens in terra se esse dicit in celo: ait enim Joan. iij. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo: filius hois qui est in celo. Ecce filius hois adhuc in terra positus: se esse dicit in celo vtiq3 fm humanitatē fm quam hois est filius. Non enim erat in celo per localem humanitatis sue presentiam: que cū sit creatura nō deus: licet deitati vnita: non est vbiq3. Fuit autez christi humanitas in celo adhuc in terris posita per actualē beatitudinis gloriam: que per celum designatur. Sicut alibi beatitudo dicitur paradisus latroni promissa: quam ipse passionis sue die fuit habiturus. Non vtiq3 locum beatoꝝ: celum vez empyreum: quod ante ascensionē dominicam nullus hominū beatorum credif introisse.

* Vita presens p leuā figtur: & per manipulū brauiū siue merces: iuxta illud ps. Venientes autē venient cum exultatione portātes maipulos suos.

Joan. iij.

¶ Planeta qua corpus sacerdotis contegitur plenitudo gratie xpi significaf: qua membra xpi adornātur: qr de eius plenitudine oēs accepim⁹ gratiā pro gratia. Joan. j. Vel si magis placet. Casula magni sacerdotis vniuersalis ē ecclesia: quā sibi dominus copulauit: & copulando virginē fecit: sanctificans atq3 mundans eā lauacro aq̄ in verbo: vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentē maculā neq3 rugā. ad Ephe. v. Hec est vestis magni sacerdotis aaron: nō rumpenda nec scindēda. Leui. xxi. In cuius oram vnguentū gratie a capite barbā descendens influxit: dū de plenitudine capitis gratie xpi acceperūt: primo apostoli: deinde oēs ceteri. Casula hec est vnica integra: vndiq3 clausa: quia vna est ecclesia xpi sponsa matri sue electa. Una est colūba mea: ait sponsus candidus & rubicūdus in cāticis. vi. ca. Una & integra pp̄ter fidei vnitatem: & sacramentoꝝ integritatē: cūctisq3 erroꝛib⁹ hereticoꝝ clausam. Hinc ad Ephe. v. Unū corpus & vnus spūs vna spes vocatiōis: vn⁹ dñs: vna fides: vnum baptisma: vnus deus & pf olm. Una deniq3 ecclia ex iudeis & gentibus collecta: in vno angulari lapide xpo coniuncta: vt tangitur ad Ephe. ij. Casula tñ sacerdotis manuū extēsiōe quodāmodo diuidif in partē anterioꝛē & posterioꝛē: qr xpi passio in cruce distinxit ecclesiā veteris testamēti ab ecclesia noui testamenti: quaꝝ illa precessit: ista sequebaf: vtraq3 tñ in capite vnita: vtraq3 xpi passione redēpta: vtraq3 in xpi laude ɔsona. Unde & qui p̄cedebāt & qui sequebanf clamabāt dicētes. Osanna filio dauid: benedictus qui venit in noīe dñi. Mat. xxi. Hec de significatione vestium que caput concernit per allegoriam.

Planeta.

Casula.

Ad ephe. ij.

¶ Lectio. xij. Tropologice. A



Unc attendamus earūdē rep̄sentationē fm q̄ mēbris ɔuenit p tropologiā: scdꝫ hāc enim representant vestes virtutū: quibus ala celebrātis imo & sumētis dꝫ intus spūalr adornari. Nā mēsa hec sacralis cena magna est: nuptiale ɔuiuiū ē: quā magnus pf familias & rex regū filio suo fecit: & ad eā multos. i. oēs fideles inuitauit Ad quā si q̄sq̄s sine nuptiali veste intrās discubuerit: ligatis manib⁹ & pedibus in exteriores tenebras detrudef. Mat. xxij. Jd sacerdos hec sacrosctā mysteria celebraturus nō in cōibus: sꝫ sctis & sacratis vestib⁹ vestē nuptialē designātibus accedit: q̄ habitū mētis tā sacerdotis q̄ circunstantiū ac ɔcelebrantiū rep̄ntant. Nō eñ in sua tm̄ psona sacerdos: sed simul in psona circūstantiū et totius ecclie sacrā offert hostiā. Cōcelebrāt sacerdoti circūstātes: & spūalr cōicātes: nō ɔficiēdo cū sacerdote: qd tm̄ sacerdotis ē: sed cū eo hostiā pfi a sacerdote ɔsecratā: seqꝫ ipsos sacrificium placabile deo pfi offerēdo. Un̄ ē illud in canone. (Hanc igf oblationē seruitutis nre sed & cuncte familie tue &c.) pp̄ter hoc scriptura oēs xpifideles regale nolat sacerdotiū. Uos estis (inqt) gen⁹ electū: regale sacerdotiū: gens sctā: ppls acquisitiōis: vt enarretis virtutes ei⁹ qui vos vocauit in admirabile lumē suū. j. Petri. ij. & Apo. j. Fecit nos regnū & sacerdotes deo pfi suo. Significāt itaq3 vestes sacre q̄cq̄d ad dignā p̄parationē tā celebrātis: q̄ circūstātis: & cōicātis ppli requirif. Et p̄mo q̄dez ex ipo vestiū nūero pfectio significaf. Est eñ sextus nūerus pfectus: p̄se ex partib⁹ suis aliq̄tis que sūt. j. ij. iij. resultās: vt dictū est. Dñt igif eē sancti & pfecti q̄ tm̄ mysteriū celebrare vel pticipare p̄sumūt. Hinc sacerdotib⁹ ait dñs. Sacerdotes q̄ accedūt ad dñm sctificenf: ne pcutiā eos. Exo. xix. & Mat. v. olb⁹ dr. Estote pfecti sicut & pf vester celestis pfect⁹ est. Hec pfectio sicut nūerus senarius ex. j. ij. iij. integraf. Ex vno ouili qd est ecclia. Siq̄dē necesse est ɔsecrātē & cōicantē siue sumētē esse vnitū ecclie catholice nec ab ea p penā canonicā p̄cisuz: vt. s. habitū est. Ex duobus primis p̄ceptis legis diuine & naturalis p̄ncipus: siue duab⁹ legalis iustitie ptib⁹: q̄ sunt declinare a malo & facere bonū. Ex trib⁹ deniq3 theologicis v̄tutibus fide. i. recta: spe firma: charitateq3 pfecta q̄ per vestes significanf. ¶ B Prima ergo vestis amict⁹ vel suphumerale: ɔuenieter significat primā virtutē necessariā ad salutē: q̄ est fides: nam sine fide impossibile est placere deo. Heb. xi. Est aūt amictus q̄si substratoriū ceteri ornat⁹ sacri. Stringit collū & duab⁹ chordulis sub pectore colligatur. Sic fides substātia est & fundamētū toti⁹ edificij spūalis. Jdirco apls fidē describēs: vbi. s. ait. Fides est substātia reꝝ sperādaꝝ: argm̄. i. certitudo vel pbatio fm glo. nō apparētiū. Nam sine fide: nec sperare ɔtingit: nec amare celestia. Amare nemo pōt incognitū. x. de trinita. Sꝫ nec sp̄are quis

Uestes sacre q̄d significant.

Mat. v.

Amict⁹ fidē significat.

Fides substātia est: et fundamentū toti⁹ edificij spūalis

valet qđ posse futurū esse nō credit:cū spes sit cer
ta expectatio futurox bonox. Qđ vero possibile
nō creditur:nō expectaŧ: nec efficaciter appetiŧ/
ŧm eūdem ibidē. Hinc Abacbuc propheta totā
ole vitā fidei attribuit. Justus inqt ex fide viuit.
Hac abscedēte:nō potest spūs permanere: vnde

Esa.vij.

Esaie.vij.Si non credideritis nō permanebitis.
Fides hec corde possidetur: voce gutturis propa

Amictus fides habz duo principalia obiecta.

latur.Corde namqz crediŧ ad iusticiā:ore fit con-
fessio ad salutem.ad Rom.x. ℂ Habet quoqz fi-
des duo principalia obiecta: diuinitatem videlz
ꝛ christi humanitatē:que obiecta omnes articuli
a plici symboli respiciunt.Ad illa repñtanda hu-
merale collo circundaŧ:ꝛ duabus cordulis pecto
ri colligatur.Quāuis aūt oībus in christo pie vi-
uere cupientibus necessaria sit fides: maxime tñ
his qui huic mysterio participant vel ministrāt:
pro quanto maxima in eo relucēt mirabilia oēm
humani intellectus capacitatem trāscēdētia:ŧm

Ps.

illud ps. Memoriā fecit mirabiliū suorum mise-
ricors ꝛ miserator dñs: escā dedit timentibus se.
ℂ Celebraturus ergo amictu foris caput: et pe-
ctus exornās: fidei scuto se intus armare satagit
quo vniuersa inimici ignea tute possit excipere
tela:ne vacillet:si oculus corporis ocło discordet
mentis. Aliud foris cernens: aliud intus credēs.
Aduersario(inquit petrus)fortes resistite ī fide.
j.Petri.v. Jacula namqz venenata hostis anti-
quus exacuit:quibus nonnunq̄ etiam deuotorū
corda dubitationis infidelitatisqz veneno percu
tit:tanto vtiqz facilius : quanto abdita sacrificij
huius mysterij a rationis discursu intelligi min⁹
valent.Quibus;obuiantes ŧm apostoli consiliuz
in captiuitatem redigamus omnem intellectum

Credere sicut ecclesia credit ē bonū scutū fidei.

in obsequium christi.glo.i. fidei christi.ij.Cor.x.
Scutum bonū fidei est credere sicut ecclesia cre-
dit.Etiam si minus credita intelligūtur:dum ta-
men firmiter credātur. Nisi credideritis ait Esa.
ŧm aliā trāslationem:non intelligetis.c.vij.Ma-
gnum hoc ꝛ solidum fundamētum est credere si-

Solidū fūdamētū est credere sicut ecclesia credit.

cut ecclesia credit. Hec enim supra petram firmā
fundata est:quam(etsi venti scrupulorum seuiāt
quantūlibet flumina phantasmatū irruant quo
modolibet)non mouebunt nec prosternēt.Quic
quid eñ dubitationis malignus suggesserit: aut
humana infirmitas alligata sensibus ingesserit:
contrariataŧ fidelis ꝛ prudēs minister. In hac pe
tra solidetur dicens : credo sicut ecclesia credit.
Hec eñ veraciter dicēs oīa credēda:accedit fide
implicita:dū vera esse credit ī genere oīa q̄ catho
lica credit ecclesia : etiam si in particulari multa
ignoret:paratus animo quodlibz particulare cre

Innocen.

dere : dum rite innotuerit illud ad fidem ecclesie
pertinere. Magna prorsus hui⁹ fidei īplicite vti
litas ꝛ efficacia: quā ponit dñs Inno.in glo.c.fir

* ADDI TIO.

miter.de sum trini.ꝛ fide ca.dicens. Intantū va-
let fides implicita(vt dicunt quidā)ꝙ si aliqs eā
habet credens quicquid ecctia credit:lz false opi
netur ratione naturali motus:ꝙ pater maior vel
prior sit filio : vel ꝙ tres persone sint tres res a se
inuicem distantes:nō est heretic⁹:nec peccat:dū
hūc suū errorē nō defendit:ꝛ hoc ipm credit:quia
credit ecclesiā sic credere:ꝛ suā opinionē fidei ec-
clesie supponit:qz licet sic male opineŧ:tñ non est
illa fides sua:immo fides sua ē fides ecctie. Hec
Inno. Magnū reuera remedium: ꝛ nullū scrupu
losis:immo curiosis efficacius:ꝛ huius sacrosctī
mysterij abdita inqrentibus pernecessariū. Con
tingit eñ nōnunq̄ volētibus circa hoc sacramē-
tū questiones solutionū inquisitiōe euoluere: ꝙ
vna succisa hydre velut plura capita succrescant

Hydrā finxerūt poete multox capitū ī lerna palude:qūū aliqđ excisis/totidez cōtinuo renascebanŧ: tandem ab hercule et sagittis:et igni interfecta est.

ℂ C Narrat parriŧ. cancel. Gerson super magi-
strū tractatu.ix.de quodaz scholastico deuotidis
spm̄ habente:cui⁹ animo inciderūt scrupuli mul
ti questionū circa hoc benedictum sacramētum.
Petebat hic instantia ꝯtinua solutionē dubiorū
suox a maximis theologis quos nouerat parrhi
siis: sed crescebat morbus ex remedijs . Et sicut
de emoroissa legitur:peius īdies habuit ex reme
dijs ꝛ impensis.Consuluit tandem vnus experto
rū vt ad orationē totū se ꝯuerteret: ꝛ ꝯtra scrupu
los oēs ageret:suscipiēs sacrm̄ dicēs. Credo sicut
ecclesia credit.Credidit hō et accessit : serenatus
est ꝛ solidatus: nec parū illuminat⁹ circa venera
tionē hui⁹ sacramēti. Hec Gerson. ℂ Simile re-
citat de sctō Bern. qđ supra lectione.viij.iuxta fi
nē est habitū. Euenit etiā nonnūq̄ ꝙ nō tam me
ritoriū est credere:q̄ velle credere: sicut qñqz pl⁹
est velle dolere sensibiłr de pctīs ꝛ nō posse:q̄ ipz
sentire dolorē. Nam desideriuz paupex ex . d.ait
propheta:preparationem cor.e.au.aur.tua.Pre
paratio illa est ŧm supiorē anime partem.i.ŧm in
tellectū ꝛ voluntatē:ꝛ non ŧm ea q̄ nobis inuitis
inferior sensualitas aduehit: qualia sunt cogita-
tionū volubilitas:ꝛ phantasmatuz turba. Huic
igiŧ anchore firmiter adherēti nihil in fide peri-
culi esse pōt. Hec ꝓpter scrupulosos addere pla-
cuit occasione accepta ex amictu fidē significāte.
ℂ Amictu etiā vt vult Hugo. ꝛ Alexan. de ales:
qui sup humeros circūquaqz distendiŧ opex for-
titudo significaŧ. Humeri eñ fortes sunt ad ope
ra peragēda:ŧm illud de Isachar Geñ.xlix. Sup
posuit humerū suū ad portandū:factusqz est tri-
butis seruiēs. Sciat ergo sacerdos se nō debere
ocijs vacare:sed opibus virtutū insudare: ŧm il-
lud.ij.Tim.ij. Labora sicut bonus miles christi.
ℂ D Secunda vestis est alba:per quā conscien-

Albe.

tie mūdicia designaŧ. Alba eñ que sup humera-
le imponiŧ larga:candens:corpus tegit : ꝛ ne de-
fluat cingitur:qua sobrietas:ac vite mūdicia:ca-

Eccls.ix.

stitate fulgida designaŧ. Eccls.ix. Omni tpe vesti
menta tua sint candida.glo.i.corpus castū: nam
ꝛ de sacerdotibus diciŧ. Mūdamini qui fertis va

Hierony.

sa dñi. Esa.lij. Hiero.qz in prolo. super Malach.
Per moysen dñs preceprat sacerdotes taberna-
culi ab omni corpali vitio liberos: hostias omni
vitio vacuas offerre. Seqtur. Uñ sacerdotes an-
gelos dei esse hoc in loco scriptura testatur: vt si-
cut angeli puri sint ꝛ mundi. Mūdi inquā ab in-
quinamento mortalis pctī gñalr et specialr a vi-
tijs mundi carnalib⁹:gule videlz ebrietatis ꝛ oīs
intēperantie. Texiŧ aūt de lino: p qđ significaŧ ꝙ
sicut linū nō habet candorē p naturā: sed cū mul
tis assequiŧ laborib⁹ ꝛ tunsionibus ꝛ trituris:ita
sacerdos mūdiciā p naturam nō habet: nisi mul
tis attritionibus ꝛ laborib⁹ afflict⁹ per gr̄am ob
tineat:ꝛ apostoli exēplo castiget corpus suū: ꝛ in
seruitutē redigat:ne cū alijs predicauerit repro-
bus ipse fiat.j. Cor.ix. Tegit deniqz totū corpus
vt nulla ex parte corporis vllo tēpore voluptati-
bus vincendū esse demonstret. Debet eñ euāgeli
ci sacerdotis cōtinentia esse perpetua:legalis au
tē temporalis fuit. Propter qđ feminalia:etsi sa-
cerdotibus noue legis ꝓpter honestatem ꝛ signi
ficationē cōueniant: non tñ inter vestes sacerdo
tales istis/sicut illis precepta sunt:qz sacerdotes
noue legis occidētalis ecclesie:quox hec sunt in-
dumēta ad perpetuā teneŧ ꝯtinentiam: ad quā
nō tenebanŧ sacerdotes veteris legis:tenebātur
tñ tēpore ministerij sui. Indixit eis lex ꝙ tempore
illo haberent feminalia:in signū ꝙ tunc contine-
re deberēt. Uñ Hugo de sacramētis par. iij.lib.

Hugo.

ij.c.iiij.Uoluit

ij.ca.iiij. Voluit sermo dei in sacro officio: ministros dei ad tegēda infirma corporis: propriū et singulare operimētū habere: vt ꝑ hoc ostēderet pudicitiā ⁊ castimoniam illoꝝ ꝑcipue cū scā tractarēt: vnicā ⁊ singularē esse debere. Vñ ministri noui sacerdotij hoc operimentū in sacro officio singulare nō assumūt: quibꝰ est iniūcta seruāde castitatis necessitas: sicut est quotidie offerendi cōcessa potestas. Ministri vero veteris figure tēpore sacrificij feminalia sumunt: que ministerio expleto soluūt: qm̄ a cōtactu carnis vetꝰ lex sancta tractaturos ꝓhibuit: quos rursuz expleta vice ad operā carnalis commercij relaxauit. Hec Hugo. Est demū alba larga que in ve. testa. fuerat stricta ꝓpter spiritū seruitutis in timore: naz lex timoris erat. In nouo larga propter spm̄ adoptionis in libertatē. Ro. viij. Et qz tūc cōtinētia deo placet quando ex libertate spiritus offertur. Sunt enim eunuchi qui seipsos castrauerūt ꝓpter regnum celoꝝ. Mat. xix. ¶ E Hec quoq̄ alba

Cingulus.

cingulo siue zona pręcingiẜ ⁊ succingiẜ. Precingiẜ quidē quo principalis temperātie species castitas ipsa adherere ministro eucharistie debere firmiter designaẜ. Precingiẜ circa lūbos: vt nullis incentiuoꝝ stimulis castitas dissolnaẜ: sꝫ

Luce. xij.

illud Lu. xij. Sint lūbi vestri precincti. Lumbos autē precingimus aic beatus Greg. cū carnis lu-

Grego.

xuriā per carnis cōtinētiā coarctamꝰ. ad Ephe. vi. State succincti lūbos vestros in veritate. Succingiẜ ne defluat: vt expeditus ad pietatis opera nulla ocij lascinia naufrageẜ. Nihil em̄ tantū castitatem impugnat sicut ocij fastidiū. Vñ Naso.

Ouidius.

Ocia si tollas periere cupidinis arcꝰ. Bona ꝙ̄ppe opera sicut castitatē magnificant: sic castitas opera pietatis exornat: vt ꝗ̄ vbi supra Greg. Nec castitas magna est sine bono opere: nec opus bonum est aliquod sine castitate. Ideoq̄ cum dixerat. Sint lumbi vestri precincti: per qꝺ castitatez commēdauit: statim addidit. Et lucerne ardentes in manibꝰ vestris: per quod ad lucis opa castitate iam candidos inuitauit. ¶ Succingitur nihilominus alba ne defluat: per quod omnē superfluitatē a sacerdotis vita excludi oportere penitus demonstraẜ: nam et leuitici generis sacerdotibus vinū ⁊ quicquid inebriare poterat: cum in templo ministraturi erāt: dn̄s interdixit Leuiti. x. Et in. c. de vita ⁊ hone. cle. a crapula. ⁊. c. clerici officia. Clericis crapula: ebrietas taberne: secularia negocia: alearū ludus: superfluus: lasciuus: deauratus: rubei aut viridis coloris habitus. Fibule ⁊ corrigie auri vel argēti ornatum habentes ⁊ anuli: nisi quibus ex officio cōpetit: interdicunẜ. Indiciẜ autē corona ⁊ diligēs ecclesiastici officij ⁊ honoꝝ studioꝝ exercitiū: indumentum clausum: nec nimia breuitate: vel longitudi-

Luce. xxi.

ne notandū. Et dn̄s Lu. xxi. discipulis ait. Attendite vobis ne forte grauenẜ vestra corda crapula et ebrietate ⁊ curis huiꝰ vite. Neq̄ enim pōt ca-

Hiero.

stitas saluari vbi regnat ingluuies. teste Hiero. et habeẜ in decreto dist. xxxv. vēter. Uenter mero estuās cito despumat in libidinem. ⁊ ad Ephe. v. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Habet quoq̄ cingulū brachia duo sese cōplectentia: qꝺ duplicē significat mūdiciā: mentis. s. ⁊ corporis: quoniā nō solū carnali cōtagio perit castitas: sꝫ etiā mentali cogitatione impudica cōsensu acce-

Jacobus.

dente: vnde beatus Jaco. in sua cano. c. i. Unusquisq̄ tētaẜ a sua cōcupiscētia abstractus et illectus. Cōcupiscētia aūt cū cōceperit parit pecca-

Matth. v.

tum: ⁊ dn̄s Mat. v. Qui viderit mulierē ad cōcupiscendū eā: iam mechatus est eaz in corde suo.

Magna reuera mētis: corporisq̄ mūdicia fulgere dꝫ sacerdos euāgelicꝰ in tēplo dn̄i sanctū sanctoꝝ tractaturus: cū olim templuz illud figurale legis ministri introire nō poterant nisi purificationibꝰ multimodis premūdati. Que tūc in figura acta ad nostrā doctrinā scripta sunt. i. Cor. x. Populo deniq̄ ad montem syna vt angeli vocē moysi ꝑcepta dantē: audirēt accessuro dr̄ Exod.

Exo. xix.

xix. Estote parati in diē tertiū: ⁊ ne appropinquetis vxoribus vestris. Sed nec licuit dauid: et pueris suis / panes edere ꝓpositionis / nisi a ꝓprijs vxoribꝰ cōtinētibus. Vñ sacerdoti achimelech / in nobe querēti: si pueri mundi sunt: Respondit dauid. Si de mulieribꝰ agiẜ: continuimus ab heri ⁊ nudiustertius. i. Reg. xxi. Eadē rōne filijs israel in figura ꝑceptū est vt agnū paschalē nō ni-

Exo. xij.

si ꝑcinctis ederēt lūbis. Exo. xij. Recogitet ergo sacerdos veste cādida mundiciā significari Cingulo cōtinentiā: vt illic nō sordescat: hic non ef-

Stola.

fluat vita spūalis: ait Alexā. de ales. ¶ Sequiẜ quartū indumentū scꝫ stola siue orariū: qua obediētia humilis designatur. Hugo vbi supra. c. x. Ipsa em̄ sup collū imponitur: vt iugū dn̄i sacerdos suscepisse demōstreẜ: ⁊ deorsuz descēdit vsq̄ ad genua ꝙ̄ flectunẜ: vt tā suo descensu: ꝙ̄ genuū attactu humilitatē representet. Unde pōtifex in sacerdotis ordinatione orariū ei imponens dicit. Accipe iugū dn̄i. Iuguz enim dn̄i suaue est: et onus eiꝰ leue. Suaue. s. in ꝓsperis: leue in aduersis: qm̄ fidelis deus qui nō permittit tentari ho-

i. Cor. x.

minē vltra ꝙ̄ poterit: sꝫ facit cū tētatione prouētum vt possit sustinere. i. Cor. x. Ideo ad vtrunq̄ latus tēdiẜ: dextrū ⁊ sinistrū: vt non tm̄ in prosperis: sicut is de quo ꝓpheta in ps̄. ait. Cōfitebiẜ tibi cū benefeceris ei: sed etiā in aduersis obediat dn̄o. Quod vt fieri posset facilius: formaz crucis in pectore sua cācellatione pretendit: vt summe obediētie exēpluz: qꝺ in cruce dn̄s pertulit: factꝰ obediēs patri vsq̄ ad mortē: mortē autē crucis: sempꝑ in corde teneat. Ut autē obediētia integra

Ut obediētia integra perseueret in prospe ris ⁊ aduersis necesse est vt munita sit prudētia ⁊ patientia.

ꝑseueret in ꝓsperis ⁊ aduersis necesse est vt munita sit prudētia ⁊ patiētia. Prudētia opus est in prosperis: qua mala precaueanẜ futura. Patientia vero in irruētibus aduersis: ne precipitent in mala. Quoad primū diciẜ Mat. x. Estote prudē-

Matth. x.

tes. Quoad secūdū Heb. x. Patiētia vobis neces-

Hebre. x.

saria est: vt voluntatē dei faciētes reportetis promissionē. ¶ Ea propter stola quibusdā nexibus colligaẜ: qua virtutes patiētia ⁊ prudētia conseruari designanẜ. Patiētia: ne aliquo impulsu tentationis obediētia moueaẜ: vnde dictum est. In patiētia vestra possidebitis animas vestras. Luce. xxi. Prudētia: ne blādimentis peccatoꝝ sub-

Prouerbi. iiij.

uertaẜ. Prouer. iiij. Possíde prudētiā: ⁊ ne dimittas eā / et custodiet te: dilige eā / et cōseruabit te.

Manipulus.

B ¶ Quintū indumētū. s. manipulꝰ vel phanō vigilantiā designat: sepe em̄ diuino cultui mancipatis surrepit acedia: que animū reddit dormientez: vnde est illud ps̄. Dormitauit alā mea pre tedio. Gerit igiẜ sacerdos manipulū: alio nomine sudariū in sinistro brachio: quatenus mentis sudore deterso: ⁊ animi tedio ac tepore depulso: bonis operibus diligenter inuigilet. Unde sa-

Prouer. vi.

cerdotibus diciẜ illud Prouer. vi. Discurre: festina: suscita amicū tuuz: ne dederis somnū oculis tuis: nec dormitēt palpebre tue. Hec Alexā. Uel pro eo ꝙ̄ brachio manus sinistre imponitur: in quo digiti discretiōis sunt: significare poterit discretionē deuotā et cordialem: qua sacerdos sm̄ apostoli preceptū: corpus dn̄i discretionis iudicio diudicet: deuote discernēdo. Quia est quem

quarta: vsq ad vesperā. Sed & hocipsum abrogatum est per ecclesie generalē cōsuetudinē: qd approbat Host. qui nec credit dormitionē esse necessariā. Et q̄sq̄ nō refert quantū ad rationē precepti: vtrū dormierit: aut cibum digesserit: refert tamē q̄tū ad perturbationē mētis: quā patiunt homines ꝓpter defectū somni. Ex quo si q̄s multum perturbat: dz a cōmunione sacramēti abstinere. Sed quid de reliquijs ciborū manentib⁹ in ore si trāijciant casualiter? Respōsio. Nō impediūt a celebratione: tum qr trāijciunt per modū saliue: tum qr nō sumunt tanq̄ de nouo/illo die. Idē dicit de reliquijs aque: qua os abluit dūmodo nō traijciant in tāta q̄titate: vt maneāt in ꝓpria specie aque: sed quasi cōuerse sint in saliuā.

Richar. de media vil.

Dicit etiā hic Ric. de med. vil. dist. viij. .iiij. q. iij. principali ar. iij. Nec est acquiescendū dictib⁹: ꝙ illi qui post dictū matutinum in sero bibit: nō est licitū celebrare sequēti die nisi prius iterū dicto matutino. Hoc enim nō inuenit statutū. Et hec Richar. Uerū licet nō sit necessariū talē abstinere: videt tamē ꝙ sit valde cōgruū: cū matutinale officiū ad diē istū pertinet: a cui⁹ principio celebrās tenet esse ieiunus ieiunio nature. ❡ C Dictū est autē regulariter: qr in casu potest sumi & cōsecrari a nō ieiuno ieiunio nature. Unus casus est quasi generalis q̄tū ad sumentes: scilicet corporis infirmitas grauis. Unde quādo timet periculū mortis imminētis: periculū esset negare infirmo licet prāso poscēti sacramentū/cū sit viaticū. Et ideo dādū est ei qui proficiscit ex hoc mūdo: vt per ipsum perueniat ad terminū. Concordat Richar. di. viij. iiij. Alius est casus specialis quoad cōsecrantē: quo etiam nō ieiunus pōt cōsecrare & sumere: & est casus iste. Minister preparat calicē sacerdoti: & per errorē ꝓ vino ponit aquā: sacerdos supponēs ministruz bene fecisse: procedit ad cōsecrationē & calicis sumptionē: in cuius sumptione aduertit esse aquā/ipsa in ventrez traiecta. In quo casu tenet sacerdos sanguinem de nouo cōsecrare: & cōsecratū sumere: quānis per aque sumptionē soluerit ieiuniū nature. Quod ꝓbat: qr quādo sunt duo p̄cepta ordinata: p̄ceptū superioris magis ligat. Est autē vnuz preceptū xp̄i & ecclesie sumptū ex ratiōe sacramēti: ꝙ ipsum quādo conficit integrū perficiat: qm̄ sacrificiū in se est quoddā integruz ex duob⁹. De qua integritate seruāda habet scriptum ecclesie mādatū de cōse. dist. ij. cōperimus: vbi dicit. Aut sacramēta integra percipiāt: aut ab integris arceant: & loquit ibi canō de sacerdotibus cōficientibus & nō sumētibus. Et subdit ratio: qr diuisio vnius eiusdēq mysterij sine grādi sacrilegio nō potest prouenire. Ergo nō obstāte quocūq alio precepto ecclesie/maxime quod nō respicit propriā & essentialē rōnē sacramēti: tenet celebrans ad illā integritatē seruandū: ergo qui iam percipit aquā: tenet simpliciter ad cōplendū illud qd pretermisit: scz ad cōsecrationē sanguinis. Et cōfirmat per canonē Nihil. vij. q. j. vbi sic habet. Null⁹ minister atq sacerdos absq prouēta paternis molestie: cū ceperit imperfecta officia presumat omnino relinquere. Et si quis hoc temerarie presumpserit: excōmunicationis sententiā sustinebit. Relinquere aūt imperfectū eucharistie sacramentū: qui corpus xp̄i consecraret sine sanguine: saltē q̄tū ad significationē passionis xp̄i: que perfectius significat per vtrasq species panis & vini: q̄ per alterā tantū. Unde dicit beatus

Augusti.

Aug. in lib. sen. ꝓsperi: & habet de cōse. dist. ij. dū frangit hostia: vulneratio xp̄i intelligit. Dū sub speciebus vini sanguis eius sumit: eiusdē sanguinis effusio de latere xp̄i designat. Et tūc vltra. Si tenet cōsecrare: tenet & sumere: per. c. relatum. de cōse. di. ij. ꝫ. allegatū: vbi dicit ꝙ qui sacrificātes non edūt: rei sunt dñici sacramenti. Et sequitur. Qui talis est: a cōmunione vno anno nouerit se repulsum. Tenet ergo nō ieiunus eucharistiā sumere. ❡ D Sed diceres: ergo in casu sacerdos erit perplexus: qr tenet sumere: & sumendo in casu sumit nō ieiunus: & per cōsequens contra preceptū in. c. Liquido. Et ita peccat transgrediendo preceptū ecclesie. Ad hoc respōdet ꝙ ecclesia nō ita stricte ꝓhibet nō ieiunum percipere: sicut ꝓhibet diuisionē sacramēti: que videt esse prohibita a xp̄o: & a primeua ci⁹ institutione. Nec etiā ita stricte ꝓhibet nō ieiunū percipere: sicut p̄cipit cōsecrāti sacerdoti cōsecratū sanguinē sumere. Ex vna enim parte habet sacerdos preceptuz christi: vt scilicet sanguinem cōsecret post corporis cōsecrationē: habet & districtū ecclesie preceptū de percipiēdo cōsecratū. Ex alia autez parte nō habet nisi leue preceptū ecclesie cōparatiue: scilicet de ieiunio. Ibi enim non ponitur ꝙ suscipiens nō ieiunus sit reus dñici sacramenti: neq ꝙ cōmittat sacrilegiuz. Nec repellit a cōmunione per annū sicut in priori p̄cepto. Non est ergo ille perplexus: qr seruare debet p̄ceptū christi ecclesie quod est strictius: & omittere preceptum ecclesie qd est minus strictū. Nec ecclesia voluit illum ligari in hoc casu per secundū p̄ceptum: sed magis voluit eū nō seruare & ligare ad oppositū. Et patet ex alio ꝙ ieiunium nō est ita necessaria cōditio in suscipiente: qr in die parasceues particula posita in calicē percipit cū vino nō cōsecrato. Et verisimile est ꝙ vinū citius descēdat in ventrem q̄ illa particula: ergo ex cōsuetudine ecclesie: sacerdos percipit eucharistiaz non ieiunus. ❡ Itē in primo casu generali licet sumere eucharistiā nō ieiuno: scilicet infirmitatis. Sed in nullo casu licet celebrāti diuidere sacramētū: aut cōsecratuz nō sumere: nisi in casu impossibilitatis: puta si sacerdos deficeret: de quo infra. Unde patet non esse ita strictū p̄ceptū de ieiunio: sicut de nō diuidēdo & sumēdo. Hic ergo habet locum regula cācel. Gers. in suis moralib⁹ regulis. Si incidant duo p̄cepta incompossibilia ex culpa sua: agat illud quod de se est magis obligatoriū/et a nouo peccato immunis existit. ❡ E Si querit. In casu posito sacerdos deprehēdit se sanguinē nō ꝯsecrasse: pro eo ꝙ defuit materia debita: vbi incipiet cōsecrationē dñici sanguinis? Respondet sanctus Tho. ꝙ debet sacerdos aliā hostiam ponere & ipsaz simul cū sanguine cōsecrare. Sed nō apparet hoc fore necessariū ꝯm Sco. qr sunt distincte forme cōsecrationis corporis & sanguinis seorsum et diuisim efficaces. In vltimo enim instāti ꝓlationis verbox super panē: incipit esse corpus christi: & non dependet efficacia hui⁹ forme ex forma consecrationis sanguinis: nec econuerso. Melius igit (vt videt) dicit: ꝙ caute suppleat quod omissum est ꝯm predicta. Et quoad hoc cōcordat Host. di. Si timet scādalum sacerdos in prorogatione misse sufficit dicere tantum verba cōsecrationis sanguinis. Si dicis: in cōsecratione calicis de nouo oritur scandalū populi: ideo videt ꝙ sit omittēda. Respōsio. Scandalum illud contēnēdū est: qr ē scandalū phariseorum: acceptū & non datū: nam factū illud bonū est in se: & necessariuz sacerdoti ad euitationem mortalis peccati: & quilibet dz iudicare hoc bonum si causam nesciat: supponendo sacerdotem

Obiectio
Respōsio.
Questio.
Respōsio.
Hostien.
Obiectio.
Responsio ad obiectionem.

hoc sine rationabili causa nõ facere: quã causaꝫ quisquis eã sciret: deberet vtiqꝫ approbare. Hoc autẽ scandalũ dñs cõtẽnere docuit Mat. xv. dũ dñs dixerat. Audite ꝛ intelligite. Non qđ intrat in os coinquinat hominẽ: sed qđ ꝓcedit ex ore: hoc coinquinat hominẽ. Et discipuli respõdentes dño dicebãt. Scis qꝛ pharisei audito hoc verbo scãdalizati sunt. Rñdit. Sinite eos: ceci sunt et duces cecoꝝ. Omnis plãtatio ꝛc. Videt̃ tñ nihilominus ꝙ cauere posset celebrãs ne scãdaluꝫ accipiat̃: si caute ꝓcedat. Nam vadẽs quasi pro vino ablutionis post cõmunionẽ percipiẽdo infuso vino in calicẽ ad aquã adhuc in calice manenteꝫ. Vel si tota prius exhausta fuerat: aqua de nouo admixta: poterit redire in mediũ altaris ꝛ statim in breui tẽpore ab illo loco. Simili modo postq̃ cenatũ ꝛc. incipiẽdo ꝯtinuare poterit vsqꝫ Quotiẽscũqꝫ. vel vsqꝫ ibi. Unde ꝛ memores. Et illis verbis ꝓlatis cũ debita reuerentia: percipere iam verũ sanguinẽ xpi. Nec illud de facili percipiet̃: qꝛ fieri potest in valde breui tpe. Hec est in tertio Scoti di. viij. iiij. q. iij. ¶ Sed adhuc di. qn. Videt̃ ꝙ ieiuniũ nature regulariter nõ requirat̃: nam apls. j. Cor. xj. disponẽs de sumptione huius sacramẽti: corripiẽs corinthios pro eo ꝙ cenas suas in ecclesia mãducaturi cõferebãt: subiunxit in fine. c. si quis esurit: domi mãducet. Quibus verbis innuere videt̃ ꝙ anteq̃ ad ecclesiã conuenirent: deberẽt domi famẽ extinguere: ne immoderate in ecclesia de speciebus sumerẽt. Respõdetur fm beatũ Aug. apls reprehẽdit illos qui prãsi eucharistiã sumpserũt. Et ideo illđ verbũ. Si quis esurit: domi mãducet: nõ debet intelligi domi anteq̃ veniat ad ecclesiã: sed post recessum ab ecclesia: ita ꝙ nõ satisfaciat fami sue de eucharistia: sꝫ expectãs qđ sibi necessarium fuerit in domo sua ꝑcipiat. Et ideo laudabilis est ecclesie latine cõsuetudo: que eucharistiã dispẽsat in modica q̃titate: q̃ nõ possit suscipi ad crapulã: ꝛ sufficit valde ad reuerentiã debitã sacramẽti: vnde glo. sup illo. Si quis esurit domi mãducet: suos cibos: et terreno pane pascat̃: ne post eucharistiaꝫ sumat. hec glo. ¶ f Secũdũ impedimẽtũ amouẽdũ est immũdicia corporalis. Ubi in primis cõsiderandum ꝙ nulla corporalis immũdicia de per se impeditiua est celebrationis: aut sacre communionis. Hãc cõsiderationẽ deducit sanctus Bona. in. iiij. sentẽ. dist. xij. q. iij. Et patet satis ex verbis christi si perpẽdatur benedicẽdi ratio. Mat. xv. Non lotis manibus mãducare nõ coinquinat hominẽ: qꝛ nulla passio talis: aut exterior immũdicia de per se peccatũ est: aut de necessitate cõiuncta peccato: vnde glo. marginalis Mat. xv. nunc allegata. Nihil est extra hominẽ qđ interius inquinet. ꝛ glo. interli. Aug. Nõ timeo immũdiciã obsonij: sed cupiditatis. Obsoniũ cibus est delicatus qui post cenã sumit̃. Notanter dictũ est de per se: qꝛ de per accidẽs ratione alicuius cõcomitãtie vel sequele in anima impedire potest. Pro cuius declaratione aduertẽdum fm Jo. Gers. cãcel. de materia celebrationis ꝯsi. vij. ꝙ quedã est immũdicia corporalis ꝯiũcta immũdicie spũali fm veritatẽ: aut fm quãdã similitudinẽ vel cõformitatem: vt actus fornicationis in vigilia perpetratus quoad primũ: ꝛ immũdicia in somnis sordidis: quoad secũdũ. Alia est immũdicia corporalis q̃ visa vel cogitata horrorẽ ꝛ abhominationẽ quãdam generat: q̃uis nulla sciat̃ inesse peccati veritas vel effigies: quales sunt lepra / mẽstrua: et innaturalis fluxus seminis: ꝛ alie infirmitates corporales. ¶ Dicẽtimis ergo dicẽdũ est ꝙ nec a celebratione: nec a cõmunione impediũt. Nam afflictos ꝛ punitos nõ est afflictio addenda: immo potius eius miserie miserãdũ: vt in. c. ex parte. de clerico egrotãte. Quod vero eo. tit. c. tua nos. precipit̃: ꝙ sacerdos diuino iudicio lepre morbo percussus remoueatur ab administrationis officio: nõ per hoc interdicit̃ leproso facultas celebrãdi omnino: sed tãtũ populo parrochiali ꝓpter scãdalũ ꝛ abhominationẽ populi: vt p3 ex v̓bis decretalis. Erat enim is de quo loquit̃ ꝓlatus ecclesie parrochialis: vnde priuatim nisi nimia esset debilitas aut deformitas poterit celebrare: vt dicit Alex. de ales. par. iiij. q. xlvij. mẽ. vl. Et post eũ beatus Tho. in. iiij. di. ix. q. iiij. ar. vlt. Uerum fm Hugonẽ cũ remouet̃ a cõi cohabitatione: multo fortius a sacris ordinibus percipiẽdis. Si tñ sit presbyter leprosus: cessabit a ministerio quoad sanos: sed leprosis cãtare ꝛ ministrare poterit diuina. ¶ B De mẽstruatis ꝛ feminifluis ꝙ nõ habent necesse abstinere: patet per beatũ Greg. anglorꝫ epõ in quadã epistola scribentẽ: ꝛ habet̃ di. v. ad eius. Mulier dum fm ꝯsuetudinẽ mẽstrua patit̃ ꝓhiberi ecclesiã intrare nõ dꝫ: qꝛ ei nature superfluitas in culpã reputari nõ debet. Similiter nec debet ꝓhiberi a cõmunione sacramenti: vnde ibidẽ sequit̃. Sãcte cõmunionis mysteriuꝫ in eisdẽ diebus percipere ꝓhiberi non dꝫ. Si autẽ ex veneratione magna percipere nõ p̃sumpserit: laudãda est: sed si susceperit: non est iudicanda. Bonaꝝ quippe mẽtiũ est ibi culpas suas agnoscere vbi culpa non est: qꝛ sepe sine culpa agit̃: qđ venit ex culpa. Unde etiã cũ esurimus sine culpa comedimus: quibus ex culpa primi hominis factũ est vt esuriamus. Hec Grego. ¶ Idẽ põt dici (ait Alex. de ales) de viro feminifluo. Eadẽ etiaꝫ ratio est de muliere tẽpore purgationis post partum: vt dist. v. cũ enixa. ꝛ de purgatione post partum. c. vnico. Pariformiter de ceteris corporalibus immundicijs secundi generis: de quibus tamen beatus Tho. hanc facit distinctionẽ. Quia aut est perpetua: vel diuturna: vel temporalis et cito purgabilis. Si primũ: nõ est ꝓpter hoc abstinendũ: ne propter immũdiciã corporis perdatur fructus mẽtis: sicut accidit in leprosis / vel patientibus fluxũ sanguinis / vel seminis. Si secundum: tũc si aliquis fuerit in mẽte bene dispositus: sumere nõ ꝓhibet̃: q̃uis etiã possit ad tps laudabiliter abstinere ꝓpter reuerentiã tanti sacramẽti. Hec Tho. ¶ De immũdicijs autẽ primi generis que etiã distincte sunt / quarũ alique cõiũcte sunt fm veritatem immũdicie spirituali: que est peccatũ mortale. Iste quideꝫ nihil dubij habent quin impediant: vt actus fornicationis: adulterij: ꝛ cuiuslibet alterius incontinentie turpioris: quoniã ꝛ cõiugibus accessuris indicit̃ cõtinẽtia tridnana: vnde de cõse. dist. ij. omnis homo. dicitur. Omnis homo ante sacrã cõmunionẽ abstinere debet tribus aut quatuor aut octo diebus. De quo infra dicitur. ¶ h Alie vero que coniũguntur peccatis fm quandã similitudinẽ: vt resolutio seminis in somno: que non est peccatum: sed similitudo peccati. De ista pollutione et immũdicia varie senserũt doctores. Nam Alex. de ales / quem sequitur Alb. sanctus Bon. Petrus de pal. tenet ꝙ qui habuit pollutionem nocturnam: etiam si causam culpabilem nõ habeat: nihilominus abstinere debet a celebratione: nisi in casu necessitatis aut vitationis scandali: debet inquã de cõsilio: non de precepto: ita ꝙ mortaliter peccet si celebret. Causam assignat Alexã. de ales: qꝛ in hoc actu quasi omnino ordo viriũ peruertitur.

Mat. xv.

Mat. xv.

Obsonium quid.

Grego.

Qui hũit pollutionẽ nocturnaꝫ: an abstinere debeat a celebratione.

Augustin⁹

peruertitur. Uñ sm Aug. In hoc opere aïa sit fo
ta: caro⁊ sicut gustato spũ desipit oĩs caro: sic
ẽcõtra ⁊ amplius gustata carne/desipit spũs: et
fit carnalis. Generat etiã frequẽter in aïa hebe-
tudinem quãdã discrasiã ⁊ deordinationẽ: ideo
abstinẽdum est donec fuerit reordinata natura:
qđ fit regulariter spacio viginti quatuor hora⁊:
vnde ad tantũ tẽpus abstinere debet post pollu
tionem. Uñ si dormitione meridiana contingat
pollutio: debet in crastino abstinere a celebratio
ne misse: nisi forte ad nonã celebrare⁊: vt in tem-
pore ieiunij qñ explete sunt. xxiiij. hore. Hec Ale
xãder paucis interpositis. ¶ Richardus de me
dia villa lib. iiij. distin. ix. q. ij. arti. iij. finaliter ad
hoc hanc materiã resoluit. Si pollutio in som-
no proueniat ex causa que est pctm̃ mortale: im-
pedit de necessitate. Si ex veniali precedente in
firmitate: vel superfluitate: tũc nõ impedit. Ad-
dit etiam ꝙ periculũ vomitus impedit. ¶ Bea

Ad digna⁊ cõionẽ tria requirunt.

tus Tho. disti. ix. iiij. q. iij. latius prosequitur: et
multipliciter distinguit: premittens ꝙ ad dignã
cõionẽ requirunt tria. Mũdicia cõscientie: ere-
ctio mentis ad deum: mũdicia corporalis. Mun
dicia conscientie non tollitur nisi per peccatum
mortale: de quo. s. dictum est. Erectio mentis ad
deum/per actualem scilicet deuotionem per mẽ
tis hebetudinem vel occupationem: aut euaga
tionem: interdum etiam sine peccato amittitur.
Corporalis mundicia per corporis inquinatio-
nẽ tollitur. Primo ⁊ principaliter peccatũ impe
dit. Scđo indeuotio siue mentis hebetudo. Ter
tio corporalis immũdicia. Propter qđ celebra-
turi aut tractaturi aliquod sacramentum ob re-
uerentiam manus lauant. Et qñq⁊ hec tria con
currunt in vna pollutione: qñq⁊ duo: qñq⁊ vnũ:
et sm hoc magis vel minus impedit. ¶ Secũdo

Causa pol-lutiõis est triplex.

distinguit de pollutione in ordine ad causam et
modum. Causa est triplex. Extrinseca spũalis: in
trinseca spiritualis: intrinseca corpalis. Extrin-
ca spũalis est demon illudens dormiẽti excitãs
phantasmata. Intrinseca spũalis: dum phãtas-
mata apparent dormienti ex reliquiis precedẽ-
tium cogitationũ. Intrinseca corporalis: et hec
aut aliqñ fuit volũtati subiecta: vt qñ preuenit
ex superfluitate cibi ⁊ potus precedentiũ. Quã-
doq⁊ nõ fuit voluntati subiecta: vt dũ accidit ex
debilitate virtutis retẽtiue seminis. Uel ex vir-
tute nature superflua expellente: siue quacunq⁊
alia infirmitate. ¶ Modus triplex: sc⁊ primo cũ

Mod⁹ pol-lutionis est triplex.

imaginatione turpi: ⁊ consensu volũtatis: scđo
cum imaginatione turpi ⁊ sine cõsensu volunta
tis: tertio sine imaginatione turpi. In omnibus
his pollutionibus corporalis immũdicia est cõ
munis: sed mẽtis hebetatio nõ est nisi in illis in
quibus pollutiones cũ imaginatione accidunt.
In alijs eñ somnialib⁹ resolutionibus: que sine
imaginatione accidũt: aïa nihil participare vi-
detur. ¶ 3 Ex his sumatur determinatio huius
doc. in quatuor propositionibus. Prima. Si il-
lusio nocturna accidit ex mortali precedẽti: pu-
ta ex consensu voluntatis certo vel probabiliter
dubitato/oĩno abstinẽdũ est. ¶ Scđa ꝓpositio.
Si somnialis resolutio seminis ex diabolica illu
sione accidit: cuius in nobis causa per turpem
imaginationẽ vel delectationẽ nõ ꝓcessit (qđ ex
eo cõsiderari põt: si frequẽter accidat: ⁊ ꝓcipue
in dieb⁹ quib⁹ cõicãdũ est) non est a cõicatione
aut celebratione abstinẽdũ: q⁊ signũ est ꝙ diabo
lus fructũ eucharistie percipiende auferre cona
tur. Sic legit consiliũ cuidã monacho in vitis
patrum. ¶ Tertia propositio. Si pollutio hmõi

ex nature infirmitate vel aľs nõ precedente pctõ
accidat: ⁊ sine imaginatione turpi nõ impedit: si
necessitas immineat: aut deuotio exposcat: si tñ
propter reuerẽtiã abstineat dum infirmitas nõ
fuerit perpetua laudãdus est. ¶ Quarta ꝓposi-
tio. Patiẽs pollutionẽ sine mortali precedenti:
siue cũ veniali: siue sine pctõ: ꝓcedẽti tñ imagina-
tione turpi: li⁊ nõ peccet mortaľr extra casu⁊ ne-
cessitatis celebrãdo vel cõicãdo: min⁹ tñ reuerẽter
accedit ⁊ peccat venialiter. Et qm̃ difficile est di-
scernere oïa ꝓdicta circa pollutionem in somno
accidẽtẽ: ideo cõsuluit tãq̃ tutius abstinere dũ
necessitas celebrãdi aut cõicãdi nõ imineat. Ab
stinere aũt viginti quatuor horis: vt. s. dictũ est.
Hec videt esse snĩa btĩ Tho. per ipm̃ diffusi⁹ de-
clarata. Uerũ q⁊ in ꝓmissis videnť quedã dubia
⁊ quedã obscura: ideo clarius de hoc impedimẽ
to differit clarissim⁹ doctor Joã. Ger. cãcel. i duo
bus libellis de hac materia ad timoratarũ con-
sciẽtia⁊ cõsolationẽ editis: cuius determinatio
magis placet. ¶ R Pro quo aduertẽdũ in pils
ꝙ nulla pollutio in somnis inchoata ⁊ perfecta:
a celebratione impedit: q⁊ pctm̃ in se: vel q⁊ cõta

Augustin⁹

minet corpus xpi. S⁊ si impedit: ĩpedit: q⁊ tollit
debitã reuerẽtiã. Primum pz: q⁊ nulla talis est
pctm̃: ex famosa illa regula Aug. Pctm̃ est adeo
volũtariũ: ꝙ si nõ esset volũtariũ: nõ esset pctm̃.
In somno aũt deficit libertas volũtatis: q⁊ ꝓfe-

In somno nihil est voluntarium.

ctus rõnis vsus: ergo nihil in somno est volũta-
riũ. Minorẽ satis ostẽdit btũs Tho. vbi. s. Rur
sus ista est exꝓssa determinatio btĩ Aug. xij. sup
Gen. ad litteram. Ipa phãtasia que fit in cogitatio
ne sermocinãtis: cũ exꝓssa fuerit i visiõe somniã
tis vt inter illã ⁊ verã cõiũctionẽ corpo⁊ nõ di-
scernat/cõtinue mouet caro. Et seq̃tur: qđ eum
motũ seq̃ solet/cum hoc tã sine pctõ fiat: q̃ sine
pctõ a vigilãtib⁹ di. Itẽ idẽ. l. de ciui. dei. c. xxv. Si
illa cõcupiscẽtialis inobediẽtia q̃ adhuc in mẽ-
bris moribũdis habitat: ꝓter nostre voluntatis
legem quasi lege sua mouet: quãto magis absq⁊
culpa est in corpore nõ cõsentiẽtis: si absq⁊ cul-
pa est in corpe dormiẽtis. Loquit de oꝑꝓssione
nõ cõsentiẽtis. Itẽ act⁹ exterior nullu⁊ pctm̃ est:
nisi de volũtatiõe extrinseca: nõ plus q̃ vrina que
dr sana: q⁊ significat sanitatẽ. Ideo si in aïo non
sit pctm̃ ꝓprie dictũ: dũ libertate nõ vtit/nullus
pro tũc exterior actus tanq̃ vitiosus culpat: non
vtitur aũt libertate in somno: q⁊ nec vsu rõnis.
Requirit eñ rõnis vsus opationes virtutum et
potentia⁊ sensitiuarũ pro statu isto: que in som-
no sunt ligate. Qm̃ etsi intellectus noster nõ sit
potẽtia organica: ⁊ ita nõ vtat sensu tanq̃ orga
no: vtitur tñ eo tanq̃ potẽtia preuia: sine cuius
operatione nõ vadit in actũ: vt pz. iij. de anima.
Dicẽtes oppositũ cõtradicũt nõ solũ theologi-
ce/sed phĩce determinationi. Nec hñt q̃d respõ
deant: si fiat eis argumẽtũ de infantib⁹ ⁊ furio-
sis: ac alijs nõ vtẽtib⁹ rõne: quos pro tũc nõ pec
care noua trãsgressione ꝯcors est oĩm snĩa. Põt
tñ hmõi pollutio esse peccati effectus: aliqñ pcti
mortalis/aliqñ venialis. ¶ Dictũ est aũt notã-
ter: pollutio i somnis inchoata: ⁊ ꝑfecta in som-
no: qm̃ posset aliqs vigilãs impur⁊ habere desi-
deriũ se pollucẽdi: q̃ vigẽte caderet i somnũ: i quo
sui pollutio ꝑficeret: posset siľr pollutionẽ i som
nis ceptã expgiscẽs male ꝯsũmare. Cõstat i his
casib⁹ radicẽ pollutiõis eẽ liberã ⁊ flagitiosa⁊: ꝓ-
pter quã illõ op⁹ obscenũ ĩputabit ad culpã. Si
vo vtrobiq⁊ in ꝓncipio ⁊ fine fuerit rõnis carẽ-
tia: ⁊ ꝑ hoc cõsensus volũtatis: liber ẽt erit talis
act⁹ a culpa mortali: ẽt si nullo accedẽte ꝯscĩa rigi

lando cōpleref:palā est ratio: qꝛ libertate care-
bat. Sentētia hec est etiā beati Thome. Poterit
tñ aliqs peccare postmodū cōplacēdo sibi in ta
li voluptate probrosa quā habuit: sꝫ ꝓpter hoc
prior pollutiōis actus nō redderef culpabiliter
vitiosus: sed sequēs illa cōplacētia a volūtate li-
bere elicita: qnāuis si ipa semis resolutio facta
placeret: nō qꝛ voluptas: sed qꝛ nature exonera-
tionē vel sanitatē afferret: absqꝫ sui qui patitur
procuratione vel assensu fm beatum Tho. pctm̄
nō haberet. ¶ 2 Scdm etiā scꝫ ꝙ pollutio nō
impedit ꝓpter timorē cōtaminationis corporis
xpi: manifestū est. Nihil enīꝫ attinet ad corpus
xpi in sacramēto corporalis imūdicia sumentis
vel contrectantis: sicut nec ad radium solarem
aut spūaliū substātiaꝝ aliquā: qm̄ etsi i sacramē
to sit verū corpus xpi: nō tñ est ibi fm cōditiōes
corporis naturaliū causaꝝ actionib⁹ attingibi-
lis: sed modo quodā spūali: quō rationalis spūs
est in corpe materiali: de quo. i. dicef. Manifesta
sunt hec etiā parū instructis. ¶ Tertiū ostēdif. s.
ꝙ dū impedit perpessa resolutio/impedit: qꝛ tol
lit debitā reuerentiā. Requirit eñ digna huius
sacramēti susceptio deuotū discretionis iudiciū
fm aplm. i. Cor. xi. qui nō dijudicantē corp⁹ dñi
indignū decernit. Exigit itaqꝫ reuerētia debita
animū clarū: nō ebetē: recollectū: nō per vagas
maxime lubricas cogitationes aliorum notabi-
liter distractum: serenum: constantem ꝛ quietū:
non dubium/scrupulis fluctuantem. Hūc autē
somnialis pollutio etiam que nullo accedēte cō
sensu accidit: nonnūqꝫ reddit aīm scrupulosum:
inquietum: deiectum: ebetē et distractum: ita vt
nequeat cogitationes turpes: aut lubricas suffi-
cienter repellere: ꝛ ita ad predictā dispositionē
attingere. Uñ sicut cogitationes volūtarie ꝛ lu-
brice disponūt maxime ad hmōi fedas commo-
tiones: ita viceuersa ex hmōi cōmotione/ꝛ car-
nis stimulatione: proueniunt sepe somnia de no
cte/ꝛ cogitationes lubrice in vigilia de die: quē-
admodū iratus aliter ꝛ aliter cogitat ꝙ mitiga-
tus: ꝛ timens ꝙ securus. Remanet etiam in hu-
iusmodi (licet inuolūtarius patiaf) aliqua car-
nalis degustatio: vnde mēs ebetatur/ꝛ distrahi-
tur etiam nolens: que tñ debitam reuerentiam
tollunt. Debitā dico nō debito precepti: cuius
transgressio inducit pctm̄ mortale: sed debito cō
gruitatis ꝛ consilij: cuius omissio frequenter nō
caret venia. Uñ extra necessitatis causam pol-
lutus qui mortalis peccati reus non fuerit: licet
nōdum ab ebetudine mentis ꝛ distractione pur
gatus ꝛ reordinatus ad celebrandum accedens
dū laudabiliter posset abstinere: nō peccat mor-
taliter: tñ a veniali nō excusatur. Est expressa sen
tentia sancti Tho. vbi. s. Quia autē obscenitas
huiꝰ istius cum suis reliquijs non perpetuo
durat: ideo nec perpetuo a celebratiōe impedit.
Et licet pro reformatione animi: assignetur spa
cium vigintiquatuor horaꝝ: vt. s. dictuꝫ est: pōt
tñ aliquis vna hora purgatior effici: ꝙ alius in
centū: ꝛ per hoc ad celebrādum aptior: porro si
timeatur reuersio talium illecebraꝝ tempore ce-
lebrationis: possunt vbiqꝫ hec etiā post viginti-
quatuor horas contingere: vel ex corrupte la na
ture: vel ex diabolica operatiōe. Scdm hec ergo
citius vel tardius accedendū erit ad hoc vene-
rabile sacm̄ reuerēdissime celebrādū: citius ab
his/quoꝝ facilis est cōuersio ꝓpter fortē in san-
ctis cogitationib⁹ habituationē: ꝓpter etiā stre
nuā carnis subiectionē: vt in viris cōtēplatiuis
ꝛ vere religiosis. Tardius vo in nouiter cōuer-

i. Corin. xi.
Reuerētia debita qd exigit.

sis: nō exercitatos sensus habentib⁹ ꝛ seculari-
bus quibus hmōi reliquie tenacius adherescūt
De his in figura dictū est antiqs Leui. xv. Deu
te. xxiij. vt taliter immūdi separarenf ab alijs vs
qꝫ ad vesperā ꝛ vestium lotionē: qō beat⁹ Greg.
sic exponit: ꝙ nisi primo ignis tentationis reces-
serit: reum se quasi vsqꝫ ad vesperam cognoscat.
Constat aūt nul'as tales cōstitutiones vete. te-
sta. que cerimoniales erant: ad obligationes no
stras trahendas esse/nisi iudaizare vellem⁹. Jō
vespera hoc loco ꝛ lotio materialis nō ad litam
accipiende sunt: sed tandiu homo se reputet im
mundum: vt extra castra sacroꝝ mysterioꝝ sece-
dat: quādiu tales in eo vigent peccati reliqe: he
betudo scꝫ mētis ꝛ cogitatiōis carnalitas. ¶ M
Ex his primo infero: ꝙ nulla corpalis immundi
cia de per se impeditiua est celebrationis: sed de
per accidens: ratione alicuius cōcomitantie in
aīa vel sequele. Patet pro vtraqꝫ parte ex pmis-
sis. ¶ Scdo infero: ꝙ nō solū sine pctō: sed etiaꝫ
cū merito cōtingit pollutum in somno celebra-
re: sicut etiam qñqꝫ ipa pollutio in somno nō ex
precedenti pctō accidit sꝫ ex merito. Pria pars
patet: primo de his qui post pollutionē animo
reformati: ꝛ aīs nō indispositi accedunt habent
eñ que ad dignā celebrationē requiruntur. Pa
tet scdo de his/qui cū hanc immūdiciā ex demo
nis illusione accidisse certis indicijs dephēdūt:
celebrant: nō vt cedant: sed vt tētatoris fallacijs
fortiter obnitanf. Patet tertio de his qui vt su-
scepto officio satisfaciant: vel cōmissoꝝ necessi-
tati: alioꝝ cum quibus viuūt cōformitati: subla-
tioni scādali: aut instigāti deuotioni ꝓprie cele
brant. Cum eñ hi pia serunf intentione: nec ha-
bent legitimū impedimētū: nō est dubiū eos ce-
lebrando mereri. ¶ Scda pars pꝫ: qꝛ nōnunqꝫ
accidit ex arcta abstinentia in pane ꝛ aqua: qō
perspicuā fecit experientia. Itē aliqñ ex cogita-
tionib⁹ de carnali vitio meritorie habitis: vt si
quis predicaturus est contra carnis vitia dete-
standa. Nōne super his cogitare habet ac do-
ctoꝝ scripta reuoluere: aut etiam cōfessionē au-
diens de his audire ꝛ inquirere? Posset vtiqꝫ cū
magno merito. Nihilominus occurrere sentiet
in somnis aliqñ precogitataꝝ impudicitiarum
simulacra: ꝛ ipm ex illis sicut inuitis ad pollutio
tionem concitari posse quis neget? Nōnunqꝫ
deniqꝫ expertum est fuisse: qui dum celebraturi
erant sequēti die: cū cubandum erat: orationib⁹
spūalibus cōtra hmōi sordes se armare nisi sunt
ex ipa orationū armatura phātasmata illecebra
rum innouarūt: ꝛ in illud qō verebatur: incide-
runt. Oēs hos in hmōi suis cogitatiōib⁹ pius
quis dubitat meruisse? Accidit nihilominus ex
merito qñqꝫ occasionaliter: vt dum illusiōes de
monum inuidētiū bonis profectibus celebrare
volētiū cōtingūt: vel ad terrēdū ꝛ inquietandū
timorose cōsciētie puritatē: vel pro boni operis
vt celebratiōis impedimēto: vel vt vigilāti pla-
ceat qō somnians pertulit: vel vt demon absti-
nētiā piculosam: ꝛ indiscretū vite rigorē suadeat
ꝛ sic timorosum in insaniā precipitet: vel vt deo
ꝓpitio ꝛ permittente deuotā mentē sic exerceat
vt ex tali feditate stimulatam in humilitate cu-
stodiat. Loquitur non difformiter ad predicta
scribens Augustino anglorum epo beat⁹ Gre-
go. vt habef dist. vi. in. c. testm̄. ponit enim multi
plicem harū illusionū distinctionē. ¶ N Ex cu
ius vbis Cancel. duo memoranda colligit. Pri-
mū: ꝙ sepe tales illusiōes alus nesciens ꝑtulisse
magis dolēdus est ꝙ fecisse. Et loquif de illusio

neque

Pollutio i sōno qñqꝫ nō ex pcedenti pctō accidit/sed ex merito.

neque ex nature sup̃fluitate vel infirmitate eue nit: addẽs q̃ hec oĩno timenda nõ est. Scdm q̃ bonaꝝ mẽtiũ est ibi agnoscere culpã: vbi culpa nõ est. Sic tñ agnoscat (ait Cãcel.) vt nõ idiscrete impediat opatio iusta: neqꝫ corpis debita su stẽtatio deserat. Ne pterea aliqs ↄsciam sibi fa bricet ꝛ nutriat erroneã: ne cadat i scyllã cupiẽs vitare carybdim. Et subdit. Patiet fortasse ali quis hesitatiões varias dum ad comedẽdũ vel dormiẽdũ accesserit. Diceteqꝫ sic: pollueris: si hoc ꝛ hoc nõ omiseris: si tibi nõ pcauebis. Cõtẽnat talia necesse est: q̃ discrimẽ maius imminere cir cũspicit: si nõ parẽ cũ alys vincẽdi formã prudẽ ter insequit. Scrupulosis ergo cõtra scrupulos agẽdum est: ꝛ fixo operis pede certãdum. Tales em scrupulos euincere melius: q̃ per cõtẽptum nequimus: tñmodo sit cõtẽptus iste timore re iecto: ꝛ regulariter nõ absqꝫ previo alterius pre sertim sapiẽtis cõsilio: alioqn facit imoderatus timor casuz: aut precipitat incõsulta psumptio. Hec cãcel.

Obiectio duplex.

¶ Sz ↄ pdicta põt dupl̃r obyci. Pri mo: nã cõiugati possũt sine pctõ: immo cũ me rito misceri: ꝛ tñ indicit eis triduana abstinẽtia: vt. 3. tactũ est: ergo videt q̃ in nullo casu liceat pollutũ celebrare. ¶ Scdo cõtra illud qd dictuz est: q̃ impedit⁹ hac illusione a celebratione põt reformari ante spaciũ vigintiquatuor horaruz: ꝛ sic celebrare. Nã sic ꝛ fornicari⁹ sil̃r in breui se posset recolligere: ꝛ ab omnib⁹ peccati reliquys animã extergere: posset igitur statim celebrare.

Rñsio ad pmã obiectionem.

¶ De prima obiectiõe est snĩa Alexãdri de ales ꝛ alioꝝ doctoꝝ: q̃ si cõiugati pdicti accedant ex deuotione psertim dieb⁹ solẽnib⁹: nõ peccãt qñ nõ cã adimplẽde libidinis: sz vel cã reddẽdi debi tũ: vel affectu gignẽde ꝓlis cõmixti sunt: naz ad reddẽdũ debitũ cõiugi pceptũ obligat: dicente aplo. 1. Coꝝ. vy. Uxori vir debituz reddat simili ter ꝛ vxor viro. Nõ aũt videt q̃ q̃s obediendo p cepto ꝓhibeat a sacra cõmunione. Canon vo. 3. allega. de cõsecra. dist. y. omnis hõ. intelligit fm glo. q̃ abstinere dz quãtũ est in se vt nõ exigat: ex actus tñ reddat omni tẽpore. xxxiy. q. v. si dicat

Gregorius

vir. De secũdo loquitur btũs Grego. ꝛ habetur xxxiy. q. iiy. vir cũ ꝓpria. Si quis sua coniuge nõ cupiditate voluptatis raptus: sz solũmodo pro creandoꝝ liberoꝝ gratia vtitur: iste profecto seu de ingressu ecclesie: seu de sumendo dñici corpis sanguinisqꝫ mysterio: suo est iudicio relinquẽd⁹: quia a nobis nõ debet ꝓhiberi accipere: qui in igne positus nescit ardere. Relinquẽdus est suo iudicio propter statũ mentis sue quẽ ipse meli⁹ nouit: vnde si mẽte nõ ardet concupiscẽtie reli quys: non impedit a cõmunione. Addit cancel. etiã si cõmisceant causa incontinentie vitande maxime in altero ↄiugũ. ¶ O De scdo obiectio ne dicit cãcel q̃ rarissimũ est hoc: scz q̃ fornica tor se in breui extergere possit ab oĩb⁹ reliquys fornicationis: ꝛ de his que vix aut nũq̃ eueniũt

De his q̃ vix/aut nũq̃ eueniũt: doctores parũ tractãt

docto. parũ tractãt: si tñ immineret graue scan dalũ pro omissiõe: si deniqꝫ magis ex surreptio ne diabolica: aut vehemẽti tẽtatione tale flagi tiũ apud se raro cõmisisset. Si preterea grãdis cõtritio cõcurreret: audeat qui ꝓfundius sapit: talẽ ꝓhibere. Fateor non audeo. In hoc casu et alys sicut ꝑspicuũ est ex premissis: relinquendi sunt multi sue cõsciẽtie ꝛ iudicio: circũstãtys oĩ bus quas prudẽtia circũspicit indagatis. ¶ Ex oĩb⁹ precedentib⁹ põt hec doctrinalis resolutio finaliter elici. Pollutus in somno / absqꝫ cõsen

Cõclusio d pollutiõe.

su in vigilys sequẽte vel previo: dum se non sen tit magis hebetẽ: ꝛ per cogitatiões ad carnalia reflexũ: alys impedimentis nõ obstãtib⁹ etiã ex tra casuz necessitatis aut remouẽdi scãdali: põt sine pctõ ꝛ meritorie celebrare: dũ deuotio tra hit: pietas suadet: aut susceptũ officiũ exigit: vel requirit. * Particule singule patẽt ex pmissis.

** Gerson in tractatu de pol. diur na et ꝙ pol lutio diur na ꝺ per ac cidẽs impe dit a cele bratiõe: pu ta qꝛ talis sentit se ex hac fedita te distractũ ꝛ deiectũ in alo: aut qꝛ neqt tales cogitatio nes lubri cas et tur pes ide cõ surgẽtes de pellere.*

¶ Lectio. xi.

A

Expediti de impedimẽtis a mini stro sacraz oblaturo hostiã remouẽdis / di cẽdũ est de cõuenientibus ipsi ministro ap ponẽdis. Hec autez sunt duplicia perma nentia: et transitoria Prima sunt ornamẽ ta ꝛ sacre vestes. Trã sitoria vo: signa: gestus ꝛ orões. ¶ Circa pmũ aduertẽdum: q̃ fm beatũ Hieronymũ: religio xp̃iana alterũ habet habitũ in ecclesiasticis offi cys: ꝛ aliũ in cõmuni vsu. Et rationabiliter qui dem: ad denotãdũ q̃ fm mutationẽ vestiũ: vita mutetur in melius fm spm: vt quoqꝫ ecclesiasti ci his vestib⁹ vtẽtes: populo xp̃iano pbeant bo ne cõuersatiõis exemplum: quo ꝑ exutionẽ anti quaꝝ vestiũ: veteris expoliatio hois cũ suis acti bus ꝛ vitys scz ꝛ peccatis: ꝛ per indutionẽ no uarũ: noui hois reformatio per iusticiã sanctita tis designet. Assumptus aũt est sacrarũ vestium ritus partim: vt dicit Hugo lib. y. de sacra. par te. iiy. c. i. a veteri testõ: partim a pr̃ib⁹ noui testa mẽti adiect⁹. Precepit em dñs moysi vt faceret aaron sacerdoti ꝛ filys suis vestes sanctas in glo riã ꝛ decorẽ: vt sic loti ꝛ sacris vestib⁹ induti sa cerdotio fungerentur. Exodi. xxviy. Simile ha betur Ezech. xliiy. Ipsi ingredient sanctuarium meũ: ꝛ ipsi accedẽt ad mẽsam meã vt ministrent mihi: ꝛ custodiãt cerimonias meas. Cũqꝫ ingre dientur portas atry interioris: vestib⁹ lineis in duantur: nec ascẽdat sup ipsos quicq̃ laneũ qñ ministrãt i portis atry interioris. Uestes he ad literã celebrãtẽ sacerdotẽ a populo discernunt: tegũt ꝛ honestãt: vt cerimonialiter ordinate et inoffense etiã quãtũ ad exteriorẽ cultũ ꝛ gestus summo huic assistat sacrificio: vñ apl. i. Cor. xiiy Omnia honeste ꝛ fm ordinẽ fiãt in vobis. Nec parũ exteriores cerimonie populo ꝓficiunt: cu ius ex his pascit deuotio: ꝛ in exercitatis: ex his animus suscipit incremẽtũ. Sed ad spũalẽ haꝝ intelligẽtiã indagãdũ cõuertamur. ¶ B Sunt igitur sex indumẽta presbyteroꝝ simpliciũ. i. nõ episcopoꝝ: q̃bus vti debẽt in celebrãdis missarũ solẽnys: que etiam in sua ordinatione recipiũt. Et congruit vt vnusquiqꝫ qd percepit in conse cratiõe honoris: hoc retineat etiam in oblatiõe seu perceptione sue salutis: vt habetur. xxiy. di. ecclesiastica. vbi suadetur: q̃ sacerdos etiã soluz per se offerens aut sacramẽtum percipiẽs: vt in infirmitate fm glo. nõ aliter q̃ orario: idest stola vtroqꝫ humero circumseptus accedat sicut tem pore ordinationis sue dinoscitur consecratus. Hec autem indumenta sunt: amictus: alba: cin gulum: manipulus: stola siue orarium: planeta siue casula: que (vt dicitur de conse, distin. i. vesti menta) esse debent sacrata et honesta: nec alys vsibus q̃ ecclesiasticis ꝛ deo dignis officys depu tãda. Sunt autem sex: vt ipso numero ꝛ commu nis sacerdotum officia ꝛ virtutum perfectio si gnificetur. Sex enim sunt in quib⁹ potestas eo rum consistit: ait Alexã. de ales parte. iiy. q. xxvi.

De cõuenientibus mini stro q̃ sunt duplicia.

Hieronymus.

Ezec. xliiy.

Sex sunt in dumẽta q̃ bus vti de bent sacer dotes in ce lebrandis missaꝝ solẽ nys.

membro.vi.§.i.que sunt cathechizare:baptizare predicare:cõficere:soluere ꝛ ligare. Hec eñ ope ra cõmunia sunt sacerdotibus ꝛ epis. Est deni q3 senarius nuerus perfect9 surgens ex suis par tibus aliquotis. Senarius igitur numerus per fectionem virtutũ significat:quibus debent sa cerdotes perornari. Sũt itaq3 hec sacrata indu menta:nõ tñ ad honestatẽ ꝛ ornatum celebran tis/sed etiã ad significationẽ gestorũ ac virtutũ capitis ꝛ mẽbrorum:idest christi ac ministri ecle biãtis: vnde hec indumenta:vt dicit dñs Innoc. de officio misse parte.i.c.x.aliud significãt in ca pite xpo:aliud in mẽbris: nã ꝛ caput et membra sacerdotis nomine nũcupantur. Ad caput dicit ps. Tu es sacerdos in eternũ fm ordinem mel chisedech. Ad membra dr.i. Petri.ij. Uos estis genus electum:regale sacerdotium. Prius ergo exponenda sunt eorum significationes ꝛ myste ria fm q capiti congruunt. ac deinde fm q mẽ bris conueniunt.

Senarius nũerus vir tutũ perfe ctionem si gnificat.

¶ Quo ad primum occurrit duplex significatio: vna velut exteriorum a xpo passorum:alia magis mystica virtutum christi ꝛ interiorum. ¶ Circa primum aduertendum: q qr sacerdos celebrans christum eiusq3 mortem ꝛ passionem representat:fm illud apli.i. Cor.xi. Quotienscũq3 manducaueritis panem hunc et calicem bibetis:mortem dñi annunciabitis do nec veniat. Congruum est vt qui in persona ty pum xpi gerit pro nobis morientis:vt appropia tior fiat representator:etiam similitudinẽ teneat in vestimentis ꝛ nostre salutis armis. Sitq3 sa cerdoti oblaturo ad gloriam: quod summo pon tifici in vespertino suo sacrificio impius iudaici furor populi ad cõtumeliam intulit Deniq3 cõ gruum est vt que crudelitas sacrilega(benignis simum dñm extrinsecis quibusdã habitibus de ridendo) xpo intulit:nunc suis expoliando:nũc ludicris vestiendo:nunc ligando:nunc flagellis cingendo:ꝛ sic plenũ contumelijs ad altare cru cis/pertrahendo. Horum olim memoriam sacer dos xpm imolaturus in altaris sacrificio expri mat ꝛ declaret.

Sacerdos celebrans xpm/eius q3 mortẽ/ꝛ passionem repsentat.

Amictus.

¶ Unde amictus quo caput te gitur sacerdotis:velamen significat:quo perfidi iudei in domo cayphe christi faciem velabant: percutientes:illudentes ꝛ dicentes. Prophetiza nobis christe quis est q te percussit. Mat.xxvi.

Alba.

¶ Alba vestem ludicrã ꝛ albam qua velut stult9 ab herode illusus remissus est ad pilatuz. Luce. xxiij.

Casula.

¶ Planeta siue casula vestem purpuream representat:qua in pilati pretorio/post flagella tionem a militibus irrisus contumeliose saluta tus ac percussus inimicis suis est ostensus:dicẽ te pilato. Ecce homo. Johãnis.xix.

zona. Mãipul9. Stola.

¶ Zona ma nipulus:stola:tria ligamina quibus in captione in flagellatione:in crucis baiulatione dñs liga tus legitur:quis tñ zona ipsa significare poterit flagella corpus xpi ambientia. Et stola imposi ta collo:crucis patibulum xpi humeris imposi tum:ꝛ ad locũ caluarie baiulatum. Manipulus vero sinistri brachij:quo amoris signa gestari so lent:ornamentũ quasi partis cordi propinquio ris; significare põt nõ incongrue magnum illud vinculum quo solo salus nostra vinciebat:scz in gens nostre redẽptionis desiderium:quo anxia batur ad passionis sue qua saluaremur cõsum mationem:fm q ait Luce.xij. Baptismo(haud dubiũ quin sanguinis)habeo baptizari: ꝛ quo modo coarctor vsq3 dum perficiat. Non eñ cla ui ferrei quantũlibet grossi eũ in cruce tenere po tuissent viuũ:quem saxum magnũ valde tenere nõ potuit mortuum. Hec breuiter sufficiant de prima significatione exteriorum a christo passor.

¶ Allegorice. D Quantũ autẽ ad mysteriũ alle gorie in capite xpi. Amict9 quo sacerdos caput obnubit:xpm dñm sacerdotem magnum fm or dinem melchisedech pro nobis humanã assum psisse naturam qua suam occuluit deitatẽ signi ficat:que deitas per caput significat. Caput eñ xpi deitas est:fm illud apli.i. Cor.xi. Caput viri xps:caput xpi deus. Hoc etiam in Apoca.ca.x. representatur: cũ xps in specie angeli fortis nu be amicti de celo descẽdentis describitur. Cui cõ sonat illud Esaie.xix. Ascendit dñs super nubez candidam vt ingrederetur egyptũ. Ueniẽs nãq3 ad illuminandũ egyptũ .i. mundum ignorantie tenebris obscurũ dei filius magni cõsilij angel9 amictus est nube lucida. Sic vt glo. ibidẽ dicit. Corpus humanũ assumpsit nõ grauatum corru ptione virilis commixtionis sub quo occuluerat deitatem: hoc ergo latibulum carnis amictus si gnificat sacerdotis.

Amictus.

Esai.xix.

¶ Alba linea totum corpus tegens:puritatẽ denotat corporis xpi de virgine gloriosa sine originalis macula criminis assum pti totiusq3 vite ꝛ cõuersationis xpi candorem. Ualde eniz distat vestis linea a pelliceis tunicis de mortuis animalibus factis:quibus post pec catum vetus ille adã vestitus est. Geñ.iij. Quia plurimũ a cõuersatione veteris hominis vitio sa:nouitas vite distat virtuosa:quã xps in se pre tulit:verbo docuit ꝛ nobis tribuit in baptismo. De qua apostolus Col.iij. Expoliantes vos vete rem hominẽ cum actibus suis: ꝛ induentes no uum eum qui renouat in agnitionẽ dei fm ima ginem eius qui creauit eũ. ꝛ ad Ephe.iiij. Reno uamini spiritu mentis vestre:ꝛ induite nouũ ho minem qui fm deũ creatus est in iusticia ꝛ san ctitate veritatis. Siquidẽ vestimẽta xpi semper fuere candida:qui peccatum nõ fecit: nec inuen tus est dolus in ore eius. Esaie.liij.ꝛ.i. Petri.ij. Et hoc est q in eius transfiguratione facies ei9 vt sol resplenduit: ꝛ vestimẽta eius facta sunt al ba sicut nix. Matthei.xvij.

Alba.

Ad Col.iij.

Ad Ephe. iiij.

¶ Zona sacerdotalis qua vestimẽta cõstringuntur cum mẽbris:vincu lum hoc fortissimũ significat:quo nostrã naturã filius dei colligauit:nõ quidẽ formaliter sed cau saliter ꝛ effectiue. Uinculũ hoc charitas est:quã apls dicit vinculum perfectionis ad Col.iij. De hac dicit Johã.iij. Sic deus dilexit mundũ vt fi lium suũ vnigenitũ daret:vt ois qui credit in eũ nõ pereat:sed habeat vitã eternã. Hec est zona aurea qua precinctum ad mamillas iohãnes vi dit similẽ filio hois. Apoca.i. Nec huic dissonat qd Esaie.xi.dicit. Erit iusticia cinctoriũ(alr's cin gulum)lũborum eius:qm iusticia legalis virtus est cõis:omnes virtutes includens. Quid autez charitate iustius? Quid charitate perfectius: q sola ceteras virtutes perficit atq3 format:vt ve re sint virtutes. Habet deniq3 zona duas extre mitates:quia charitas feruet in corde: ꝛ radiat in opere. Hz etiam duo precepta:quibus preci pit diligi deus:ac deinde proximus. Ita xpz incar nari fecit charitas patris ꝛ dilectio nostre redẽ ptionis:nã incarnatus est ex obediẽtia patris: ꝛ pter salutẽ redimendi pditi hois.

zona.

Esa.xi.

¶ E Sto la que super amictum collo sacerdotis incũbit: obedientiam ꝛ seruitutem signat quam propter seruorum salutẽ omniũ dominus subijt. Phi ij. Qui cum in forma dei esset:non rapinã arbitra tus est esse se equalem deo:sed semetipsuz exina niuit:formam serui accipiens: factus obediens patri vsq3 ad mortez:mortẽ autẽ crucis. Causaz quippe mortalitatis nõ cõtraxit origine:nec cõ

Stola

Ad phil.ij.

misit in

misit in opere: sed qđ non rapuit exoluebat. Dedit eñ illi calicē pater non index: amore: non ira: voluntate: nō necessitate: gr̃a: nō vindicta. ¶ Manipulus quem in leua ponit sacerdos: brauium significat qđ christ⁹ obtinuit in via: nam per manipulū brauiū vel premiū qđ est btitudo: designat. * Leua vero presens est vita: s̄m beatum Greg. in homel. paschali: s̄m qđ scriptuz est. Leua eius sub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabitur me Can. ij. Christus autē singulari priuilegio viator fuit: ⁊ perfectus comprehensor. Viator: qr meruit nobis vitam ⁊ suo corpori gloriam: vt vult magister li. iij. di. xviij. Fuit ⁊ cōphensor: qr ab instanti sue conceptionis fuit aīa sua beata per clarā diuine essentie visionem: ⁊ perfectissimā fruitionē atq; summā delectationē: vt tangit magister lib. iij. dist. xvi. ⁊ xviij. Licet illa beatitudo portionis superioris in portionez inferiorem non redūdabat speciali ⁊ nouo miraculo: vt vult Sco. dist. xv. lib. iij. donec per beatificam suam passionē nr̃e opus redemptionis cōsummaretur. Hoc dñs ipse voluit innuere dum loquens in terra se esse dicit in celo: ait enim Joan. iij. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo: filius hoīs qui est in celo. Ecce filius hoīs adhuc in terra positus: se esse dicit in celo vtiq; s̄m humanitatē s̄m quam hoīs est filius. Non enim erat in celo per localem humanitatis sue presentiam: que cū sit creatura nō deus: licet deitati vnita: non est vbiq;. Fuit autez christi humanitas in celo adhuc in terris posita per actualē beatitudinis gloriam: que per celum designatur. Sicut alibi beatitudo dicitur paradisus latroni promissa: quam ipse passionis sue die fuit habiturus. Non vtiq; locum beatoꝝ: celum vez empyreum: quod ante ascensionē dominicaz nullus hominū beatorum credit introisse. ¶ f Planeta qua corpus sacerdotis contegitur plenitudo gratie xp̄i significat: qua membra xp̄i adornātur: qr de eius plenitudine oēs accepim⁹ gratiā pro gratia. Joan. i. Vel si magis placet. Casula magni sacerdotis vniuersalis ē ecclesia: quā sibi dominus copulauit: ⁊ copulando virginē fecit: sanctificans atq; mundans eā lauacro aq̄ in verbo: vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentē maculā neq; rugā. ad Ephe. v. Hec est vestis magni sacerdotis aaron: nō rumpenda nec scindēda. Leui. xxi. In cuius etiam vnguentū gratie a capite barbā descendens influxit: dū de plenitudine capitis gratie xp̄i acceperūt: primo apostoli: deinde oīs ceteri. Casula hec est vnica integra: vndiq; clausa: quia vna est ecclesia xp̄i sponsa matri sue electa. Vna est colūba mea: ait sponsus candidus ⁊ rubicūdus in cāticis. vi. ca. Vna ⁊ integra ꝓpter fidei vnitatem: ⁊ sacramentoꝝ integritatē: cūctisq; erroribus hereticoꝝ clausam. Hinc ad Ephe. v. Unū corpus ⁊ vnus spūs vna spes vocatiōis: vn⁹ dñs: vna fides: vnum baptisma: vnus deus ⁊ pr̄ oīm. Una deniq; eccl'ia ex iudeis ⁊ gentibus collecta: in vno angulari lapide xp̄o coniuncta: vt tangitur ad Ephe. ij. Casula tn̄ sacerdotis manuū extēsiōe quodāmodo diuidit in partē anteriorē ⁊ posteriorē: qr xp̄i passio in cruce distinxit ecclesiā veteris testamēti ab ecclesia noui testamenti: quaꝝ illa precessit: ista sequebat: vtraq; tn̄ in capite vnita: vtraq; xp̄i passione redēpta: vtraq; in xp̄i laude ꝯsona. Unde ⁊ qui p̄cedebāt ⁊ qui sequebant clamabāt dicētes. Osanna filio dauid: benedictus qui venit in noīe dñi. Mat. xxi. Hec de significatione vestium que caput concernit per allegoriam.

¶ Lectio. xij. Tropologice. A

Marginalia (left column): Manipul⁹ — * Vita presens p leuā sig̃tur: ⁊ per manipuluz brauiū siue merces: iuxta illud p̄s Uenientes autē venient cum exultatione portā tes manipulos suos. — Joan. iij. — Planeta. — Casula. — Ad ephe. ij.



Unc attendamus eorūdē rep̄sentatione s̄m q̄ mēbris ꝯuenit p tropologiā: scdz hāc eniz represententant vestes virtutū: quibus aīa celebrātis imo ⁊ sumētis dz intus spūalr adornari. Nā mēsa hec sacralis cena magna est: nuptiale ꝯuiuiū ē: quā magnus pr̄familias ⁊ rex regū filio suo fecit: ⁊ ad eā multos. i. oēs fideles inuitauit Ad quā si q̄sq̄s sine nuptiali veste intrās discubuerit: ligatis manib⁹ ⁊ pedibus in exteriores tenebras detrudet. Mat. xxij. Jđ sacerdos hec sacrosctā mysteria celebraturus nō in cōibus: sz sctis ⁊ sacratis vestib⁹ vestē nuptialē designātibus accedit: q̄ habitū mētis tā sacerdotis q̄ circunstantiū ac ꝯcelebrantiū rep̄ntant. Nō eñ in sua tm̄ ꝑsona sacerdos: sed simul in ꝑsona circūstantiū et totius eccl'ie sacrā offert hostiā. Cōcelebrāt sacerdoti circūstātes: ⁊ spūalr cōicātes: nō ꝯficiēdo cū sacerdote: qđ tm̄ sacerdotis ē: sed cū eo hostiā pr̄i a sacerdote ꝯsecratā: seq; ipsos sacrificium placabile deo pr̄i offerēdo. Un̄ ē illud in canone. (Hāc igr̄ oblationē seruitutis nr̄e sed ⁊ cuncte familie tue ⁊c.) ꝓpter hoc scriptura oēs xp̄ifideles regale nolat sacerdotiū. Uos estis (inq̄t) gen⁹ electū: regale sacerdotiū: gens sctā: pp̄ls acquisitiōis: vt enarretis virtutes ei⁹ qui vos vocauit in admirabile lumē suū. ⁊. Petri. ij. ⁊ Apo. i. Fecit nos regnū ⁊ sacerdotes deo pr̄i suo. Significāt itaq; vestes sacre q̄cq̄d ad dignā p̄parationē tā celebrātis: q̄ circūstātis: ⁊ cōicātis pp̄li requirit. Et p̄mo q̄dez ex ip̄o vestiū nūero ꝑfectio significat. Est eñ sext⁹ nūerus ꝑfectus: p̄cise ex partib⁹ suis aliq̄tis que sūt. i. ij. iij. resultās: vt dictū est. Dñt igr̄ eē sancti ⁊ ꝑfecti q̄ tm̄ mysteriū celebrare vel ꝑticipare p̄sumūt. Hinc sacerdotib⁹ ait dñs. Sacerdotes q̄ accedūt ad dñm sctificent: ne ꝑcutiā eos. Exo. xix. ⁊ Mat. v. oīb⁹ dr̄. Estote ꝑfecti sicut ⁊ pr̄ vester celestis ꝑfect⁹ est. Hec ꝑfectio sicut nūerus senarius ex. i. ij. iij. integrat. Ex vno ouili qđ est eccl'ia. Siq̄dē necesse est ꝯsecrātē ⁊ cōicantē siue sumētē esse vnitū eccl'ie catholice nec ab ea ꝑ penā canonicā p̄cisuz: vt. s̄. habitū est. Ex duobus primis preceptis legis diuine ⁊ naturalis p̄ncipijs: siue duab⁹ legalis iustitie ptib⁹: q̄ sunt declinare a malo ⁊ facere bonū. Ex trib⁹ deniq; theologicis ỽtutibus fide. s. recta: spe firma: charitateq; ꝑfecta q̄ per vestes significant. ¶ B Prima ergo vestis amict⁹ vel superhumerale: ꝯuenienter significat primā virtutē necessariā ad salutē: q̄ est fides: nam sine fide impossibile est placere deo. Heb. xi. Est aūt amictus q̄si substratoriū ceteri ornat⁹ sacri. Stringit collū ⁊ duab⁹ chordulis sub pectore colligatur. Sic fides substātia est ⁊ fundamētū toti⁹ edificij spūalis. Jdirco apl's fidē describēs: vbi. s̄. ait. Fides est substātia reꝝ sperādaꝝ: argm̄. i. certitudo vel ꝓbatio s̄m glo. nō apparētiū. Nam sine fide: nec sperare ꝯtingit: nec amare celestia. Amare nemo pōt incognitū. x. de trinita. Sz nec sp̄are quis

Marginalia (right column): Uestes sacre q̄d significant. — Mat. v. — Amict⁹ fidē significat. — Fides substātia est: et fundamentū toti⁹ edificij spūalis

valet qđ posse futurū esse nō credit: cū spes sit certa expectatio futurorꝫ bonorꝫ. Qđ vero possibile nō creditur: nō expectatur: nec efficaciter appetitur/ fm eūdem ibidē. Hinc Abacbuc propheta totā ale vitā fidei attribuit. Justus inqt ex fide viuit. Hac abscedēte: nō potest spūs permanere: vnde Esaie.vij. Si non credideritis nō permanebitis.

Esa.vij.

Fides hec corde possidetur: voce gutturis propalatur. Corde namqꝫ credit ad iusticiā: ore fit confessio ad salutem. ad Rom.x. ℂ Habet quoqꝫ fides duo principalia obiecta: diuinitatem videlꝫ et christi humanitatē: que obiecta omnes articuli aplici symboli respiciunt. Ad illa repñtanda humerale collo circundatur: et duabus cordulis pectori colligatur. Quāuis aūt oībus in christo pie viuere cupientibus necessaria sit fides: maxime tñ his qui huic mysterio participant vel ministrāt: pro quanto maxima in eo relucēt mirabilia oēm humani intellectus capacitatem trāscēdētia: fm illud ps. Memoriā fecit mirabiliū suorum misericors et miserator dñs: escā dedit timentibus se.

Amictus fides habꝫ duo principalia obiecta.

Ps.

ℂ Celebraturus ergo amictu foris caput: et pectus exornās: fidei scuto se intus armare satagit quo vniuersa inimici ignea tute possit excipere tela: ne vacillet: si oculus corporis oclo discordet mentis. Aliud foris cernens: aliud intus credēs. Aduersario (inquit petrus) fortes resistite in fide. j. Petri.v. Jacula namqꝫ venenata hostis antiquus exacuit: quibus nonnunq̄ etiam deuotorū corda dubitationis infidelitatisqꝫ veneno percutit: tanto vtiqꝫ facilius: quanto abdita sacrificij huius mysterij a rationis discursu intelligi minus valent. Quibus obuiantes fm apostoli consiliū in captiuitatem redigamus omnem intellectum in obsequium christi. glo. i. fidei christi. ij. Cor.x. Scutum bonū fidei est credere sicut ecclesia credit. Etiam si minus credita intelligūtur: dum tamen firmiter credātur. Nisi credideritis ait Esa. fm aliā trāslationem: non intelligetis. c.vij. Magnum hoc et solidum fundamētum est credere sicut ecclesia credit. Hec enim supra petram firmā fundata est: quam (etsi venti scrupulorum seuiāt quantūlibet flumina phantasmatū irruant quomodolibet) non mouebunt nec prosternēt. Quicquid enī dubitationis malignus suggesserit: aut humana infirmitas alligata sensibus ingesserit: contrarietur fidelis et prudēs minister. In hac petra solidetur dicens: credo sicut ecclesia credit. Hec enī veraciter dicēs oīa credēda: accedit fide implicita: dū vera esse credit in genere oīa q̄ catholica credit ecclesia: etiam si in particulari multa ignoret: paratus animo quodlibꝫ particulare credere: dum rite innotuerit illud ad fidem ecclesie pertinere. Magna prorsus hui⁹ fidei iplicite vtilitas et efficacia: quā ponit dñs Inno. in glo. c. firmiter. de sum trini. et fide ca. dicens. In tantū valet fides implicita (vt dicunt quidā) q̄ si aliq̄s eā habet credens quicquid ecclia credit: lꝫ falso opinetur ratione naturali motus: q̄ pater maior vel prior sit filio: vel q̄ tres persone sint tres res a se inuicem distantes: nō est heretic⁹: nec peccat: dū hūc suū errorē nō defendit: et hoc ipm credit: quia credit ecclesiā sic credere: et suā opinionē fidei ecclesie supponit: qꝛ licet sic male opinetur: tñ non est illa fides sua: immo fides sua ē fides ecclie. Hec Inno. Magnū reuera remedium: et nullū scrupulosis: immo curiosis efficacius: et huius sacrosancti mysterij abdita inq̄rentibus pernecessariū. Contingit enī nōnunq̄ volētibus circa hoc sacramētū questiones solutionū inquisitiōe euoluere: q̄ vna succisa hydre velut plura capita succrescant

Credere sicut ecclesia credit ē bonū scutū fidei.

Solidū fūdamētū est credere sicut ecclesia credit.

Innocen.

* ADDITIO. Hydrā finxerūt poete multorꝫ capitū in lerna palude: quorū aliq̄t excisis/ totidem cōtinuo renascebantur: tandem ab hercule et sagittis: et igni interfecta est.

ℂ ℂ Narrat parrisi. cancel. Gerson super magistrū tractatu.ix. de quodam scholastico deuotiōis spm̄ habente: cui⁹ animo inciderūt scrupuli multi questionū circa hoc benedictum sacramētum. Petebat hic instantia ɔtinua solutionē dubiorū suorꝫ a maximis theologis quos nouerat parrhisius: sed crescebat morbus ex remedijs. Et sicut de emoroissa legitur: peius idies habuit ex remedijs et impensis. Consuluit tandem vnus expertorū vt ad orationē totū se ɔuerteret: et ɔtra scrupulos oēs ageret: suscipiēs sacꝫm dicēs. Credo sicut ecclesia credit. Credidit hō et accessit: serenatus est et solidatus: nec parū illuminat⁹ circa venerationē hui⁹ sacramēti. Hec Gerson. ℂ Simile recitat de sctō Bern. qđ supra lectione.viij. iuxta finē est habitū. Euenit etiā nonnūq̄ q̄ nō tam meritoriū est credere: q̄ velle credere: sicut q̄nqꝫ pl⁹ est velle dolere sensibilr de pctis et nō posse: q̄ ipꝫ sentire dolorē. Nam desideriū pauperꝫ ex. d. ait propheta: preparationem cor. e. au. aur. tua. Preparatio illa est fm supiorē anime partem. i. fm intellectū et voluntatē: et non fm ea q̄ nobis inuitis inferior sensualitas aduehit: qualia sunt cogitationū volubilitas: et phantasmatuꝫ turba. Huic igitur anchore firmiter adherēti nihil in fide periculi esse pōt. Hec ꝑpter scrupulosos addere placuit occasione accepta ex amictu fidē significāte.

ℂ Amictu etiā vt vult Hugo. et Alexan. de ales: qui sup humeros circūquaqꝫ distenditur operꝫ fortitudo significatur. Humeri enī fortes sunt ad opera peragēda: fm illud de Isachar Geñ.xlix. Supposuit humerū suū ad portandū: factusqꝫ est tributis seruiēs. Sciat ergo sacerdos se nō debere ocijs vacare: sed opibus virtutū insudare: fm illud. ij. Tim. ij. Labora sicut bonus miles christi.

ℂ D Secunda vestis est alba: per quā conscientie mūdicia designatur. Alba enī que sup humerale imponitur larga: candens: corpus tegit: et ne defluat cingitur: qua sobrietas: ac vite mūdicia: castitate fulgida designatur. Eccls.ix. Omni tpe vestimenta tua sint candida. glo. i. corpus castū: nam et de sacerdotibus dicitur. Mūdamini qui fertis vasa dñi. Esa.lij. Hiero. qꝫ in prolo. super Malach. Per moysen dñs preceperat sacerdotes tabernaculi ab omni corpali vitio liberos: hostias omni vitio vacuas offerre. Sequitur. Unñ sacerdotes angelos dei esse hoc in loco scriptura testatur: vt sicut angeli puri sint et mundi. Mūdi inquā ab inquinamento mortalis pcti gñalr et specialr a vitijs mundi carnalib⁹: gule videlꝫ ebrietatis et oīs intēperantie. Texitur aūt de lino: p qđ significatur q̄ sicut linū nō habet candorē p naturā: sed eū multis assequitur laborib⁹ et tunsionibus et trituris: ita sacerdos mūdiciā p naturam nō habet: nisi multis attritionibus et laborib⁹ afflict⁹ per grām obtineat: et apostoli exēplo castiget corpus suū: et in seruitutē redigat: ne cū alijs predicauerit reprobus ipse fiat. j. Cor.ix. Tegit deniqꝫ totū corpus vt nulla ex parte corporis vllo tēpore voluptatibus vincendū esse demonstret. Debet enī euāgelici sacerdotis cōtinentia esse perpetua: legalis autē temporalis fuit. Propter qđ feminalia: etsi sacerdotibus noue legis ꝑpter honestatem et significationē cōueniant: non tñ inter vestes sacerdotales istis/ sicut illis precepta sunt: qꝛ sacerdotes noue legis occidētalis ecclesie: quorꝫ hec sunt indumēta ad perpetuā tenentur ɔtinentiam: ad quā nō tenebantur sacerdotes veteris legis: tenebātur tñ tēpore ministerij sui. Indixit eis lex q̄ tempore illo haberent feminalia: in signū q̄ tunc continere deberēt. Unñ Hugo de sacramētis par. iiij. lib. ij. c. iiij. Uolui

Alba.

Eccls.ix.

Hierony.

Hugo.

ij.ca.iiij. Uoluit sermo dei in sacro officio: ministros dei ad tegēda infirma corporis: propriū et singulare operimētū habere: vt ꝑ hoc ostēderet pudicitiā ⁊ castimoniam illoꝝ ꝑcipue cū sctā tractarēt: vnicā ⁊ singularē esse debere. Uñ ministri noui sacerdotij hoc operimentū in sacro officio singulare nō assumūt: quib⁹ est iniūcta seruāde castitatis necessitas: sicut est quotidie offerendi cōcessa potestas. Ministri vero veteris figure tēpore sacrificij feminalia sumunt: que ministerio expleto soluūt: qm̄ a cōtactu carnis vet⁹ lex sancta tractaturos ꝓhibuit: quos rursuz expleta vice ad operā carnalis commercij relaxauit. Hec Hugo. Est demū alba larga que in ve. testa. fuerat stricta ꝓpter spiritū seruitutis in timore: nam lex timoris erat. In nouo larga propter spm̄ adoptionis in libertatē. Ro. viij. Et qꝛ tūc cōtinētia deo placet quando ex libertate spiritus offertur. Sunt enim eunuchi qui seipsos castrauerūt ꝓpter regnum celoꝝ. Mat. xix. ¶ E Hec quoq alba

Cingulus.

cingulo siue zona precingit̃ ⁊ succingit̃. Precingit̃ quidē quo principalis temperātie species castitas ipsa adherere ministro eucharistie debere firmiter designat̃. Precingit̃ circa lūbos: vt nullis incentiuoꝝ stimulis castitas dissoluat̃: ꝫ illud Lu. xij. Sint lūbi vestri precincti. Lumbos

Luce. xij.

autē precingimus ait beatus Greg. cū carnis luxuriā per carnis cōtinētiā coarctam⁹. ad Ephe. vi. State succincti lūbos vestros in ꝟitate. Succingit̃ ne defluat: vt expeditus ad pietatis opera nulla ocij lascinia naufraget. Nihil eñ tantū castitatem impugnat sicut ocij fastidiū. Uñ Naso.

Grego.

Ocia si tollas periere cupidinis arc⁹. Bona ꝗppe opera sicut castitatē magnificant: sic castitas opera pietatis exornat: vñ vbi supra Greg. Nec castitas magna est sine bono opere: nec opus bonum est aliquod sine castitate. Ideoq cum dixerat. Sint lumbi vestri precincti: per qđ castitatez commēdauit: statim addidit. Et lucerne ardentes in manib⁹ vestris: per quod ad lucis opa castitate iam candidos inuitauit. ¶ Succingitur nihilominus alba ne defluat: per quod omnē superfluitatē a sacerdotis vita excludi oportere penitus demonstrat̃: nam et leuitici generis sacerdotibus vinū ⁊ quicquid inebriare poterat: cum in templo ministraturi erāt: dñs interdixit Leuiti. x. Et in. c. de vita ⁊ hone. cle. a crapula. ⁊. c. clerici officia. Clericis crapula: ebrietas taberne: secularia negocia: alearū ludus: superfluus: lascinus: deauratus: rubei aut viridis coloris habitus. fibule ⁊ corrigie auri vel argēti ornatum habentes ⁊ annuli: nisi quibus ex officio cōpetit: interdicunt̃. Indicit̃ autē corona ⁊ diligēs ecclesiastici officij ⁊ bonoꝝ studioꝝ exercitiū: indumentum clausum: nec nimia breuitate: vel longitudine notandū. Et dñs Lu. xxi. discipulis ait. Attendite vobis ne forte grauent̃ vestra corda crapula et ebrietate ⁊ curis hui⁹ vite. Neq enim pōt castitas saluari vbi regnat ingluuies. teste Hiero. et habet̃ in decreto dist. xxxv. vēter. Uenter mero estuās cito despumat in libidinem. ⁊ ad Ephe. v. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Habet quoq cingulū brachia duo sese cōplectentia: qđ duplicē significat mūdiciā: mentis. s. ⁊ corporis: quoniā nō solū carnali cōtagio perit castitas: ꝫ etiā mentali cogitatione impudica cōsensu accedente: vnde beatus Iaco. in sua cano. c. j. Unusquisq tētat̃ a sua cōcupiscētia abstractus et illectus. Cōcupiscētia aūt cū cōceperit parit peccatum: ⁊ dñs Mat. v. Qui viderit mulierē ad cōcupiscendū eā: iam mechatus est eaz in corde suo.

Luce. xxi.

Hiero.

Jacobus.

Matth. v.

Magna reuera mētis: corporisq mūdicia fulgere dꝫ sacerdos euāgelic⁹ in tēplo dñi sanctā sanctoꝝ tractaturus: cū olim templuz illud figuralis legis ministri introire nō poterant nisi purificationib⁹ multimodis premūdati. Que tūc in figura acta ad nostrā doctrinā scripta sunt. j. Cor. x. Populo deniq ad montem syna vt angeli vocē moysi ꝑcepta dantē: audirēt accessuro di Exod. xix. Estote parati in diē tertiū: ⁊ ne appropinquetis vxoribus vestris. Sed nec licuit dauid: et pueris suis / panes edere ꝓpositionis / nisi a ꝓprius vxorib⁹ cōtinētibus. Uñ sacerdoti achimelech / in nobe querēti: si pueri mundi sunt: Respondit dauid. Si de mulierib⁹ agit̃: continuimus ab heri ⁊ nudiustertius. j. Reg. xxi. Eadē rōne filius israel in figura ꝑceptū est vt agnū paschalē nō nisi ꝑcinctis ederēt lūbis. Exo. xij. Recogitet ergo sacerdos veste cādida mundiciā significari Cingulo cōtinentiā: vt illic nō sordescat: hic non effluat vita spūalis: ait Alexā. de ales. ¶ F Sequit̃ quartū indumentū scꝫ stola siue orariū: qua obediētia humilis designatur. Hugo vbi supra. c. x. Ipsa eñ sup collū imponitur: vt iugū dñi sacerdos suscepisse demōstret̃: ⁊ deorsuz descēdit vsq ad genua q̄ flectunt̃: vt tā suo descensu: q̄ genuū attactu humilitatē representet. Unde pōtifex in sacerdotis ordinatione orariū ei imponens dicit. Accipe iugū dñi. Iuguz enim dñi suaue est: et onus ei⁹ leue. Suaue. s. in ꝓsperis: leue in aduersis: qm̄ fidelis deus qui nō permittit tentari hominē vltra q̄ poterit: ꝫ facit cū tētatione prouētum vt possit sustinere. j. Cor. x. Ideo ad vtrunq latus tēdit̃: dextrū ⁊ sinistrū: vt non tm̄ in prosperis: sicut is de quo ꝓpheta in ps̄. ait. Cōfitebit̃ tibi cū benefeceris ei: sed etiā in aduersis obediat dño. Quod vt fieri posset facilius: formaz crucis in pectore sua cācellatione pretendit: vt summe obediētie exēpluz: qđ in cruce dñs pertulit: fact⁹ obediēs patri vsqꝫ ad mortē: mortē autē crucis: semꝑ in corde teneat. Ut autē obediētia integra ꝑseueret in ꝓsperis ⁊ aduersis necesse est vt munita sit prudētia ⁊ patiētia. Prudētia opus est in prosperis: qua mala precauent̃ futura. Patientia vero in irruētibus aduersis: ne precipitent in mala. Quoad primū dicit̃ Mat. x. Estote prudētes. Quoad secūdū Heb. x. Patiētia vobis necessaria est: vt voluntatē dei faciētes reportetis promissionē. ¶ Ea propter stola quibusdā nexibus colligat̃: qua virtutes patiētia ⁊ prudētia conseruari designant̃. Patiētia: ne aliquo impulsu tentationis obediētia moueat̃: vnde dictum est. In patiētia vestra possidebitis animas vestras. Luce. xxi. Prudētia: ne blādimentis peccatoꝝ subuertat̃. Prouer. iiij. Posside prudētiā: ⁊ ne dimittas eā / et custodiet te: dilige eā / et cōseruabit te. G ¶ Quintū indumētū. s. manipul⁹ vel phanō vigilantiā designat: sepe eñ diuino cultui mancipatis surrepit accedia: que animū reddit dormientē: vnde est illud ps̄. Dormitauit aīa mea pre tedio. Gerit igit̃ sacerdos manipulū: alio nomine sudariū in sinistro brachio: quatenus mentis sudore deterso: ⁊ animi tedio ac torpore depulso: bonis operibus diligenter inuigilet. Unde sacerdotibus dicit̃ illud Prouer. vi. Discurre: festina: suscita amicū tuuz: ne dederis somnū oculis tuis: nec dormitēt palpebre tue. Hec Alexā. Uel pro eo q̄ brachio manus sinistre imponitur: in quo digiti discretiōis sunt: significare poterit discretionē deuotā et cordialem: qua sacerdos ꝭm apostoli preceptū: corpus dñi discretionis iudicio dijudicet: deuote discernēdo. Quis est quem

Exo. xix.

Exo. xij.

Stola.

j. Cor. x.

Ut obediētia integra perseueret in prosperis ⁊ aduersis necesse est vt munita sit prudētia ⁊ patientia.

Matth. x.

Hebre. x.

Prouerbi. iiij.

Manipulus.

Prouer. vj.

sacrificare et sumere psumit: qs est in se: qs sibi? In se quidē bonū: summū: eternū: potentissimū: sapiētissimū: benignissimū: pri cōsubstātialē: psona discretū: quā adorāt angeli: demones ptremiscūt: pauet ois creatura: et sic de aliis innumeris pfectionalib9 attributis. Itē qs sibi: qr suus et vniuersitatis autor: gubernator: pseruator: redēptor: p creationē pr: p incarnationē frater: iudex p finalē discussionē et premiator. Qui bolem creauit dū nō esset: repauit dū male esset: seipse cibauit/dū inedia cōsumptus esset: resuscitabit postq̄ eē desierit: ol depulsa miseria: eternaliter btificabit: dyndicabit demū pbādo seipsū: et sic de pane illo edet. De qua pbatiōe supra lec. viij. dictū est.

Planeta

¶ h Ultimū vestimentū est planeta siue casula: q qr suprema: rotunda: lata: cetera ola tegit: et manuū eleuatione diuidit: charitatē olm virtutū supremā: operiētē pctōx multitudinē representat. Et qr nunq̄ excidit: sz hic incboata in futuro psummata in eternū pseuerat. j. Cor. xiij. recte p casule rotūditatē: eternitatis figura designat. Cui9 diuisio in ptes duas: duo charitatis obiecta: vel duo eiusdē pcepta insinuat: sicut latitudo: dilectionis latitudinem se vsq̄ ad inimicos extēdētē representat: hāc em ab offerēte dñs exigit. Vñ Mat. v. Si offers mun9 tuū ad altare: et ibi recor. fu. qr frater tu9 hz aliqd aduer. te. relinque ibi mun9 tuū añ altare: et vade pri9 recō. fratuo: et tūc veniēs offeres mun9 tuū. Dz ergo accedēs hēe affectū amorosum: quaten9 accedat non metu pene: aut humano pudore: multo min9 vanitatis appetitu: nō pharisaica hypocrisi: nō desiderio turpis lucri: questū estimās pietatē: non qualibet alia supstitiosa: aut vitiosa corruptare intētiōe: sz ex diuini amoris feruore: vt tanto bono vniat et cōiiceet. Ut ordinatā medicinā contra quotidianos defect9 applicet. Ut maximū dei donū cū gratiax actiōe humiliter acceptet. Ut vtutū et grē pfectū in se augeat. Ut xpo et ecclie subdit9 obediat. Ut pximis viuis et defunctis satisfactiuo sacrificio succurrat. Ut iniūcto officio satisfaciat: ceterosq3 hmōi sacratissime oblationis fruct9 in se et pximis consequat imitās xpm quē sumit et sacrificat: aplis in huius sacramēti institutione loquentē. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum anteq̄ patiar.

Mat. v.

¶ Lectio. xiij.

Orationes que missaz pcedere debēt sunt duplices.

DEcōuenientibus que trāseuntia sunt/apponēdis: vez orōnibus breuiter dicendū. Sunt aūt orationes que missaz antecedere debēt dupliceo. Quedā christi representāt passionez: quedā dicunt ad celebrātis purificationē et deuotionē. Prime sunt hore canonice. Secunde sunt qdā psalmi et orones: q pparamenta dicimus. Hore canonice septē sunt. Matutinū: prima: tertia: sexta: nona: vespera: cōpletoriū: licet aliqui vt Archid. in rosario matutinū separent ab aliis horis: ponēs p prima hora diei artificialis laudes matutinarū. * Cui cōsonare vr illud btī Bñdicti. xci. dist. presbyter. dicētis. Prophe ta dicēte septies in die laudē dixi tibi. Qui septenarius sacrat9 numer9 a nobis sic implet: si matutini: prime: tertie: sexte: none: vespere: cōpletorij tpe nostre seruitutis officia psoluam9. Nā de nocturnis vigiliis ipe ait. Media nocte surgebā ad cōfitendū tibi. Institute aūt sunt hore ad laudandū deū p bñficiis suis: inter q maxima sunt beneficiū creationis septē dieb9 expletū. Genesis. j. Et beneficiū redēptionis septē quodāmodo horis peractū. Hūc numerū diuine laudis etiā propheta se tenuisse asserit. ps. cxviij. dicēs. Septies in die laudez dixi tibi. Licet q dicit septem fm btm Aug. in glo. etiā vniuersitatē indicet: qr septē dieb9 omne tēpus currit. Verū qr mai9 est beneficiū redēptionis per dominicā passionem cōsummatū bñficio creationis: fm illud. Mai9 est peccatorē iustificare: q̄ hominē creare. Neq3 em pctōres redemit verbi facilitate quō dixit: et ola facta sunt: sed triginta annis operatus est salutē nostrā in medio terre: affixus cruci: addict9 morti: ludibriis deputatus: ait Ber. sermo. xix. de diuersis. Ideoq3 hore canonice vt huius beneficij iugis memoria in cordibus orantiū perseueret: laus quoq3 dño: honor: reuerentia et gratiarū actio p tanto bñficio redderet: horis illis quibus dñica passio inchoata est cōtinuata et cōsummata: canonice hore eisdē tēporib9 deputantur.

* Aliqui separant matutinuz ab aliis horis ponētes p prima hora diei laudes matutinarum: naz in primitiua ecclesia laudes dicebant in ipso crepusculo diei: vñ canit in hymno laudūz. Ecce iā noctis tenuat vmbra lucis aurora rutilat. Ad qd institute sūt hore.

Bernar.

Matutine.

¶ B Cepit inquā xpi passio quātū ad violētiā ab extrinseco illatā: hora noctis tertia: in qua primum rabidox iudeorū furia violētas manus iniecit in dñm: et hoc in horto ab oratione surgētem: et eis volūtarie occurrentē. Ibi traditus: cōprehensus: ligatus: a discipulis derelictus. Ad annā primū: deinde ad cayphā cōtumeliose tractus: ligatus: accusatus: falso testimonio reprobatus: vt blasphemus iudicatus: psputus: velatus: irrisus: alapis: colaphis cesus: aliisq3 innumeris affectus iniuriis: tota nocte illa tenebrax potestati traditus: innocēs agnus: vt Augu. placet: penis exponitur: et sine intermissione contumelus exprobrat: quib9 respōdet officiū matutinū.

Prime.

¶ Oriente aūt sole mane facto prima diei hora post iteratū: funestū: tenebrosumq3 consiliuz: post insanas calūniantiū voces: post cōmēdaticias subornatox testiū falsitates: ad examen pilati pōtificū delegatione transfert: vt Lucas tradit in principio capituli. xxiij. Noxis accusationuz fraudib9 impedit vt ppli subuersor: imperij destructor: regni appetitor. Diuini honoris sacrilegus arrogator: duris vinctus nexibus: colaphis: alapisq3 cesus: sputis oblitus: clamoribus predamnatus iudici presentat: vt inter tot mortis iudicia: nō auderet pilatus absoluere quem oēs vellēt perire. Hec varia iudicis disceptatio: impudētiū canū obstinatio. De tyrāno ad tyrannū irrisoria pariter et dolorosa missio et remissio: seditiosi latronis prelatio: innocentissimi corporis nudatio: virginee carnis sanguinolēta flagellatio: mille vulnerum spinosa coronatio: ludicre vestis purpuratio: vulnerati capitis percussio: subsannatoria salutatio: excreatox (als execratox) sputaminū iniectio: alapax iteratio: innumerabiliūq3 blasphemiax irrogatio: patientissimum dñm hora diei pmarisq3 ad tertiā affixere: qb9 pma canonici hora officiu deputat.

Tertie.

¶ C Tertia hora iudeox vocibus crucifigit: dū crucifige crucifige clamorib9 sacrilegia geminat. Seditioso barraba dimisso: morte turpissima cōdēnatur ab iniquo iudice vano timore et fauore corruptoloris (vt Leo ait) manib9: et ore polluto eisdē labiis ad crucē mittit: qb9 ante vicibus septē innocēs pnūtiat. Sicq3 agnus sine macula inimicox volūtati seuissimox tradit: vt Lu. scri. et pene sue mod9 null9: null9 termin9 designat. Hic vestib9 spoliat suis: psusibilr alienis iduit. In medio dā

natox

natoꝝ tanq̄ pnceps latronum eijcit: ⁊ crucis one ratus patibulo loco supplicij aucns cōtinue do⁊ loꝛib⁹ ⁊ blasphemijs pᵬtatur. Hic itaq̄ʒ a tertia hoꝛa vſq̄ʒ ad sextā a dn̄o passis tertiarū hoꝛa ca⁊ nonica deputatur. ¶ E Exhinc imolāde hostie cru cis ara struitur: hostia sacrificio preparatur. Nā pudicitie autoꝛ toto nudatus coꝛpe: afflictiōe ni mia non sine acceptoꝝ innouatiōe vulnerū: pro⁊ prijs spoliatus indumentis mēbris vſq̄ʒ ad ossiū olim dinumeratione penalissime distētis: manib⁹ pedibuſq̄ʒ ferreis clauis trāsfixis: altari suprapo nitur: imo vinculis ferreis alligat: voluntariūq̄ʒ sacrificiū cōquassatiōe nimia violētatur. Sic sa⁊ lutaris hostia: spectaculū deo patri angelis ⁊ ho⁊ minibus inimicis pariter ⁊ amicis: imo ⁊ vlulāti bus tenebrarū principib⁹ facta leuat: quatenus exaltatus a terra vt olim pmiserat: trahat oīa ad seipsum. In hoc altari durissimo reclinatoꝛio: ho stia nostra: filius hominis nō habens vbi caput suum reclinet: hostia pacifica: hostia pro peccatis totꝰ humani generis: velut holocaustū trib⁹ ho ris tota passionis igne refrigerio decrescēte ado letur in suauissimū odoꝛē patri. In augmētū do⁊ loꝛis alam trāsuerberātis in atria: luminarib⁹: ce lo: ⁊ elemētis cōpatientibus gaudētib⁹ inimicis: ⁊ blasphemātib⁹: lugentib⁹ ⁊ flentib⁹ mulieribus ⁊ amicis: ⁊ vere hostia suauissimi odoꝛis: que in tātis penis q̄ celū obscurarūt: terrā mouerūt: pe⁊ tras ⁊ tēpli velū sciderunt: monumenta aperue⁊ rūt: ⁊ pene totam mūdi machinā dissoluerūt: sue dulcedinis ⁊ misericoꝛdissime suauitatis etiā fel⁊ leo amaricato poculo oblinisci nō notat: quin po tius amoꝛē vehemētissimū nr̄e redēptionis: voci bus ol melodia dulcioꝛib⁹ personās declarabat. Uoces loquoꝛ q̄b⁹ in cruce pendēs testm̄ ɔdidit: ⁊ sua amicis ⁊ inimicis legando largiter dispēsa⁊ uit. Remissionē vcʒ ignoꝛāter peccantib⁹: regnuʒ cōuersis: veniā petentib⁹: matri discipulū pre ce teris dilectū: coꝛpus satisfactoꝛijs penis extermi nādū: iustitiā discipulis ac ceteris xp̄ianis: veri⁊ tatē patrib⁹ ⁊ pphetis: spm̄ manib⁹ summi pr̄is. Sic fons mie suoꝛuʒ neminē dereliq̄t: q̄ in vltimi supplicij crescentib⁹ penis ⁊ angustijs se a sūme dilecto pr̄e deo: olim quidē: spāliter suo derelictuʒ clamoꝛe taʒ valido quam miserabili declarabat.

None.

¶ D In his doloꝛū cremētis ad hoꝛam nonam perueniēs lachrymis pcibuſq̄ʒ fusis. Heb. v. olb⁹ ad perditi generis redēptionē patiēdis: sm̄ pro⁊ phetarū oꝛacula cōsummatis: p nobis fact⁹ ma⁊ ledictus: q2 maledictus oīs q̄ pendet in ligno: vt a maledicto legis redimeret. Gal. iij. Et qui pctm̄ non nouit: deus pater pro nobis fecit peccatum. ij. Coꝛ. v. glo. i. hostiā p pctīs: vt de pctō. i. de simi⁊ tudine carnis pcti dānaret pctm̄. Rom̄. viij. In⁊ clinato igit spinolēto capite in man⁹ pr̄is tradi⁊ dit spm̄: nr̄e repationis pciū quo soluta est inimi citia: deletū qđ aduersum nos erat chirographū decreti cōtrarium nobis: ipm̄ quidē tulit de me⁊ dio affigēs illō cruci ⁊ expoliās pncipat⁹ ⁊ ptā⁊ tes traduxit cōfidēter palā triūphans illos in se⁊ metipso: ad Col. ij. Sic em̄ placuit p eū recōcilia⁊ ri oīa in ipso: pacificās p sanguinē crucis ei⁹: siue q̄ in terris: siue q̄ sunt in celis. Colo. i. His itaq̄ʒ l ofonibus canonicis hoꝛe sexte ⁊ none dedicant: sicut lanceatiōi ac depositioni de cruce vespera: ⁊ gl'iose cōpletoꝛiū sepulture. ¶ E Et licet primit⁹ ex ecclie ɔsuetudine vel ɔstōne hoꝛe canonice di⁊ stinctis hoꝛis correspondenter ad pdictas dn̄ice passiōis hoꝛas legi ac celebrari consueuerint: vt colligit ex. c. psbyter. de celebratiōe missa. ⁊ eo. ti. c. j. in clemē. vbi dr: qđ diuinū officiū nocturnum ⁊ diurnū hoꝛis debitis celebret: presertim in ca⁊ thedralib⁹ regularibus ⁊ collegiatis ecclesijs. Tn̄ cōtra illā oꝛdinationē obtinuit consuetudo eccle siarū metropolitanarū cathedraliū ⁊ aliaruʒ: vt non sic distinctis ⁊ interpolatis tēpoꝛū hoꝛis le⁊ gant: quēadmodū in alijs materijs multe cōstitu tiones antiq̄ in dissuetudinē transierūt: ⁊ abolite sunt ex toto vel ex parte. Et q2 talis recessus con⁊ stat legislatoꝛi pape vel ecclie nō prohibenti nec ɔnienti: videtur implicite obligationē pzioꝛē: si qua fuerat relaxare: tollere seu reuocare. Qui ꝟo ad partē nō in cōuentu ecclesiaꝝ legunt: possunt sm̄ exigentiā suoꝛū officioꝛū: ⁊ honestarū occupa tionū hoꝛas pro magna parte simul legere. Un⁊ de cōsulit ecclesiarū minoꝛū sacerdotib⁹ in alle⁊ gato ca. presbyter. qđ de mane dicant oēs hoꝛas vſq̄ʒ ad vesperā: et deinde si voluerint exeant ad opus rurale. Et dicit dn̄s Antoni⁹. iij. parte sum me tit. xiij. c. iiij. qđ curiales ⁊ alij occupati solent dicere hoꝛas de mane vſq̄ʒ ad vesperas exclusiue de sero vesperas cū cōpletoꝛio: qđ etiā pari rōne licere puto studētibus clericis: vt soluto seruitu⁊ tis suę pēso: intendere q̄etius studio possint. Sic etiā ex rōnabili cā nōnullas hoꝛas licet preueni⁊ re. Unde sʒ beatū Tho. in quodlibetis. Propter necessitatē honestarū occupationū licite pōt q̄s dicere de sero matutinas ⁊ in alijs hoꝛis tp̄s pre⁊ uenire: sicut hoc etiā q̄nq̄ʒ in solēnibus ecclesijs fieri solet: sicut in plerisq̄ʒ ecclesijs in pfesto coꝛ⁊ poꝛis xp̄i: in sero matutine dicunt in fauoꝛem po puli: vt sic copiosius ad officiū diuinū indulgen⁊ tus pctōꝝ allect⁹ cōcurrat. Sic in capella pape te nebrose matutine hebdomade sctē pcedenti sero canunt: vt sine noctis periculo cardinales ⁊ pla⁊ ti interesse possint. Et hoc q̄dē ꝫ sm̄ sanctū Tho. q2 meli⁹ est deo vtrūq̄ʒ reddere: scʒ ⁊ debitas lau⁊ des: ⁊ alia honesta officia: q̄ per vnū aliud impe⁊ dire. Secus tn̄ si hoc fieret vt indulgeretur som⁊ no: aut vacaret ocio nō esset excusatio hmōi pre⁊ uentionis a pctō. Si ꝟo propter honestas occu⁊ pationes legi nō psit debitis hoꝛis pprijs: meli⁹ est pnenire q̄ tardare. Preuenire enim sʒ Hug. est prouidētie: tardare ꝟo negligētie. Et siue pue niant siue tardi⁹ dicant: dūmō nō transeat dies qui quantū ad hoc videt terminari circa mediaʒ noctē: ante hoꝛarū solutionē nō de se peccat moꝛ taliter: q2 pceptū de hoꝛis dicendis/nō refert ad tp̄s hoꝛarū eiusdē diei: sed ad totam dieʒ: vt vult do. Anto. vbi. s. ¶ F Et lʒ ex causis pdictis hoꝛe canonice legi possent extra hoꝛas determinatas: intellect⁹ tn̄ ꝟboꝝ referri dʒ ad hoꝛas debitas ab ecclesia pmo determinatas: vt si q̄s legat. (Iaʒ lu cis oꝛto sydere) ante solis oꝛtū: aduerbium (iam) non impoꝛtare dʒ tp̄s illud quo legit: sʒ referri ad hoꝛam solis oꝛtui determinatā: neq̄ʒ ex hoc quis mendaciū incurrit. Quis enim diceret hunc mē⁊ tiri q̄ in noctis medio legeret que hoꝛa diei ɔsue⁊ uerunt legi: puta dicēdo (hoꝛa nona dn̄s expira⁊ uit) q̄uis si diceret. Nunc est hoꝛa nona: falsum pꝛoferret. Non ergo ad tempus lectionis: sed ad hoꝛam ⁊ tp̄s in eo quod legitur intentas vel de⁊ signatas. Sic ecclesia canit annis singulis. Ho⁊ die deus homo factus ⁊c. qđ tn̄ dic quo canit cō⁊ stat nō esse factū. Sed redeundo ad propositum. Que hoꝛe precedere debent misse officiū? Rn̄det cōiter sm̄ oēs doctoꝛes: ad minus requirit quod celebrans matutinas dixerit: alioq̄n q̄ nondum matutinis dictis celebrat: peccat moꝛtaliter. Alle gatur ad hoc Guill. ⁊ Host. ⁊ est ratio: quia facit cōtra generalē ⁊ approbataʒ ecclesie consuetudi nē. dist. xi. In his rebus. vbi dicit. Sicut pua rica

Sexte.

Heb. v.

Gal. iij.

Thomas.

Preuenire est pꝛuiden tie: tardare ꝟo neglig̃ tie.

Questio.

Rn̄sio ad qōnem.

tores diuinarū legū: ita cōtēptores ecclesiasticarū cōsuetudinū coercendi sunt. De primis ℞o dicitur qd celebrās anteq̄ dicat primas: nō peccat mortaliter: nisi esset cōtra preceptū aliquod speciale vel statutū. Credo tñ quod cōgruit in talib⁹ attendere morem ecclesie cathedralis vel collegij aut regularis cuius est pars vel subdit⁹. Quidaȝ tamē credētes missam esse precipuum memoriale dominice passionis: que hora nona cōpleta est horas vsqȝ ad nonā prius dicunt. Alij dictis matutinis primis et tertijs sistunt in sextis. Tunc n. quidem christusqui per sacerdotem in altaris sacramento offertur: ad altare crucis salutifere creditur processisse Qui etiam modus in multis tam cathedralibus q̄ regularibus ꝛ collegiatis ecclesijs laudabiliter obseruatur: in quib⁹ missa summa post tertiaȝ ꝛ ante sextam decātatur. Alij post sextam ꝛ ante nonam celebrant: quoniam sexta hora Christus in cruce leuatus est: in quo doloribus acerrimis laborauit. In his ergo que plus ad decentiam: reuerentiam ꝛ deuotionem pertinent q̄ preceptū: quilibet nō speciali obligatiōe constrictus suo sensu abundet: qd proprie deuotiōi amplius seruire dignoscit: eligat. ❡ G Alie orationes q̄ misse premittēde sunt ad sacerdotis purificationē ac excitandā deuotionē: que preparamenta dicuntur: sunt quinqȝ psalmi: scȝ. Quaȝ dilecta tabernacula. Bndixisti dñe. Inclina aurē. Credidi propter qd. ꝛ De profundis clamaui. Dicuntur autem ex institutione pape Celestini fm Guilhel. in rationali: maxime a pontificibus ꝛ episcopis: ꝛ ex quadaȝ deuotione ꝛ decentia ac reuerētia a simplicibus etiā sacerdotibus. Et rationabiliter dicunt̄ qnqȝ: fm Innoc. in de officio misse: vt quicquid immundū ꝛ facinorosuȝ quinqȝ sensuum trāsgressione cōmissum est: quinqȝ psalmorū oratione detergatur. Dicunt̄ autē specialiter predicti quinqȝ psalmi plus q̄ alij quinqȝ fm eundem: q: quedā in illis continentur que directe cōueniunt celebraturis altaris mysteriū: ꝛ eucharistie sacramentū: vt patet in pd. discurrēti. Preces vero ꝛ collecte/q̄ adijciuntur: manifeste pertinent ad impetrandū cordis mūdiciā ꝛ munimē. Sic psalmi ꝛ orationes que ad lotionē manuū: ꝛ ad indutionē sacrarū vestium dicuntur simul ꝛ psalmi. Judica me deus ꝛ discerne. qui ad ꝓgressum ad altare legit̄: ad idem pertinent. De cōfessione autēȝ publica que fit ante officij incheoationem: ipso quoqȝ officio quantū ad ea que canonem precedūt: q̄ longiorem tractatuȝ requirunt: hic rescindo: ne ad principalis intenti materiam expositionem videlȝ canonis tardius veniam⁹.

❡ H Restat aūt adhuc aliqua ꝑmittere de circūstantijs tpis assistentiū atqȝ loci: ꝛ primo de cōsecratiōis loco. Possunt aūt distingui triplicia cōsecrandōis loca: remota: propinqua: propria. Remota sunt ecclie ꝛ dei tēpla. Propinqua sunt altaria. Propria calix ꝛ patena. ❡ Ubi notandū q̄ nō in oī loco fieri debet ꝯsecratio: sed in certo ad hoc officium specialiter deputato: sicut nec vete. te. oblatiōib⁹ qlibet locus fuerat cōis: sed certus ad hoc a dño designatus: vnde Deute. xij. ꝓcipitur: qd in certo loco quem elegerit dñs deus/offerāt. Vñ dicit̄ ibi. Caue offeras holocausta in oī loco quē videris: sed in eo quē elegerit dñs in vna tribuū tuarū offeras hostias: vñ de cōse. dist. j. c. j. dicit̄. Si iudei/q̄ vmbre deseruierūt: loca in quibus sacrificabāt habebāt cōsecrata: nō in alijs q̄ deo dicatis locis munera deo offerebant: multo magis nos qb⁹ veritas patefacta: ꝛ gratia per iesum christum data est: tēpla dño edificare: ꝛ pro melius possumus ornare: eaqȝ diuinis precib⁹ et sctis vnctionibus suis cū altaribus ꝛ vasis: vestibus quoqȝ ꝛ reliquis ad diuinū cultū explenduȝ vtēsilib⁹: deuote ꝛ solēniter sacrare. Et nō in alijs q̄ dño sacratis ab epis tēplis celebrare: nec sacrificia dño offerre debemus. Itē eadē dist. c. nullus presbyter. dicit siluester papa. Nullus presbyter missas celebrare presumat: nisi in consecratis ab epo locis: q̄ sui particeps de cetero voluerit esse sacerdotij. Et eadē dist. c. sicut. dicit̄. Sicut nō alij q̄ sacrati deo sacerdotes debēt missas celebrare nec sacrificia super altare offerre: sic non in alijs: q̄ in sacratis dño locis. i. tabernaculis diuinis precib⁹ ab epis delibutis missas cantare ꝛ sacrificia offerre lȝ: nisi summa coegerit necessitas. Satius est ergo missam nō cātare vel audire: q̄ in his locis vbi fieri nō oportet: nisi summa pro necessitate cōtingat qm̄ necessitas legē nō hȝ. ❡ Si queraт̄ q̄ sit tāta necessitas. Rñdetur q̄ illa determinat̄ de ꝯse. di. j. cōcedimus: vbi dicit̄ ex cōcilio triburieñ. Cōcedimus vt sicubi (qd peccatis nostris exigentibus per plurimū factū est) a normanis ꝛ sclauis: ab vngaris ꝛ a malis christianis: seu aliquo qualicūqȝ modo ecclesie fuerint incense ꝛ cōbuste: in capellis cū tabula sacrata missas iteruȝ celebrari: donec ecclesie ipse restaurari queant. Glo. super verbo. Capellis. i. oratorijs nō consecratis: alʼs si consecrate: nō esset opus ꝑmissione. Uel forte capelle nō erant ecclie: cū antiqtus dicerentur capelle tuguria caprarū pellibus tecta: vel hec referas ad solēnitates maximas. Sequit̄. In itinere vero positis: si ecclesia defuerit: sub diuo seu in tētorijs: si tabula altaris cōsecrata: ceteraqȝ sacra mysteria ad illud officiū pertinētia ibi affuerint: missaruȝ solēnia celebrare cōcedimus.

❡ I Et nota qd ibi dicitur: concedimus: vbi fm Alex. de ales notat̄ fauor generalis celebrādi missam tali necessitate ingruente. Nō autem existēte tali necessitate: nō licet nisi cōcedēte epo loci. De volūtate eñ ꝛ cōcessione epi loci sine tali necessitate licet celebrare missaȝ in loco nō cōsecrato: vt de cōse. dist. j. missarū. vbi dr. Missarū solēnia nō vbicūqȝ: sȝ in locis ab epis cōsecratis: vel vbi ipse ꝑmiserit: celebranda esse cēsemus. Similiter hr in. c. sic ergo. eadē dist. Debēt ergo canones in quibus dr: qd non lȝ celebrare nisi in locis consecratis: intelligi: nisi necessitate vrgente: vel epo loci ꝯcedēte. Hec Alex. Uerūtamē fm Guil. nō licet celebrare in mari vel fluminibus: vbi probabiliter timet̄ ne mutante (alʼs nutāte) naui sanguis dñicus effundat̄: aut sacramentū inordinate cōmoueatur. Introitus tñ misse ꝛ cetera q̄ cōsecrationē nō respiciūt legi pñt. Itinerantes ergo in mari vel in terra: vbi ꝑdicta haberi nō possunt ab auditiōe misse in die dñico ac ceteris festis excusant̄. Nec I casu fm Sco. in. iiij. di. xiij. q. ij. ligant̄ precepto obligante ad misse auditionē in sabbato: qm̄ occurrentibus duobus preceptis incōpossibilibus maius ꝑceptum absoluit ab obseruantia minoris in tali casu. Est autē rōnabile locum celebratiōis cōsecratū esse propter sacrosctī corporis xp̄i pñtiam: qd ibi cōficit̄: qd est sanctū sctōrum: xp̄s scȝ oīa sanctificans: ideo oīa ad illud sacrificium ꝑtinētia ꝯsecrata esse debēt. Sacerdos ministri: altare: calix: pāni ꝛc. vt dicit Tho. in. iiij. dist. Etiā ꝓpter angelorū ꝑsentiā: q̄ fm btm̄ Grego. in dialo. lib. iiij. assistūt illi sacrificio. Item propter orationū nr̄aruȝ celeriorē exauditionē: propter deuotionis excitationē: impedimentorū diabolice tētationis exclusionē: ceterosqȝ effect⁹ bonos ecclie ꝯsecrationē cōsequētes. Et noīe ecclie hic itelligēde

Tripllcia sunt ꝯsecratiōis loca.

Cōsecratio nō dȝ fieri I omni loco.

Questio. Rñsio ad qōnem.

Alexā. de Ales.

In mari vl fluminib⁹ nō licȝ celebrare ꝛqua re.

hic intelligende sunt etiaz capelle consecrate. In his eni celebrari pōt sine speciali fauore episcopi ipsius loci: eoipso qđ est consecrata: vt in.c.si qs. de consecra. dist.i. ꝛ clarius in glo. super illo verbo. Celebrare cōcedimus. eadē dist.c.concedim⁹. ¶ Debet etiā locus consecratus nō esse interdictus neqꝫ a iure: neqꝫ a iudice. A iure quidē: si est pollutus sanguine vel semine. de consecra. ecclesie.c.vlti. Et de adulteriis ꝛ stu.c.significasti. A iudice aūt per interdicti sniam contra locū latam: nam in talibus celebrandum non est: vt infra dicitur. ¶ R Locus magis ꝓpinquus est altare cōsecratum ꝛ lapideū: integrū / non enormiter fractū. De primo est statutū in cōcilio Agathensi. qđ altaria nō solū vnctione chrismatis / sed etiaz sacerdotali benedictione sacrent: vt in.c. altaria placuit.de cōse.dist.i. Et hoc eisdem cōgruitatib⁹ quibus congruit ecclesiam forē cōsecratā. Scđm l.qđ debet esse lapideū: ptꝫ ex primo: qꝛ alioquin vngi nō debet: vt in.c.altaria si nō. vbi statuit ex cōcilio Epponensi.qđ altaria si non fuerint lapidea: chrismatis vnctione nō consecrētur. Est autem rationabile ꝙ altaria sint lapidea: fm Alex. de ales.parte. iiij.q.xxxvi. mēbro.i. ꝓpter lapidis cōitatem: fortitudinem siue durabilitatem: ꝛ propter significationem. Nam propter cōmunitatē est facilis ad habendum: propter durabilitatem habet aptitudinem vt cōsecretur. Nō enim cōueniret qđ aliqd vnctione sacra ꝯsecraret: nisi esset solidū ꝛ durabile. Propter significationem: nam petra xp̄m significat ꝛ xp̄i fidē. vnde.i.Cor.x. Petra aūt erat xp̄s. ꝛ Mat.xvi. Super hanc petram i.fidei cōfessionē: edificabo ecclesiā meam. Nā vt xp̄s fundamentum est ecclesie: ita ꝛ fidei Christi. Utrūqꝫ eni dicit apl's. Primum i.Cor.iij. Fundamentū aliud nemo potest ponere / preter id quod positū est: qđ est xp̄s iesus. Scđm Heb.xi. Fides est substantia rerū sperandarū. Nunc aūt in altari xp̄s offertur: ꝛ fides necessaria est ꝛ quantū ad consecrationem: ꝛ quantū ad susceptionē. Quod vero in vete. testa. de diuersis materiis fiebant altaria scꝫ de lignis sethim. Exo.xxvij. Iteꝫ de auro iij. Regū.vij. Salomon fecit altare aureum. Item de terra. Exodi.xx. alia est ratio: qm in veteri testamento vnum tantum fuit altare holocausti: ꝛ hoc in deserto mobile erat cū tabernaculo: ideo congruebat vt esset ligneum. In templo vero hierusalem immobile sed vnicum: ideo potuit fieri de auro: quod fieri non posset si multiplicanduꝫ fuisset: fm quod in lege euāgelica multiplicatur: propter materie raritatem ꝛ preciositatem: vnde nec ligno: nec terre: nec auro cōueniunt cōditiones altaris que dicte sunt: saltēꝫ cuilibet simul.s. cōitas soliditas ꝛ significatio. Nec oportet figuram in oībus circunstantiis attendere figurato: nec est contra predicta quod in ecclesia laterań. est altare ligneū: qđ quidem altare ob apostolorū ꝓncipia (qui super hoc altare dr̄ dominicū celebrasse sacrm̄) ꝛ sanctorum precedentium martyrū reuerentiam reseruat. Licet beat⁹ Siluester papa decreto firmasset: vt nullum deinceps altare esset nisi lapideū. Hoc quoqꝫ altare idem beatus Siluester stabiliuit: vt super illud nullus nisi roman⁹ pontifex audeat celebrare. Ab episcopatu autem aplo℞ principis vsqꝫ ad tēp⁹ beati. Siluestri seuiente persecutorum rabie: certa non erat episcopalis statio: sed vbicūqꝫ necessitas compulit: siue in criptis: siue in domibus religiosorū: siue aliis quibuscūqꝫ locis missam celebrabāt super altare ligneū in modū arce cōcauū: quod portabatur a sacerdotibus vbicūqꝫ romanus ep̄s latitabat: sic

Altaria vt sint lapidea rōnabile est.

i.Cor.x.

Heb.xi.

Non oportet figurā i oib⁹ circūstantiis attēdere figurato.

per qđ die cene ꝛ sabbato sequēte a summo pōtifice ministerium peragit sacerdotale. Hec Alex. ¶ L Tertiū scꝫ qđ dꝫ esse integrum / nō enormiter fractū: ptꝫ de cōsecratione ecclesie vel altaris c.i.ꝛ.c.qđ in dubiis: qđ si altare motuꝫ fuerit: aut lapis ille solūmodo superpositus qui sigillum cōtinet cōfractus aut diminutus: dꝫ denuo cōsecrari. Motum.i.mutatum quoad formam: ita quod formam amiserit per diminutionē vel augmētū: dicit glo. Tabula eni ꝯsecrata de loco ad locū mouetur: nec tamen consecratur.ca. cōcedimus. de cōsec.dist.i. Quod verum est si non est affixa structure inferiori sicut altare portabile. Cōsecratio eni altaris presertim intelligit esse in coniunctione mense.i.lapidis superioris ꝛ structure inferioris: ergo si mēsa fuerit mota: vel aliqs de lapidib⁹ inferioribus tangens ipsam: execrat altare: ꝛ est cōsecrandū. Hec glo.in ca.si motū.de cōse dist.i. Dicit tn̄ Pisanus ꝙ hoc intelligit de lapidibus principalibus. Similiter dicit qđ nō est reconsecrandum altare: si tota mensa cum sibi adherentibus transferat. Quandocūqꝫ aūt sigillum quo sigillant reliquie: fractū vel diminutum fuerit: siue sit in tabula: siue mensa: siue in structura inferiori: execratū est altare ꝛ recōsecrandum. Et dicitur enormiter lesum: qꝛ lesio modica non execrat altare: vt in ca.ligneis.de cōse.eccle. Que aūt dicatur enormis lesio: dicit glo.in.c.si motuꝫ de cōsecra.di.i. Si est enormiter fracta vltra scꝫ medietatē. Alij dicūt vt Guil.quando per diminutionē non tollit forma: nō cēset enormis. Scđm Host. autē tunc est enormis quādo in angulis siue lateribus in quibus precipue solet fieri altaris cōsecratio.s.inunctio fit lesio talis: credo per quā tollit pars inuncta. Uel enormis destructio debet esse talis: que inducat deformitatē arbitrio ep̄i iudicandā: fm Innocē. Similiter si fit additio: per quā nō tollit forma altaris: nō est reconsecrandū qꝛ sacrum trahit ad se non sacrum dicit glo. in allegato ca.si motum. Etiā sine reliquiis altare cōsecrari nō debet: vt in.c.placuit.de cōse. distin.i. ¶ Dicitur etiā altare quasi alta ara ratione sit⁹: qꝛ eleuatum est super terram. Item rōne sacrificij altissimi: corporis.s.ꝛ sanguinis dn̄i. Uel dicitur altare ab ardore: qꝛ in lege veteri holocausta cremabantur in altari: ex qua lege traxit originem. Uerūtamen noe primū altaris ritum exhibuisse credit. Gen.viij. Edificauit noe altare domino. Deinde abraam vsum altaris in oblationibus habuit: exhinc ritus legalis sacrificij in altarib⁹ inoleuit. * ¶ M Debet autē altare ornatū esse duabus pallis / ꝛ corporali cōsecratis de sindone mūda: nō de serico aut intincto: sꝫ albo / terreno / lineo. de cōse.dist.i.cōsulto: vbi dr̄. cōsulto omniū statuimus: vt sacrificiū altaris nō in serico pāno: aut intincto quisꝗ celebrare missaꝫ presumat: sꝫ in puro lineo ab episcopo cōsecrato: terreno: scilicet lino procreato / atqꝫ contexto sicut corpus domini nostri iesu christi in mūda sindone linea sepulchrum fuit. Rationabiliter quidem duplici ratione.s.mūdicie maioris: ꝛ mysterij profundioris. Inter oīa enim gn̄a pānorū illa q̄ sunt de lino puro ad candorem perspicuum ꝑducta mundissima sunt: ꝛ mundari meli⁹ pñt: ꝛ ꝓfundi⁹ signant q̄ dn̄o ꝯtingebāt: vt allegati canonis ṽba insinuāt. Dicit eni in lino puro: in q̄ notat innocētia ꝛ puritas omnimoda sine quacūqꝫ macula saluatoris. Purū est tn̄ cui nihil alteri⁹ nature est ꝑmixtū. Sequit terreno: quo notat corp⁹ saluatoris passibile ꝛ mortale: de corpe terreno ṽginis assumptū. Addit: lino procreato atqꝫ cōtexto.i. panno lineo

Pisanus.

Que dicat enormis lesio.

Altare vnde dicat.

*Altare vt qbusdā plꝫ dr̄ quasi alta ara: ꝓpt altitudinē sacrificij qđ desup ꝯficitur.

Gen.viij.

multiplici tõsione ad candorẽ perducto: quo no
taẽ xp̃s: q̃ multiplici cruciatu ⁊ p̃ssurã ꝑuenit ad
gloria: reputat deniq3 sindonez mundã: qua dñi
cũ corp⁹ sepulture traditũ fuerat inuolutũ. ¶ De
bet etiã altare igne sine lumine celebrationis tpe
esse fulgidũ: de quo in. c. vlt. de celeb. missa. Sacer
dos sine igne celebrãs puniẽ. Scribiẽ etiã Leuit.
Leuit. vi.
vi. Ignis in altari meo semp ardebit. Ille ignis ẽt
sub aqua vixit. lxx. annis babylonice captiuitatĩ:
Ignis in altari quid significat.
vt habeẽ. ij. Mach. i. q̃ extinctus fuit anthiocho
vẽdẽte sacerdotiũ iasoni: vt dicit Aug. ⁊ hẽ. i. q. i.
sicut eunuchus. Significat aũt ignis sine lumen
fidẽ ppl̃i: q̃ nõ d3 esse absconsa sub modio: sed ma
nifesta posita sup cãdelabrũ: vt ingrediẽtes eccle
sie vnitatẽ: videãt opa ex fide relucẽtia: ⁊ glorifi
cent patrem q̃ in celis est. Et rõnabilr adhibetur
ignis luminosus: vbi ille tractaẽ qui venit ignem
mittere in terrã: quẽ vult vehemẽter accendi. Lu
Luce. xij.
ce. xij. Quiq3 de se dicit. Ego sum lux mũdi: qui se
quiẽ me nõ ambulat in tenebris: sed habebit lu
men vite. Joã. viij. ¶ M Locus proprius cõsecra
tiõis: quo. s. imediate sacramẽtales ꝯtinenẽ spẽs:
sunt calix ⁊ patena: ⁊ est corporale: sed de illo iam
dictũ est. Calix ergo ⁊ patena / quales esse debent:
determinatũ est in ꝯcilio Remenẽ. ⁊ hẽ de cõsec.
dist. i. calix. vbi dĩ sic. Calix dñi cũ patena si nõ ex
auro omnino: ex argento fiat. Si quis aũt tã pauper
est: saltẽ vel stãneũ calicẽ habeat. De ere aũt ⁊ au
richalco nõ fiat: qr ob vini virtutez eruginẽ facit
pariterq3 vomitũ ꝓuocat. Nullus aũt in ligneo
aut vitreo calice p̃sumat missam cãtare. Itẽ eadẽ
di. c. vasa. legiẽ q̃ vasa in q̃b⁹ sacrosctã cõficiunẽ
Questio.
mysteria: sunt calices ⁊ patene. De quib⁹ Boni
facius martyr ⁊ epũs interrogat⁹. Si liceret in vas
Responsio.
culis ligneis sacra conficere. Rñdit: quondam
sacerdotes nõ aureis: sed ligneis calicib⁹ vtebã
tur. Seuerinus. xvi. roman⁹ epũs patenis vitreis
missas celebrari cõstituit: deinde Urbanus. x. pa
pa oia ministeria sacra fecit argẽtea. In hoc eniz
sicut in reliq̃s cultib⁹ magis ⁊ magis p incremẽ
ta tẽpoꝝ dec⁹ succreuit ecclĩarũ. Nostris eñi die
bus: qui serui patrissa. sum⁹: ne dec⁹ matris ecclie
minuaẽ: sed magis cumuleẽ / ⁊ amplificeẽ: statui
mus / vt deinceps null⁹ sacerdos sacrũ mysteriuz
corpis ⁊ sanguis dñi nr̃i iesu xp̃i in ligneis vascu
lis vllo mõ ꝯficere p̃sumat: ne vñ placari d3: inde
irascaẽ de⁹. Hec ibi. Hoc statutũ factũ fuit in ꝯci
lio triburiceñ. ¶ Si replicaẽ calix sm̃ Hug. signi
ficat sepulchrũ: patena lapidẽ suprapositũ: quod
qr fuit excisum de petra Mar. xv. videẽ quod ca
lix esse deberet de petra. Rñdeẽ qõ non cõueniret
celebrare in vase lapideo: ꝓpter vasoꝝ lapideorũ
ineptitudinẽ. Neq3 in ligneo propter porositatẽ
⁊ humorũ imbibitionẽ. Neq3 in vitro / vel crystal
lo ꝓpter fragilitatẽ: ne sic dñicus sanguis effusio
nis ꝑiculo exponaẽ. Nec op3 qõ signãs ⁊ signatũ
in materia cõueniãt: vñ ⁊ calix aure⁹ ⁊ patena ꝓ
pter forme ꝯcauitatẽ ⁊ sacramẽtalẽ veri corporis
⁊ sanguinis xp̃i cõtinẽtiã: sepulchrũ dñi represen
tãt. ¶ Si iteꝝ obijciẽ illud Ambro. lib. de officijs:
⁊ hẽ. xij. q. ij. aurũ. Aurũ sacra nõ q̃rũt: neq3 auro
placẽt q̃ auro nõ emunẽ Ornat⁹ sacroꝝ: redẽptio
captiuorũ est: ⁊ vere illa sunt vasa p̃ciosa q̃ redi
Aurũ nõ d3 impẽdi i vasa sacri mysterij: s3 i alimoniã pauperũ / ⁊ redẽptiõem captiuorum.
munt alas a morte: ille verus thesaurus est dñi q̃
operaẽ qõ sanguis ei⁹ operat⁹ est. Ex quib⁹ videẽ
q̃ aurũ nõ d3 impẽdi in vasa sacri mysterij: sed in
alimoniã pauperũ ⁊ redẽptionẽ captiuorũ. Rñ
deẽ qõ q̃ beat⁹ Amb. ⁊ canon ibi loquiẽ in casu q̃
res ecclie distrahẽde sunt. s. in extrema necessita
te ꝓ alimonia pauperũ ⁊ ꝓ redemptione capti
uoꝝ. Vñ dĩ ibi. Nonne dictur⁹ est dñs. Cur passus
es tot inopes mori fame. Et certe habebas aurũ
de quo ministrasses alimoniã. Cur tot captiui in
captiuitatẽ ducti / nec redẽpti ab hoste occisi sũt.
Quid dices? Timui ne tẽplo dei ornat⁹ deesset re
spondebis. Aurũ sacramẽta nõ querunt ⁊c. vt. s.
Aliqui exponũt sic. Nõ q̃runt ad sui efficaciam:
nõ eñi minorẽ efficiaciã habẽt si in alterius modi
vasis cõficianẽ. Uel nõ querũt ad hoc vt inde ma
gis placeãt. Nõ eñi ex eo q̃ in auro cõficianẽ ma
gis placent deo: sed ex cõficientiũ sanctitate ⁊ vir
tute. Hec Alex. Nũc de cõsecrationis tpe.

¶ Lectio. xiiij.



A
Equi tur nũc de tpe siue hora dici q̃b⁹ missam celebraẽ cõgruit. Ubi premittendum qõ duplex ẽ missa: q̃dã ẽ missa cõuẽtualis siue popularis q̃ tanq̃ p̃ncipale dici officiũ / in ꝯuẽ
Duplex est missa.
tu toti⁹ ppl̃i seu parochianoꝝ dieb⁹ singulis cele
braẽ: q̃ ⁊ parochialĩ missa solẽnis publica vel sum
ma q̃nq3 appellaẽ. Alia est missa p̃uata peculiarĩ
vel votiua: q̃ a sacerdotib⁹ ex spãli instõne: bene
ficio vel deuotione nõ sic pro toto ppl̃o celebraẽ.
De p̃mis. c. vt dñicis. de parochijs. De scđis hẽ
in. c. q̃dã laicoꝝ. de celeb. missa. Et de vtrisq3 loq̃ẽ
Augustin⁹
Aug. in. c. ⁊ hoc. de cõse. di. i. vbi dicit attendendũ
vt misse peculiares: q̃ per dies solẽnes a sacerdo
tib⁹ fiũt: nõ ita in publico fiãt: vt ꝓpter eas a pu
blicis missaꝝ solẽnijs: q̃ hora tertia canonice fiũt
abstrahaẽ: s3 sacerdotes q̃ i circũitu vrbis: aut in
eadẽ vrbe sunt: ⁊ ppl̃s in vnũ ad missarũ publicã
celebrationẽ ꝯueniãt. De missis igiẽ solẽnib⁹ dĩ:
qõ trib⁹ horis institute sunt: sc3 tertia hora dieb⁹
festiuis: sexta in dieb⁹ ꝓfestis: nona in diebus ie
iuniorũ. de cõse. di. i. c. nocte sctã natiuitatis: vbi
dĩ. Reliq̃s vero tpib⁹ missaꝝ celebrationes ante ho
rã diei tertiã minime sunt celebrãde: qr in eadem
hora ⁊ dñs crucifixus est: ⁊ super aplos spũsctũs
legiẽ descẽdisse. Itẽ in. c. solẽt. eadẽ dist. innuiẽ qõ
tpe ieiuniorũ missa nona hora celebrari d3. Rõ
assignaẽ a doctorib⁹: nã in missa recoliẽ mors xp̃i
q̃ hora tertia crucifixus est linguis iudeorũ: ho
ra sexta manib⁹ militũ: hora nona expirauit. In
ieiunijs vero q̃tuor tẽpoꝝ: dũ ordines celebranẽ: põt
missa post nonã circa horã vespertinã cãtari. In sab
bato aũt sctõ pasche: circa noctis initiũ: vt l. c. so
lẽt. alle. §. l ieiunijs. Incipit aũt noctĩ initiũ in ve
spera: q̃ ẽ extrema ps diei. i. vltia. Ultima aũt ps
diei icipit stati post horã. ix. trãsacta meridie. Et
hoc s3 modũ loquendi p̃hoꝝ: q̃ dicũt q̃ q̃libet ps
ꝯtinui minor medietate ꝑ illgẽs vsq3 ad vltimũ ei⁹
pũctũ: ẽ ei⁹ vltia ps. s3 hoc mltas ptes eiusdẽ ꝯti
nui vltias ꝯcedẽtes: q̃rũ tñ vltiaꝝ ꝑtiũ semp vna
est ps alteri⁹. Sic i ꝓposito. Pars diei designata
post meridiẽ i. post medietatẽ diei: põt dici ps ei⁹
vltia: q̃uis nõ s3 vsualẽ loquẽdi modũ. Et ꝓ q̃to
est vltia ps diei: põt vocari sequẽtĩ noctĩ initiũ: vel
i ꝓposito illa ps diei sabbati sctĩ: cũ nocte seq̃nte
ad diẽ sctissimũ pasche ꝯputaẽ. vñ dĩ i orone De⁹

qui hanc

cerdotes populo seruiẽtes in doctrina euãgeliȷ̃
ꝛ ministerio ecclesiastico ꝛ sacramentali: viuere
debẽt ꝛ sustẽtari impẽsis ꝛ puisionib9 populi: vt
decẽter officio suo cõgruere: ꝛ vtiliter possint ac
salubriter suo pp̃lo deseruire. Nã de cõitate vi-
uere dȝ: q̃sq̃s cõitati seruit. patet manifeste ex p-
allegatis. ¶ Scđm q̃ de puisione populi sacer-
dos sustẽtari debẽt nõ luxuriari: nõ supbire: nõ
diuitiarũ accumulatione pauperes opprimere:
aut eis onerosos se reddere. Uñ a diuitys con-
gregandis cohibuit euãgelizãtes dñs dũ peraȝ
ꝛ sacculũ eis abstulit. Et apl's dũ euangelizãtes
de euãgelio viuere cõstituit: grauiter eos obiur-
gans qui in q̃stu euãgeliũ ponẽtes: questũ existi
mant pietatez. Questus aũt magnus esse debet
ministris ecclesie: pietas cũ sufficientia. Et q̃les
esse debeant clericoꝝ diuitie nõ tacuit: cũ addit
Habẽtes inquit alimenta: ꝛ quib9 tegamur his
cõtẽti simus. Nã qui volũt diuites fieri: incidũt
in tẽtationeȝ / ꝛ in laqueũ diaboli: ꝛ in desideria
multa inutilia ꝛ nociua: que mergũt hoïes in in
teritũ ꝛ pditionẽ. Nihil intulimus in hũc mun
dum: haud dubiũ q̃ nec auferre q̃d possumus.
Huius exemplũ apl's in se pretuit: qui ne esset
oneri populis / quib9 euãgelizauit: victũ manuũ
labore acquisiuit: vt habet Act. xx. Uñ in cano-
ne dist. xc. clericus dr̃. Clericus victũ ꝛ vestitum
sibi artificiolo vel agricultura: absqȝ officij sui
dũtaxat detrimento pparet. Idẽ habet in duo-
bus ca. sequẽtibus. ¶ I Qualia aũt exteriora et
corpalia offerri debeãt dñs Alber. circa hãc ma
teriã tradit di. Exterior oblatio dȝ esse pinguis
deuotione: lata charitatis dilectione: mũda ac-
quisitione: vtilis valore. Dȝ esse pinguis deuo-
tione vt plus de cordis deuotiõe q̃ de manu pro
cedat: sm̃ illud ps. Holocausta medullata offe-
ram tibi. ꝛ Eccli. xxx. Oblatio iusti impinguat
altare: ꝛ odor suauitatis est in cõspectu domini.
Debet esse lata charitatis dilectione: ne fiat p-
ximi rãcore aut odio vel cũ proximi detrimento
q2 sm̃ be. Greg. nullũ sacrificium dñs accipit: ni
si qđ in altari boni operis flamma charitatis ac-
cendit. Hinc dñs ait. Si offers munus tuum ad
altare: ꝛ recordatus fueris quia frater tuus hȝ
aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum
ante altare: ꝛ vade prius reconciliari fratri tuo ꝛ
tunc veniẽs offeres munus tuũ. vbi glo. Prius
charitatẽ primo exoluat: q̃ mun9 suũ deo place
re exoptat. Hoc quoad p̃mũ. ¶ Quoad scđm re
prehẽdit dñs errorẽ scribarũ ꝛ phariseoꝝ dicen
tiũ. Meli9 fore si substantia terrena dño offerat
in tẽplo: q̃ si alẽdis parẽtib9 pauperib9 impẽda
tur. Et sic videt si oblatio facta pergat in detri
mentũ alioꝝ quibus offerẽs est debitor: siue vxo
ris: siue liberoꝝ: siue creditoꝝ: nõ em̃ pficienda
sunt cõsilia in fraudẽ preceptoꝝ: in hoc em̃ casu
nõ essent cõsilia. Nõ tñ propter hoc de suis q̃s
prohibet facere elecmosynã: aut oblationẽ: aut
prouidere saluti anime ppter heredes quibus
nõdũ est ius quesitum in hereditate: cum saluti
corporis prouidere possit cõtradictionib9 eorũ
nõ obstãtibus quibuscũqȝ. ¶ Debet esse mũda
acquisitione. i. nõ sit res iniuste acquisita: ꝛ non
de re nõ sua: vñ Prouer. iiȷ. Honora dñȝ de tua
substãtia: ꝛ de primitys frugũ tuaꝝ da pauperi-
bus. quasi dicat. Qđ tuũ est: nõ qđ alterius offe-
ras dño: nam immolãtis ex iniquo / oblatio est
maculata: ꝛ nõ sunt beneplacite subsannatiões
iniustoꝝ. Subsannatio em̃ ꝛ nõ oblatio est: qui
offert de furto: de rapina: de vsura: vel aliter de
iniusto lucro: vñ Eccli. xxxiiȷ. Dona iniquorum
non probat altissimus: nec respicit in oblatiões
iniquoꝝ: nec in multitudine sacrificioꝝ eorum
propitiabitur peccatis. Clamat em̃ rapina: cla-
mat vsura: clamat pauperũ sudor contra oppri-
mentes eos. Quare qui offert sacrificiũ de sub-
stantia paupeꝝ: quasi qui victimat filium in cõ-
spectu patris sui. Eccli. xxxiiȷ. de re ergo nõ sua:
ad cuius reȝ restitutionẽ iniustus possessor tene
tur: neqȝ oblatio: neqȝ elecmosyna fieri põt: sed
nec scienter recipi dȝ: vt declarat Joã. cãcel. par-
rhi. in de sollicitudine ecclesiasticorũ ca. xiȷ. nisi
forte nesciretur cui facienda esset restitutio: tũc
em̃ per modũ restitutiõis cõuerti posset in pios
vsus pro his quibus debent per oblationem vel
elecmosynam. de quo alias. ¶ Debet etiam esse
munda acquisitione vt nõ sit turpiter acquisita
idest vt nõ sit preciũ peccati: vñ Deut. xxiiȷ. pre-
cipitur. Nõ offeres mercedẽ prostibuli: nec pre-
ciuȝ carnis in domo dñi dei tui. Et hoc propter
cauendũ scandalũ: ne videat ecclesia fouere pec
cata: si de peccati lucro oblationeȝ reciperet: vt
dicit btũs Tho. ij. ij. q. xvi. ar. iiȷ. ¶ R Debet eẽ
quarto vtilis valore: vt pficiat ad finem ppter
quem offertur. Qui in genere duplex est. Prim9
est cõfessio seu protestatio supremi dominij bñ-
ficentie: misericordie: ꝛ ceterarum perfectionũ
in deo: ꝛ que ad hunc finem offerunt: debent ha
bere aliquẽ ordinẽ siue cõueniẽtiã ad representã
dum ea in quoꝝ testimoniũ offerunt: sicut cãde
le tenebrosa illuminãtes significãt diuinã sapiẽ
tiã cuncta illuminantẽ ꝛ cognoscẽtẽ. Sic vestes
sacre colores: thura: altariũ ornatus: incensum:
et cetera multa offeruntur: ac diuino cultui ap-
plicãtur: quoꝝ significationes Durãdus in rõ-
nali pticulatim prosequit. Ita etiã a plagis ꝛ pe
riculis liberati offerũt nõnũq̃ imagines: vel si-
gna de auro: argẽto: cera: aut alia materia pte-
stantes per hec dñm esse hoꝝ misericordem me
dicum: curatorem aut liberatorem. Sic legitur
philistum obtulisse q̃nqȝ anos aureos: ꝛ totidẽ
mures aureos dãtes gloriã deo israel: ꝛ recogno
scentes se ab eo plagas anorum ꝛ muriũ ppter
oblationem arce domini a filijs israel sustinuis-
se ꝛc. ¶ Alius finis oblationis est sustẽtatio mi-
nistroꝝ ecclesie: ꝛ talis oblatio esse dȝ que possit
cõuerti in eorum vtilitatẽ: vñ Malach. j. dñs lo
quitur. Intulistis munus: nũquid suscipiã illud
de manu vestra? Et sequitur. Maledictus dolo-
sus qui habet in grege suo masculũ: hoc est per-
fectum et valens: et votum faciens immolat de
bile domino. Et premisit. Si offeratis cecũ clau
dum: ꝛ languidum: nõne malum est? Offer illud
duci tuo si placuerit ei: aut si susceperit faciẽ tuã
dicit dominus exercituum. Per debile claudum
ꝛc. intelligit qđ cõuerti nõ põt in vtilitatẽ eccl'ie
et ministroꝝ eius. Pariformiter peccãt q̃ falsam
aut fractã monetã aut res viliores offerunt: que
omnia.

Deut. xxv. — Luce. x. — Attẽde de sustẽtari de sacerdotũ. — j. Tim. vj. — Alber. — Eccl. xxxv. — Homel. xxx. — Mat. v. — Mat. xvj. — Prouer. iij. — Deut. xxiij — j. Regũ. vj. — Malach. j.

ola fm sctm Tho.ij ij.q.xliij.arti.iij. ad dei con-
temptū referūtur:dū vilia ⁊ minus vtilia offerun
tur:vn̄ ⁊ Malach.i. Polluistis nomen meū in eo
qd dicitis:mensa dn̄i despecta est. Hoc autem fa
cto dicit:qui vilia ⁊ despecta ad mēsam dn̄i offert
¶ L Ex quibus patet ꝙ ad sustentationē mini-
stroꝝ ecclie/ola offerre licet que ad victū ꝯseruiūt
⁊ vestitū:aut etiā ad subleuandū alias eoꝝ neces
sitates:vt puta ad vtēsilia : libros ⁊ similia suble-
uāda. Cōserūt dico mediate sicut numisma:vl' im
mediate vt panis:vinū ⁊ cetera quib⁹ resci pnt:
vestiri ⁊ in ceteris necessitatib⁹ subleuari. ¶ Sic
ad protestationē/ꝙ ola habemus a dn̄o : de oib⁹
oblationes fieri pnt:quoꝝ exēpla multiplicia no-
bis exhibet veteris pagina testamenti. Vn̄ si aliq̄
offerant viuentia vel nō viuētia deo:vel in bono
rē huius scti vel illius:que ad finē ad quē offerun
tur nullā hnt ꝯuenientie rōnem:magis vident sa
pere supstitionē ꝙ̄ religionē. Verūtn̄ singulas rō
nes in singulis pquirere nō est necessariū popu-
lo simplici ⁊ fideli:dū sequit intētione simplici ri-
tū ⁊ ꝯsuetudinē ecclie ac holm bonoꝝ:intēdēdo
qd ecclia intēdit:stante in eo semp fidei solidita-
te ⁊ integritate ac alo ad informationem parato.
Sufficit insup leuis ꝯiectura:vt si ofo dicat noue
naria in honorē nouē choroꝝ āgeloꝝ:vel septena
ria in ꝯmemorationē septē donoꝝ spūsscti: vel q̄-
naria in memoriam quinqꝫ vulneꝝ christi:aut tri
na i honorē btissime trinitatis. Sic suo modo de
elecmosynis ⁊ alijs operibus bonis:si totiēs fiāt
vel totiēs:sic ꝙ ad honorē huius scti/huius gtis
oblatiōes fiāt:aialia:galli:galline:porcelli ⁊ cete-
ra multa:qr hec ꝯserūt ad sustentationē ministro
rū ecclie:dūmodo tn̄ nō addat positiue ac parti-
culariter aliq̄ intentio praua:⁊ oino ꝯtraria diui-
ne religioni:dūmodo etiam in talibus nō ponat
firma spes : quasi a deo vel sctis aliter/ꝙ̄ p tales
obseruatiōes auxiliū ꝯsequi non possent:⁊ quasi
in illis quedā sit necessitas: vt per eas ⁊ nō aliter
inducat deus ⁊ sancti illud facere qd petuntur.
Dū demum non passim queratur tentari deus p
inuocationem sanctorum suoꝝ:vel oblatiōes eis
factas:quasi debeat semp miraculose illud face-
re qd petitur:pſertim dū petūtur ꝯmoda tpalia:
⁊ quandoqꝫ paꝝ conferētia ad salutē : de quibus
late satis ⁊ vtiliter scribit cancel. parrhisien. Joā
nes gerson in tracta. de directione cordis.

¶ Lectio.xvij.

A



Eq̄;tur ter-
tia par-
ticla hu
ius scōe
ptis mis
se: q̄ fm
dn̄m Al
ber. ē p-
paratio
qua ite-
rim ad
offeren-
dū ⁊ cō-
secrādū
se ppa-
rat sacerdos. ¶ Preparat aūt se tribus.s. incēso:
lotione ⁊ ofone. Incēso se pparat deuotiōis odo
re:p lotionē mūdicie nitore:p ofonē cordis ardo
re. Nā sacrandis muneribus p subdiaconū ppa
ratis:⁊ p diaconū sacerdoti oblatis:p sacerdotē-
qꝫ in altaris medio sup pallas explicatas (quorū

Sacerdos tribus se pparat.

mysteria propter breuitatem transeo) collocatis/
munera ipsa sacerdos incensat ac thurificat:thu
risqꝫ incensum in thuribulo:(vt Alexan.ait) sup-
ducit:et in crucis modum circunducit : quaten⁹
thuris incenso:et crucis signaculo omnes diabo
lice malignitatis ⁊ fraudis conatus execretur:ne
contra sacerdotem vel sacrificiū aliquo modo p-
ualeat. Nam ⁊ fumo hmōi omne genus demonij
extricatur:vt ait raphael angelus Tob.vi. Signi
ficat nihilominus hec thurificatio bis facta/vn-
ctionē dn̄i:qui a maria magdalena bis vnctus le
gitur:primo pedes. Luce.vij. Secundo caput:dū
fracto alabastro vnguentum effudit super caput
iesu. Mar.xiiij. Et repleta est tota domus odore
vnguenti. Joan.xij. Propter quod sacerdos vndi
qꝫ totū altare incēsat: designās ꝙ factū hoc totā
vndiqꝫ respersit ecclesiam:sicut dn̄s ipse testatur
Mat.xxvi. Amen dico vobis vbicunqꝫ pdicatur
fuerit hoc euangelium in toto mūdo:dicet ꝙ hec
fecit in memoriā eius. Ex hac aūt vnguenti perdi
tione (vt iudas ait) occasionem accepit idem do
minice traditionis : qua dn̄m iudeis crucifigen-
dum tradidit:cuius memoria in hoc sacrificio ce
lebratur. ¶ B Preparat se secūdo sacerdos ite-
rata manuum lotione: nō propter timorē conta-
minationis corporis xpi : qd nulla corporali im-
mundicia cōtaminari pōt vel maculari:tū qr glo
riosum:tū qr eo modo/quo est in sacramento cor
poraliter tangi nō pōt:cum non sit in sacramēto
quātitatiue:seu per moduꝫ quātitatis situalis:q̄
modus ad corporalē contactū requirit : sed cum
iam manibus sacerdos tractare habet sacramen
ta:propter eoꝝ reuerentiā fulgere etiā debet ma-
nuum corporali mūdicia. Fit deniqꝫ hec lotio ad
excitandum se ad internā deuotionem ac purita
tem: quā principalissime intendere debet. Unde
solicite satagendum est:vt non tam exteriora ma
nuum:ꝙ̄ interiora mentium inquinamenta pur-
gentur:qr nō tātum inquinat hoiem tractare sa-
cramenta illotis manibus:quantum illotis ani-
mabus. Vn̄ fm Innocen. Lauat manus corpora
liter:vt mundet actus spiritualr:⁊ Alexā. de ales
Hic moraliter insinuatur ꝙ sacerdos oblaturus
hostiā lachrymis ꝯpunctionis lauare debet con
scientiā. ps. Lachrymis stratū meū rigabo:ne scꝫ
indignus accedēs ad tm̄ sacrificiū: reus fiat cor-
poris ⁊ sanguinis dn̄i. Est autē hec secūda lotio
prius cū ad celebrandū se pparans/in alio loco
manus abluit:vt fm Alber. qui primo ad missam
se parans se lauit ab iniqtate:nō sacrificiū obla-
turus q̄si amplior indigēs lotiōe etiā a veniali-
bus ⁊ petōꝝ se purget reliquijs:dicens cū pphe-
ta. Lauabo:non iā inter petōres: sed inter inno-
centes manus meas:⁊ circūdabo altare tuū dn̄e
Hāc interiorē ablutionē petijt dauid:dicēs. Am
pli⁹ laua me ab iniusticia mea dn̄e:acsi dicat. La-
uasti a mortalib⁹:laua me etiā a venialibus:quia
nemo adeo lotus est vt nō indigeat lotione vlte-
riori in tanti oblatiōe sacrificij. Hoc qꝫ signauit
dn̄s Joan.xiij. qr cū loti essent apl'i:cū accederent
ad refectionē mense dn̄i paschalis et lfalis agni:
noluit eis exhibere corpus suū:nisi iterato laua-
ret pedes eoꝝ:quo significata est affectuū ablu-
tio:dicens. Qui lot⁹ est : nō indiget nisi vt pedes
lauet:sed est mūdus tot⁹ ⁊ ista lotio ortū habuit a
lege Exod.xxx. vbi dr. Facies labiū eneū cum basi
sua ad lauandū:⁊ missa aqua lauabūt in ea aarō
⁊ filij eius man⁹ suas ⁊ pedes: qn̄ ingressuri sunt
tabernaculum testimonij:⁊ qn̄ accessuri sunt ad
altare vt offerant thus dn̄o. ¶ Ex illo pꝫ ꝙ ritus
quorūdā/quo ablutionē hāc differunt vsqꝫ ad fi-

Thurificatio bis fcā quid sigt.

Mar.xiiij.

De lotione manuum.

Innocen.

ij. Cor.xi.

Ps.l.

Exod.xxx.

Improbat quorundā ritus.

nē prefationis: est minus ɔueniēs: tū qꝛ figura p̄cedere debet figuratū: ⁊ ita corporalis lotio manuū: significans interiorem lotionem mentium: que fit p̄ orationem: precedere debet orationem. Tū qꝛ verba canonis depen dēt ad prefationem ⁊ hymnū sequentē. Sctūs/sctūs/sctūs/ita vt nō liceat quecūqꝫ alia verba interponere: ne coherētia sensus diuidatur. ℭ Ad lotionē autē manuū proferri debet ille psalmi versiculus. Lauabo inter innocentes manus meas: ⁊ circūdabo altare tuum dn̄e: per quē impertinentissime corrūpere⁊ sententiaꝝ continuatio. ℭ C Preparat se tertio orationis suffragio. Et hoc dupl'r f̄m Alber. scilꝫ primo per seipsum orādo: sc̄do oratiōis suffragiū a pplo postulando. Quoad primū tres facit orationes f̄m consuetudinem eccl'ie romane. In prima postulat acceptio diuina ipsius sacrificij ⁊ sacrificio assistentium. In sc̄da postulat cōsecratio sacrandoꝝ muneꝝ: in illa scꝫ. Ueni sctificator. In tertia postulat oblationis profectus quantū ad sctōꝝ honorē ⁊ salutē circūstantiū. In quibusdaꝫ ecclesijs dicit prima tm̄: scꝫ. In spū humilitatis ⁊ animo cōtrito suscipiamur dn̄e a te: vt sic fiat sacrificiū nostrū: vt a te suscipiat hodie ⁊ placeat tibi dn̄e deus. Et sumpta sunt hec verba ex orōne Azarie Daniel. iij. in camino ignis facta. Sacerdos aūt dicēs. In spū humilitatis ⁊ aīo cōtrito: duo tāgit que orationē faciūt exaudibileꝫ: scꝫ humilitatē ⁊ ɔtritionem: de primo dicit Eccli. xxxv. Oratio humiliātis se nubes penetrabit. de sc̄do Esa. vl. Ad quē respiciā nisi ad paupculū ⁊ cōtritū spū: ⁊ tremētē sermones meos? Quia aūt sacrificiū offert in recordationē passionis dn̄i: cum recordamur q̄ sacrificiū illud in ara crucis oblatū est pro peccatis n̄ris: offerimus in spū humilitatis recognoscentes pctā n̄ra: ⁊ in aīo cōtrito peti dolorē in corde sentientes. In hac ergo hūilitate ⁊ cōtritione ecclesie: petit sacerdos suscipi oblationē sacrificij: certus qđ sic oblatum a dn̄o non reijcitur: vnde in ps. Cor contritū ⁊ humiliatum deus nō despicies. Alie due orationes clare sunt.

Eccli. xxxv.
Esa. vlti.

Obiectio.

ℭ D Sed hic aliqs diceret: sacrificium (vt dicit Rabanus) dicit quasi sacrū factum: qđ prece mystical'r consecrat in memoriam dn̄ice passionis.

Respōsio.

Quod aūt tale est: oīno est acceptū ⁊ benedictum a deo ⁊ consecratū. Unde frustra postulatur in p̄factis orōnibus sacrificij acceptatio a dn̄o: bn̄dictio ⁊ consecratio. R̄ndet Alex. q̄ sacrificiū dicit tripliciter. Uno modo dicit actus ɔsecrantis: siue ipsa consecratio actiōis: ⁊ sic sumit in illa oratiōe. In spū humilitatis. Alio modo dicit hostia ɔsecranda: sic accipit in sc̄da oratiōe. Ueni sctificator oīpa eterne deus bn̄dic ⁊ sctifica hoc sacrificiū tuo sctō nomini preparatū. Tertio modo dr ipsa hostia cōsecrata f̄m diffinitionē Rabani allegatā: ⁊ de sacrificio sic sumpto nō sūt oratiōes due predicte. Sed de eo sic assumpto īclinato capite dicit sacerdos tertiā orationeꝫ. Suscipe sctā trinitas hanc oblationē ⁊c. qua petit vt sacrificiū tertio modo acceptum: qđ est hostia cōsecrata: a dn̄o: sctā scꝫ trinitate suscipiat: non quantū ad se sic em̄ semp est acceptissima f̄m illud patris. Hic est filius meus dilect9 in quo mihi bene ɔplacui. Mat. iij. ⁊ xvij. Sꝫ q̄ntū ad institutiōis sue finē et fructū: qui est grāꝝ actio: diuinoꝝ beneficioꝝ cōmemoratio: inter que precipuum est dn̄ica incarnatio: passio: resurrectio: ascēsio ⁊c. Sanctoꝝ honor ⁊ collaudatio et salutis in via adhuc peregrinantiū promotio: de quibus infra latius tractabitur. Et hec tangunt ac petunt in oratione ista vt patet eā aduertenti. ℭ E Premissis itaqꝫ his

Sacrificiū capit tripl'r

orationibus quas sacerdos consecrans ad deuꝫ fundit: quatenus oblatio sua p̄fectior placita fiat etiam ecclesie suffragia interpellat: sic em̄ placet deo sacrificiū f̄m illud Mala. iij. Placebit deo sacrificiū iude ⁊ hierusalē: sicut dies seculi: et sicut anni antiqui. Judas ɔfitēs: hierusalē pacis visio interpretat. Est itaqꝫ sacerdos iudas lotus ablutiōe ⁊ orationis cōfessione. Est ⁊ hierusalē pacis ⁊ vnitatis ecclesiastice suffragij intercessione: iđ conuertit se ad populuꝫ: petens in vnitate eccl'ie orōnis suffragia dicens. Orate pro me fratres vt meū ⁊ vestrū sacrificiū acceptabile fiat apud deū patrē oīpotentē. Aliqui addūt. Et sorores: p̄pter sexuū discretionē: sed alij vtrūqꝫ includūt in noīe sexus principalioris: attendentes illud apl'i. Nō est masculus neqꝫ femina: oēs em̄ vos vnuꝫ estis in xp̄o iesu. Appellatione fratris innuit ecclesie in vnitate charitatis colligationem ⁊ pacis vnionē. Recte aūt petit orationū intercessiones: memorans illud apostoli ad Heb. v. Qm̄ ⁊ ipse circūdatus est infirmitate: ⁊ ita vt homo infirmus indiget ecclesie adiutorio. Hinc Jaco. v. Orate p̄ inuiceꝫ vt saluemini: multum enim valet deprecato iusti assidua. Qđ vero dicit. Ut meū ⁊ vestrū sacrificiū ⁊c. innuit q̄ vt dictū est: tā offerentes q̄ oblata offerunt in altari dn̄o: cuius oblationis signū fuit exterioꝝ oblatio facultatū. Un̄ ⁊ debet quemadmodū p̄ pplo: ita ⁊ p̄ seipso offerre p̄ pctis. Ipse em̄ est hō ex hoībus assumptus: p̄ hoībus ɔstitutus loco eius scꝫ xp̄i: q̄ est totius sanctitatis perfector: vt Alber. loquit: ⁊ iđ vt homo indiget suffragio. Ut vero in loco dei constitut9: offert ⁊ sanctificationem perficit: f̄m illud apl'i ad Hebre. v. Omnis pōtifex ex hoībus assumptus: pro hominibus ɔstituitur in his q̄ sūt ad deū ⁊c. Huic autē sacerdotis petitioni quidam respondent. Memor sit dn̄s sacrificij tui: ⁊ holocaustum tuū placabile fiat. Alij. Spūssctūs superueniet ī te: ⁊ virt9 altissimi obumbrabit tibi. Quidā vt romani r̄ndent. Suscipiat dn̄s sacrificiuꝫ de manibus tuis ad laudē ⁊ gloriā nōis sui: ad vtilitatē qꝫ nostrā: totiusqꝫ ecclesie sue sancte amen. Sed forte quis diceret: incōueniens videt in tanto officio tot fieri diuersitates. Un̄ videtur q̄ hec varietas nō sit in ecclesia p̄mittēda: sed abolenda potius ⁊ dānāda. Respondet Btūs Ansel. in epistola ad valerianū magdebergensem archiepm: querenteꝫ de diuersitate modorū qui sūt circa celebrationem huius sacramenti dicens. Sic habemus a sctis patribus: q̄ si vnitas seruatur charitatis in fide catholica. nihil officit consuetudo diuersa. Et si multe sunt diuersitates q̄ non in summa sacramēti vel virtute eius aut fide discordāt: neqꝫ oēs in vnā consuetudinē colligi possunt: estimo eas potius in pace tolerādas: q̄ discorditer cū scādalo dānādas. Ex his patet que diuersitas toleranda: nam per summaꝫ sacramenti intelligunt illa que precise requirūtur ad esse sacramenti. ℭ F Sequitur statim quarta particula secunde partis principalis misse: que dicitur secreta f̄m Alex. de ales qꝛ tūc incipit mysteriū passionis dn̄i in oblatione eoꝝ que sunt consecranda: vn̄ ibi per correspōdentiā quandam representatiue inchoat machinatio quedā iudeoꝝ: et tractatio de morte xp̄i: p̄pter quam dn̄s abijt in regionem iuxta desertuꝫ. In illa enim parte initium est oblationis: que est mysteriū passionis dn̄i: sicut illa machinatio fuit initiū passionis eiusdem exhibite in corpore xp̄i. ℭ Dicitur etiam hec oratio secreta cum ceteris verbis sacri canonis f̄m Alber. preter rōnes supra lec. xv. recitatas: quia iam in illa oratione que secreta dicitur:

Mala. iij.

Gal. iij.

Ad heb. v.

Jaco. v.

Obiectio

R̄nsio

Charitatis vnitas si seruet in fide catholica: nihil officit cōsuetudo diuersa.

Joan. xi.

secreta .i. secretissima postulant et offeruntur: que a pplo cōi celari debēt vt amplius venerent. Ostē-
sa eñ pplo p vsum viscunt ⁊ vilipendunt: ⁊ forte nōnūq̄ ad vsus alios adhibent. In cuius signū
Nume.iiij. mandat aaron et filiis ei⁹: vt ipsi soli ingredientes tabernaculū: oīa ei⁹ vasa inuoluāt:
et portāda dū mouēda sunt castra singulis filiis caath distribuāt. Ipsi autem filii caath ac ceteri
nulla curiositate videant que sunt in sanctuario priusq̄ inuoluant: alioquin morient. Nā multi
vsu sanctissima ptēnentes dū publice eis ostēdū tur: accipiūt occasionē mortis in eis: que si forēt
operta ⁊ inuoluta: ⁊ ab eis celata venerarentur: hinc Matt.vij. dicit. Nolite sanctū dare canib⁹
⁊ margaritas nolite pijcere ante porcos: ne for-te cōculcēt eas pedib⁹ suis: ⁊ canes cōuersi dirū-
pant vos: q: audita ista vilescūt popularib⁹: ⁊ sa cerdotes verbis eorū lacerant: vñ ⁊ beat⁹ Diony.

Diony.

scribēs ad Timotheū de ecclesiastica hierarch. eadē pcipit. Obserua inq̄t diligentius ne sancta
sanctoꝝ efferas: ne profanis luminib⁹ violanda pmittas: venereberis magis occulta: q̄ dei arca-
na mysteria spūalibus inuisibilibusq̄ notioni-bus honorabis: atq̄ intemerata habebis: nequaq̄
ea passim rudibus tradēs: sed sanctis solis sacra rum rerū intelligentias secretius pandēs. ¶ Et
notandū q̄ prime secrete nō premittit immedia-te inuitatio ad orationē per verbū. Oremus: sꝫ se-
cūde: si plures secrete legant. Debet eñ numero et ordini collectarū cōformiter rñdere numerus
⁊ ordo secretaꝝ: ⁊ post cōmunionē .i. cōplendaꝝ: ita q̄ tot secrete ⁊ eodē ordine similiter ⁊ cōplen-
de dicant: quot ⁊ quo ordine dicte fuerant colle-cte: nō plures nec pauciores nec alio ordine. Cu-
ius cā tacta est lec.xvi. q: ipsa inuitatio p verbū. Oremus: cū salutatiōe ppli pmissa est ante offe-
rendā quā respicit prima secreta: quare ad eam. Oremus nō est repetēdū. ¶ In secretis aūt que
pene p singula officia variant: petit q̄ ppls offe-rens in suis donis deo in vnitate corporis xpi in
corporādus ipsi acceptabiliter offerat: vt ptꝫ in prima secreta prime dñice aduentus: vbi dr sic.
Sacra nos dñe potēti virtute mundatos: ad suū faciāt puriores venire principiū. Omniū eñ bo
rum principiū quantū ad oblationē: est oblatio qua xps obtulit seipsum. Et hoc facile attēdi po
test in oībus secretis: nisi q̄ aliqñ propter festuꝫ: quod agit de xpo vel sanctis: in secretis de ipsis
festiuitatibus mētio adhibet: vt gratia festi chri sto ppls offerēs vniatur. Sic ergo perficiēs con-
cludit alta voce: dicēs. Per oīa secula seculoꝝ: q: qd in cōclusione est: oībus expedit scire tā cle-

Quicquid petitur/ nō nisi in christi nomine exauditur.

ricis q̄ idiotis. Dicit ergo fm Alb. Per dñm no strū iesum christum ⁊c. vt sciatur q̄ quicq̄d petit
non nisi in noīe xpi exaudit. Potest nihilomin⁹ exaltatione vocis fm Alex. significari: q̄ christ⁹
iterū palā ambulās se tanq̄ verū paschalē agnū ante quinq̄ dies pasche: luna decima primi men
sis presentauit hierusalē publice a turba cum ra mis palmarū susceptus: et inter lunā decimaꝫ: ⁊
decimāquartā ingrediēs et regrediēs clamabat publice docens in tēplo. ¶ Respōdet autē sacer
dotis minister vel chorus. Amē: qd ad conclusio nem tm̄ refertur: ⁊ interpretatur pro verū est: fm
Alb. nō pro fiat: ac si dicat: tu dicis. Per dñm ⁊c. qui viuit ⁊ regnat ⁊c. Nos corde et ore pfitemur
et dicimus verū est: ac si dicat. Justi sunt oēs ser-mones tui: ⁊ nō est i eis prauū q̄d neq̄ puersum.

Prouerbi. viij.

¶ ℞ Audiēs sacerdos hāc ppli cōfessionē pro-cedit ad quintā huius partis secūde particulaꝫ: videlicet ad pfationē: que prelocutio interpreta
tur: q: tā sacerdos sentiēs populū ad altiora pa-ratū: preloquit eis publice de sacramēti altitudi
ne ⁊ reuerētia: ⁊ ab hac prelocutione il ud quod cantat nomē prefationis accepit. ¶ Diuidit au
tem fm Alex. in partes tres. Primo fideliū con-gregatoꝝ ad confitendū dño excitatio proponi-
tur. Secūdo cōfessionis exhibēde ratio declarat ibi. Uere dignū. Tertio cōfessionis exhibite acce
ptatio postulat ibi. Cum quib⁹ ⁊ nostras voces. ¶ Excitatio intentionis populi in tribus est fm
Alb. In eulogio salutationis: in cōmunione pro fectionis: in exhortatione gratiarū actionis. Eu
logiū salutationis cōtinet salutationē presbyte-ri: ⁊ deuotā responsionem populi. Salutatio est.
Dñs vobiscū: que optat diuini adiutorij assistē-tiam ad altissima sacramenti mysteria: angelice
etiā perfectioni tremēda: nō curiose discutiēda: sed humilitate cordis a populo suscipiēda et ve-
nerāda. Suscipiēda in cena spirituali: in qua re-ficiēdi sunt pane viuo: qui de celo descēdit. Uñ ⁊

Joā.vj.

prefationis officiū ad illud referri potest qd legi tur Luce.xxiij. Misit dñs petruꝫ ⁊ Joannem di-
cens. Euntes parate nobis pascha vt manduce mus. Et post. Ipse ostēdet vobis cenaculū gran
de stratū: ibi parate. Et hoc sonat qd dicit prefa-tio .i. prelocutio: quasi preparatio ad hostie cōse
crationē ⁊ cōsecrate sumptionē. ¶ Respōdet au tem ppls. Et cū spiritu tuo: optās vt que nō nisi
spiritussancti operatione fieri possunt: eodē spi-ritu sacerdotis spiritū subleuante ⁊ sibi vniente
nedū sacramētaliter: sꝫ ⁊ spiritualiter p sacerdo-tem perficiant: q: spiritus est deus: ⁊ eos q̄ ado

Joan.iiij.

rant eū in spiritu ⁊ veritate oportet adorare. Et maxime in hoc sacramēto: in quo sine spiritu ca
ro nihil prodest: sed spiritus perficit omnia: dicē te dño de huius sacramēti perfectione. Joan.vj.

Joan.vj.

Spiritus est qui viuificat: caro aūt non prodest quicq̄. Respōsione hac audita: sacerdos popu-
lum in cōione charitatis ad altiora proficisci vo lēs expresse hortat dicēs. Sursum corda: supple
leuate. De hac exhortatione ita dicit Cyprian⁹ papa: vt habetur de cōse. dist.i. q̄ñ. Quādo stam⁹
ad orationē fratres dilectissimi: inuigilare et in-cumbere ad preces toto corde debemus. Cogita
tio carnalis hoīs et secularis abscedat: nec q̄cq̄ animus aliud: q̄ id solū cogitet qd pcatur: ideo
et sacerdos ante orationeꝫ: prefatione premissa: parat fratrum mētes dicēdo. Sursum corda: vt
dū respōdet plebs. Habem⁹ ad dominū: admo-neat nihil se aliud q̄ dñm cogitare debere. Clau-
datur ptra aduersariū pectus: ⁊ soli deo pateat: nec ad se hosteꝫ dei tpe orationis venire patiat.
Hec ibi. ¶ ℣ Ait ergo sacerdos. Sursum: intel lectu veritatis: affectu charitatis: virtute cōuer-
sationis: rectitudine intētionis. ¶ De prima ad supna eleuatione dicit ps. Accedat hō ad cor al

Ps.

tum: ⁊ exaltabit deus. Ad cor altū intellectu veri tatis accedit: qui in sacramēto nihil carnale co-
gitat: sed omnia alta esse intelligit: vt quod in ci bo sumptus xps dētibus nō discerpit: nec sacer-
dotis diuisione diuidit. Sumptione nō digerit vt pereat: sed manēs integer sumpt⁹ nos sibi in-
corporat. In altare descēdens in dextera patris manet vt nos sibi incorporatos ad eiusdeꝫ pris
dexteraꝫ exaltet et hmōi. ¶ De scōa exaltatione dicit apostol⁹ ad Col.iij. Que sursuꝫ sunt sapite

Ad col.iij.

nō q̄ sup terrā. Sapimus eñ et querim⁹ celestia per charitatis feruidā exaltationem: ⁊ hoc in sa
cramento perficit: q: ⁊ nimiā dñi dilectionē pen-santes: aduertim⁹ q̄ ipse se nobis dat in cenā: quo
nos sibi incorporet: et sic ad alta domus patris:

vbi oēs eterne vite abūdāt panib⁹: nos eleuādo ꝑducat. ℭ De tertia eleuatiōe dicit idē ad Phi-lip.iij. Nostra cōuersatio in celis est. Vnde ⁊ sal-uatorē ad nos in sacramento expectamus dn̄m iesum christum: qui incorporando nos sibi refor-mabit corpus humilitatis nr̄e cōfiguratū corpo-ri charitatis sue. ℭ De quarta sursum eleuatio-ne dicit Job.xvi. Ad deū stillat oculus me⁹: hoc est oculus alte intētionis qui deuotionē⁊ memo-ria dn̄ice passionis stillat lachrymādo: et nō nisi in altū ad deū dirigit tēdēdo ⁊ ꝑgēdo: et oīa soli deo attribuēdo. Hanc aūt exhortationē facit sa-cerdos cōformiter ad illa v̄ba Job.xvi. Terra ne operias sanguinē meū: neq̄ locū ī te latēdi inue-niat clamor meus: ⁊ ideo terreno ⁊ dep̄sso corde sanguis xp̄i nō dʒ operiri: ⁊ clamor quo ad cōronē dei vocamur: latere non dʒ sub affectu terreno: sʒ potius corde eleuato ad celuʒ hec oīa venerari. Ad hanc autē sacerdotis excitationē r̄ndetur ex ꝑsona assistētis ppl̄i. Habem⁹ ad dn̄m: qꝛ ad al-tius aliq̄d cor exaltari non pōt: nec in aliquo tu-tius locari vt altissima ⁊ sp̄ualia dei dona perci-piat. Threnoꝝ.iij. Leuemus corda nostra cū ma-nibus ad dn̄m in celos. Totū enim cor in celesti-bus habitare dʒ: qd̄ taʒ celestia ⁊ sublimia dona expectat: qd̄ angelicis laudib⁹ voces carnis iun-gi desiderat: ne improperiū illud incidat. Appro-pinquat ppl̄s iste ore suo: et labijs suis glorificat me: cor autē eius lōge est a me. ℭ Huic respō-sioni sacerdos excitādo ppl̄i intētionē: annectit exhortationē quandā: qua exhortatur ppl̄m ad gratiaruʒ actiones: dicēs. Gratias agamus dn̄o deo nostro se ppl̄o cōicās ⁊ vniēs: dicēs in sua et ppl̄i ꝑsona: agam⁹: qꝛ vni⁹ sunt doni participes corporis et sanguinis dn̄i: quo in vnū corp⁹ my-sticū cū capite mēbra oīa vniunt. j. Coꝛ.x. Unum corpus multi sum⁹ oēs/q̄ de vno pane: ⁊ de vno calice participam⁹. Gratie autē agunt q̄n dona dn̄i digne percipiunt: discrete cognoscunt: ⁊ ma-gna deuotione in ipsum referunt. De ꝑceptione digna dr̄. j. Paral.xix. Tua sunt oīa: ⁊ que de ma-nu tua accepim⁹: dedim⁹ tibi. Sic eñ digne acci-pitur a deo donū: cuʒ nos indignos diuinis esse b̄nficijs estimam⁹: ⁊ ꝑ hoc grate accepim⁹. (Se-neca.ij. de b̄nficijs. Qui grate b̄nficiū accipit: pri-mā eius pēsionē soluit) dū ⁊ ea q̄ reddim⁹ a dn̄o esse minime dubitam⁹. Sic et discrete cognoscū-tur a nobis: si cū ap̄lo dicim⁹. Nos nō spiritum huius mūdi accepim⁹: sed spiritū q̄ ex deo est: vt sciamus q̄ a deo donata sunt nobis. Oīa eñ do-na deus dat in spiritu: et in spiritu data cogno-scunt qualia sunt: ⁊ quantā in nobis efficiāt vir-tutē: magna deuotione in ipsum datorē deum re-ferūt: vt dū eis vtunt ad finē ꝑpter quē dant: ⁊ so-lū deū ex his laudari ⁊ magnificari exoptāt: dicē-tes cū ap̄lo iuda illud in fine sue canonice. Soli deo saluatori nostro ꝑ iesum xp̄m dn̄m gloria et magnificētia: imperiū ⁊ potestas añ oīa secula: ⁊ nūc ⁊ in oīa secula seculoꝝ. ℭ R Hortat autē sa-cerdos ad agendas g̃ras dn̄o deo nostro. Dn̄o q̄ nos redemit. ps̄.xxx. Redemisti nos dn̄e deus ve-ritatis. Ex hoc n̄āq̄ ꝙ nos redemit acquisitum est ei ius possidēdi: et ita ratio dn̄ādi: vñ Aug. Tāti emit nos vt solus possideret. Deo qui nos creauit. Deute.xxxij. Possedit: fecit ⁊ creauit te. Nostro: qꝛ saluabit. ps̄. Deus noster: de⁹ saluos faciēdi. Tūc eñ verissime erit noster: q̄n erit oīa in oīb⁹. i. oīm bonoꝝ abūdātia. Ipse est de⁹ qui nos de nihilo creauit: ipse dn̄s q̄ suo nos sangui-ne redemit: ipse est nr̄ qui suo munere nos salua-bit: ipse q̄ creādo dedit naturā: qui redimēdo de-dit gratiā: qui saluādo ɔfert gloriā. Vel dn̄o: nos sua virtute portāti. ad Heb.j. Portās oīa verbo virtutis sue. Deo: nos sua sapientia regenti. ps̄. Qui regis israel intēde. Nostro: regnū nobis p̄-parāti. Jo.xiiij. Vado parare vobis locum. Hec est ratio triplex quare deo referende sunt gratie. ℭ Huic exhortatiōi sacerdotali chorus respon-det assentiēdo. Dignū ⁊ iustū est. Dignū: quan-tum ad ipsum: qm̄ ipse est dn̄s de⁹ noster. Justū: quātū ad nos: qꝛ nos ppl̄s ei⁹ ⁊ oues pascue ei⁹. Dignū: pro magnifica liberalitate qua dona cō-fert. Justū: pro debito receptiōis donoꝝ. De pri-mo Jaco.j. Dat omnibus affluēter ⁊ nō impro-perat. Ex hoc eñ ipse gratiarū actione dignissim⁹: qꝛ magnifice dat: non manu retracta: sed manu aperta liberalitate tota nullis precedētib⁹ meri-tis: qꝛ prior dilexit nos. j. Jo.iiij. nulla retributio-ne expectata. ps̄.cxv. Quid retribuā dn̄o pro om-nibus que retribuit mihi. De secūdo. j. ad Thes. vlti. In omnibus gratias agite.

ℭ Lectio xxiij. A



Post excitationē fidelium ad cōtenduʒ dn̄o per dignas gratiarum ac-tiōes: sequit altera pars p̄fatio-nis: q̄ sacerdos sue exhortationis rōnē ostēdit. Et diui-dit in partes duas: sʒ duas rationes diuine lau-dis a nobis exhibēde. Prima est excellentis diui-na. Scd̄a laus angelica: q̄ ibi tāgit. Per quā ma-iestatē tuā. ℭ Circa primū sacerdos primo r̄nsio-nē approbat. Scd̄o rationē diuine laudis decla-rat: ibi. Nos tibi semꝑ. ℭ Circa primū ait appro-bādo r̄nsionē ppl̄i qua r̄ndit. Dignū et iustū est. Vere dignū ⁊ iustū est. Dignū: qꝛ nos mera volū-tate cōdidit. Justū: quia pura m̄ia nos redemit. Equū: qꝛ nos gratuita iustificat. Et salutare: qꝛ nos perpetuo glorificat. Vel dignū rōne sue ex-cellētie. Justū: rōne sue beneficentie: multū enim placet deo gratitudo. Salutare: rōne sui ꝑmissi. Hec Alex. Aliter exponit dn̄s Alb. Has nāq̄ di-ctiones referēs eas ad quinq̄ q̄ ɔsiderant in sa-cramēto. ℭ Est eñ sacr̄m sincere veritatis: excel-lentis nobilitatis: eximie liberalitatis: pondera-te equitatis: summe virtuositatis. ℭ Quoad pri-mum dicitur. Vere: quia hoc sacramentum non tantū cōtinet gratiam significatiōe quō veteris testa. sacramēta: de quib⁹ ad Heb.x. Umbrā ha-bens lex futuroꝝ bonoꝝ: non ipsam imaginē re-rum. Hoc est nō ipsam veritatem rerum sancta-rum imaginatā: qꝛ boni gratie fuerūt signa non causa: sed continet in veritate autorē oīa gratie: sic eñ dicit Joā.j. Lex per moysen: sʒ in vmbris et figuris data est: sed g̃ra ⁊ veritas ꝑ iesum xp̄m facta est. ℭ B Quoad secundū dicit dignū: qꝛ ipsum solum est deo dignum sacrificiū: naʒ cū in veteris legis sacrificio quereret quid digne deo offerret: nullum inuentum est: dicente Michea. Quid dignum offeram dn̄o: nunquid offeram ei holocausto mata

Ad Phili. iij.
Job.xvi.
Threñ.iij.
Esa.xxix.
Seneca.
j. Coꝛ.ij.
Ps̄.xxx.
Augusti.
De altera p̄fatiōis parte.
Ad Heb.x.
Joan.j.

holocaustomata ⁊ vitulos anniculos. Nūq̄d nō
placari pōt dñs in milibus arietū. An in multis
milibus hircorū pinguiū. Nūquid dabo primo
Apoca. v.
genitū meū pro scelere meo: fructum ventris mei
pro peccato anime mee? quasi dic. non. Michee
vi. Propter qḋ Joā. representās gemitū antiquo
rū hoc nostro sacrificio carentiū dixit. Ego flebā
multū: qm̄ nemo dignus inuentus est aperire li-
brum: nec videre eū: christum scȝ vite librū. Istud
vero sacramentū oīa aperit huius libri secreta di
uina ⁊ celestia: ⁊ ideo quibusdā interpositis: dici
tur ibi de laude dignitatis istius. Et cū aperuis-
set librum: quatuor animalia: ⁊ viginti quatuor se
niores ceciderunt coram agno habentes singuli
citharas ⁊ phialas aureas plenas odoramentorū
que sunt orōnes sanctorū: ⁊ cantabant canticum
nouum dicētes. Dignus es domine deus noster
aperire librum ⁊ soluere signacula eius: qm̄ occi-
sus es: ⁊ redemisti nos deo in sanguine tuo. Li-
ber est secretū cōsilij diuine sapientie: quo dispo-
suit sacramentis ornare vel ordinare ecclesiam.
Hoc nemo aperire potuit: nisi is qui in sanguine
suo de corde suo sacramēta profluere fecit: ⁊ ideo
quatuor animalia euangelice predicationis in se
figurā preferētia: vt rōnem sacramentorum intel
ligant sicut homo. In sacrificiū se exhibeant vt vi
tulus: fortiter mortem vincāt vt leo: altissima cō-
templatione verbum apud deū comprehendant
vt aquila. Et viginti quatuor seniores: qui signifi
cāt duodecim patres vete. testa. ⁊ duodecim apo
stolos noue gratie patres: statim cadūt in facies
suas: in vna fide precedentium ⁊ sequentiū tam
dignum sacramentum venerātes: ⁊ iocunda lau-
de citharizātes oīm virtutum cōsonantia: habē-
tes phialas auro diuinitatis splendētes: hoc est
diuinis cordibus flagrantes omni odoramento
deitatis ⁊ bonitatis: statim in venerationem tāti
excitantur sacramenti in testimonium eius excel-
lentissime dignitatis. ¶ C Quoad tertium dici
tur iustum: q2 magnitudine doni liberalis sequit
magna obligatio eius cui donat faciende rōnis
Gregorius
sm̄ illud Greg. Cum crescunt dona: crescunt do-
norū rōnes. Ex maximi igitur sacramenti dono
maxime donāti dño obligamur: ideo iustum est
pro summo sacramenti hui9 dono summas deo
agere grās: summas dico nobis possibiles. Est
deniq3 iustū ex huius sacri institutione: siquidē
iustum est tenere diuina instituta: ⁊ illa maxime
que ad tantā nobis instituta sunt vtilitatē. Hinc
Ps. cxviij.
ps. cxviij. Utinā dirigant vie mee ad custodien-
das iustificationes tuas. Iniunxit dñs frequēta-
Luc. xxij.
tionem huius sacramenti dicēs Luc. xxij. Hoc fa
cite in meā cōmemorationē: in tanto sue charita
tis ⁊ nostre vtilitatis affectu: ⁊ ideo iustū et nihil
tam iustū est nisi vt sacramentū istud omni deuo
tiōe ⁊ gratitudine celebret. ¶ Quoad quartū ad
ditur equū. Cum eñ oīa dñs in pōdere disposuit
Sap. xi.
numero ⁊ mēsura. Sap. xi. Et diuina eq̄tas exigit
Luc. vi.
vt remetiat ea qua mensus est mensura. Luc. vi.
Necesse est per equitatē respondeamus dño in
rōne dati ⁊ accepti. Cū aūt nihil habeamus pro-
portionabile deo reddendū pro ineffabilibus do
nis ab eo acceptis: pro grauissimis offensionib9
in eū cōmissis: dedit nobis in hoc diuinissimo sa
cramēto seipsum/q̄ se prius dedit in redēptionis
nostre preciū: vt cū offerētes summo patri sacrifi
ciū pro pctis: hostiā placatiōis: holocaustū inti-
me ac pfecte vnionis suo dono equa mensura re-
spōdeamus/dū equale donū reddimus: ipm scȝ
per deuotā hui9 sacrificij oblationē: quē in dono
summo a patre misericordia ineffabili recepim9.

Unde nō tm̄ iustū: sed equū est p hoc sacramētū
dignas gratiarum repēdere actiones. ¶ Quoad
quintū cōcluditur: ⁊ salutare. Est eñ sacramentū
illud summe virtuositatis: q2 eterne salutis: ⁊ om
niū salutariū effectuū vnica causa. Unde saluta-
re est grās deuotissimas rependere: vt sic cōtinue
in hoc sacramēto ab ipso in nos: ⁊ in eū a nobis
effectus fluant ⁊ refluāt salutares. Hoc salutare
in desiderio erat patrum: vn̄ ait Jacob. Salutare
Gen. xlix.
tuū expectabo dñe. Et sanctus simeon puerū Je-
sum tenēs in manibus: viderūt inquit oculi mei
salutare tuū: qḋ parasti ante faciem omniū popu
lorū. Luc. ij. ¶ D Cōsequenter rationem huius
diuine laudis aperiens sacerdos addit. Uere di-
gnum ⁊ iustū est: equū ⁊ salutare. Nos tibi semp
⁊ vbiq3 gratias agere. Semper: q2 in tēpore gra-
tie: ⁊ in eternitate glorie: qm̄ sicut in tpe percipi-
tur christus vere quidem: sed latēs in sacramēta-
li ac figurali specie: ita in eternitate percipitur in
Tob. iiij.
veritatis faciali manifestatione. Tob. iiij. Omni
Ps. xxxiij.
tempore benedic deū. Et ps. xxxiij. Benedicā do
minum in omni tempore: semper laus eius in ore
meo. Ubiq3 q2 per ipsum restaurantur que in ce-
Phil. ij.
lis sunt: ⁊ que in terra. Et ideo trina mundi ma-
china gratias agit. Celū p angelice ruine restau-
ratione. Terra pro ecclesie militātis redēptione.
Infernus pro eorū qui ibi erant: ⁊ in purgatorio
tenentur liberatione: vt sic in nōie dñi omne ge-
nu flectatur: celestium terrestrium ⁊ infernorū.
Et ideo sacrificium hoc offert pro celestibus in
laudē: pro terrestribus ad gratie perceptionem:
pro his qui in inferno ⁊ in purgatorio sunt penis
ad liberationis supplicationem. Ps. ciij. In omni
loco dominationis eius benedic anima mea do
mino. Eum aūt cui gratie agende sunt dignis cō
binationibus exprimit: dicens. Domine sancte:
seruos suos sanctificans a peccatis iustificādo.
Pater omnipotens: filios exaltans in merito ex-
tollendo. Eterne deus: cultores suos remune-
rās eternaliter beatificādo. Uel: domine sancte:
suos in sanctitate conseruando. Pater omnipo-
tens filios regni potēter generando. Eterne de9:
suos intuitiua sui cognitione glorificando. Uel
tertio sm̄ Alber. Domine sancte: sanctificātia do
na de thesauris tue dominationis in hoc sacra-
mēto magnifice preparando. Pater omnipotēs:
paterne charitatis affectū dulcissimū in filiorum
pane potenti preparatione apertiua declarādo.
Eterne deus: deitatis tue alimonia mortales ad
eternitatis immortalitatē mirabiliter vegetando.
De primo ps. Gloria ⁊ diuitie in domo eius. De
secūdo. Parasti in dulcedine tua pauperi deus.
De tertio. Memoriam fecit mirabiliū suorum.
Tanto domino patri: deo iustum est gratias age
re: per xp̄m dominum nostrum: tanq̄ per media-
torem ⁊ aduocatum nostrum. Per enim preposi-
Per prepositio mediationem notat.
tio mediationem notat. Naturas aūt quib9 me-
diat: notat qḋ sequitur xp̄m. Christus vnctus in-
terpretat: cuius vnctio deitas: natura vncta hu-
manitas. Ut sicut carnalis tangit fontē quo hau
rit: et hortū quem rigat: Ita emanuel noster xp̄s
dominus tangit deum a quo tanq̄ a fonte fluūt
gratiarum charismata: ⁊ per humanitatem tan-
git eos in quos perfluunt per ipsum tanta gratia
j. ad Timo. ij.
rum dona. i. ad Timo. ij. Mediator dei ⁊ homi-
nū homo christus Jesus. Dominus: vniuersita-
tis productiōe: noster precij charissimi quo tene-
j. Pet. j.
bamur solutiōe. j. Pe. j. Nō corruptibilib9 auro
⁊ argēto redēpti estis de vana vestra cōuersatio
ne paterne traditiōis: sȝ precioso sanguine qua-
si agni immaculati. ¶ E Ostensa prima diuine

laudis rōne: q̄ est diuine nature excellētia: addit̄ scđa ratio q̄ est laus angelica: quā sequit̄ (p̄ cōiū ctione vocū nostrax laudibus angelicis) deuota supplicatio. Et ɔcludit̄ pars misse per hoc q̄ sub iungitur cōis angelorū ꝛ hoim adorande trinita tis excelsa laudatio: cū dicit̄. Sctūs sanctus san ctus. Sequitur ergo. Per quē: scꝫ christū maiesta tem tuā laudant angeli ꝛc. Per xp̄m a quo habēt esse: q2 ipse est dei virtus: ꝛ noticiā: q2 est dei sapiē tia .j. Cor .j. Per illū em̄ angeli laudant: adorāt: tremūt. Laudāt: per eum per quē facti sunt: scꝫ fi liū. Gen .j. Dixit deus fiat lux .i. angelica creatu ra. Uerbo dixit ꝛ verbo fecit: q2 verbo dn̄i celi fir mati sunt. Adorant: vñ .ij. Esdre .ix. (al's Neemie ix.) Exercit9 celi te adorāt. ps. xcvi. Adorate deū oēs angeli eius. Tremunt. Job. xxvi. Colūne celi cōtremiscunt ꝛ pauēt ad nutū ei9. Laudāt: inquā virtuti maiestatis testimonium exhibendo. Ado rant: excellentiā maiestatis reuerendo. Tremūt: potentiā maiestatis administrando sine eidē fa mulando. Tremere em̄ dicūtur: non metu formi dinis: cum sint perfecte beati: sed admiratiōis cō cepta ꝛ obedientie famulatu. Sunt enim omnes administratorij spūs ꝛ i ministeriū missi propter

Hebre .j.

eos qui hereditatem capiunt salutis. His nāq2 verbis innuitur: qđ diuina maiestas maxime est laudabilis: eo qđ est laudabilis a b angelis: quo rū testimoniū ē maxime autēticū. Maxime reue renda eo quod adorabilis a dominantibus: qui habent dominium ordinatum: super bonos infe riores angelos. Maximeq2 admirabilis eo quod tremēda a potestatib9 que aduersarias virtutes subditas habēt ꝛ cōceptū mandatū in principa tibus: archangelis ꝛ angelis sibi subditis perfi ciunt: vt tractāt expositores beati Dionysij in de celesti hierarchia. Hec Alexā. parte .iiij. de officio misse. Et sequit̄. Celi: scꝫ deū laudāt .i. viā laudan di prestant. ps. Laudate eū celi celorū: ꝛ aque oēs que super celos sunt laudent nomen dn̄i. Cuncta

Cuncta rō nalia et ir rationalia deū laudāt aut dāt ma teriam lau dis.

nāq2 que sunt rationalia ꝛ nō rōnalia deum lau dant: aut materiā laudis dant. Et dicitur celi ce lorū pluraliter: q2 plures sunt celi. Plures etiā ce lorū influentie: quibus ista inferiora producunt̄ in esse: ꝛ in esse conseruantur. Possunt tn̄ per ce los throni intelligi: in quibus dn̄s sedere dicitur quasi in tribunalibus: dū per eos sua iudicia di scernit: vnde Esa. lxvi. Celum mihi sedes est. Sic

Esa. lxvi.

ꝛ per virtutes ordo primus infime hierarchie: q̄ fm̄ beatum Grego. cōtinet tres choros: virtutes archangelos: angelos: pōt intelligi. Uel nomine virtutū oēs spūs celestes designari quidā volūt: vt habet̄ in glo. ps. cxlviij. Laudate dn̄m oēs ange li eius: laudate eū oēs virtutes eius. Uirtutes: ge nerale nomē est omniū virtutū celestiū: vt sic vir

Uirtutum noie q̄ spiri tus angeli ci intelligā tur.

tutū noie oēs angelici spirit9: qui specialibus no minibus expressi nō sunt: intelligant̄: quorū nul lus a diuinis laudibus secernitur: sicut scriptum est ps. cxlviij. Laudate eū oēs angeli eius. Ac bea ta seraphin: in plurali. Seraphin in fine p̄ n scri ptum neutri generis: non vnū angelū solum: sed totum supremi ordinis angelicū agmen signifi cat: dictū seraphin a dono charitatis quo excellē tius president: interpretat̄ enim ardor: vel incen diū siue ardentes. Hi cōcelebrāt .i. pari voto cele brāt laudes diuinas: socia exultatione: non enim absq2 exultatione permaxima laudes deo persol

Ps.

uunt: vñ ps. Beati q̄ habitant in domo tua dn̄e: in secula seculorū laudabūt te. Hec ola Alexā. de alex vbi supra. p̄te .iiij. de officio misse. ¶ Sub tilius potest hec particula exponi fm̄ dn̄z Alber. Per quē maiestatē ꝛc. Nam per eam ostēdit̄ ei9 cui in hoc sacramēto gratie agende sunt: super eminens magnitudo angelice vocis preconio. Quo tria notantur. Laudis altissime preconiū: reuerentie summe impensum obsequiū: in altissi mis cōcelebratū gaudiū. Et in primo horum duo notantur: mediatoris in laude officium: laudati culmen eximiū. De primo dr̄. Per quē: scꝫ media torē angelis data est laudis materia: qm̄ sua me diatione perficit̄ eox custodie effect9: ꝛ casus eo rum reparatur defectus: ꝛ in custodia promouet̄ profectus. Custodiūt nāq2 angeli hoīes sicut di citꝰ ps. xc. Angelis suis mandauit de te: vt custo diāt te in oibus vijs tuis. Et qm̄ xp̄s sue redēptio nis opere angelice custodie effectum dedit: ideo laudant angeli per xp̄m hanc materiam laudis

Apoca. xij.

dantē. hoc Apoc. xij. signatū est: vbi dicit beatus Joā. Audiui vocē magnā de celo dicentē. Nūc fa cta est salus ꝛ virt9 ꝛ regnū dei nostri: ꝛ potestas christi eius: q2 proiectus est accusator fratrū no strorū: q̄ accusabat illos ante cōspectū dei nostri die ac nocte: hoc est accusabiles reddidit: et ipsi vicerunt eum ꝑpter sanguinem agni: ꝛ post pau ca. Propterea letamini celi ꝛ q̄ habitatis in eis. Uox magna hec vox est laudantiū angelox in cō templatione tante gratie: vt dicit Grego. admirā tium dei consiliū: qualiter per xp̄m hominē a dia boli captiuitate absoluit: et angelicam custodiā ad officium salutis prouexit: ac etiaꝫ per hoc rui ne angelorū reintegratus defectus: vt habet apo

Ephe .j.

stolus. Gratificauit nos: scilicet pater: in dilecto filio suo: in quo habemus redemptioneꝫ per san guinē eius: remissionem peccatorꝫ fm̄ diuitias gratie eius que superhundauit in nobis in omni sapientia ꝛ prudentia: vt notum faceret nobis sa cramentū voluntatis sue fm̄ beneplacitum eius quod proposuit in eo in dispēsatiōe plenitudinis temporum: instaurare omnia in christo: que in celis et que in terra sunt in ipso. Simile ad Col .j. Hec ergo restauratio casus angelici causa est et

Luce .xv.

materia laudis i officio isto mediatoris: qui dra gmam decimam inuenit: et eam in loco cadentis angeli reposuit. Hinc Amos .ix. In illa die susci tabo tabernaculum dauid qđ cecidit: ꝛ reedifica bo aperturas murorū eius: ꝛ ea que corruerant instaurabo: et reedificabo illud sicut in diebus antiquis. Tabernaculum illud celū est: celestium mansio excubiarum: quod dicitur etiā nostri da uid: christi scilicet ex dauid semine incarnati: qui manu fortis: et aspectu desiderabilis interpreta tur: quia ipse propugnator est ad saluandum vt manu fortis: et in eo desiderant angeli prospice re: quia aspectu est desiderabilis. Hoc autem ta bernaculum cecidit in ruina angelorum: ꝛ muro rum aperturas sustinuit in defectu vacuarū mā sionum. In homine deniq2 in celum assumendo vnde collapsa suppleri poterant: etiam corruit in protoplasti lapsu. Pater ergo p̄ Christi mediatio nem illud tripliciter reedificauit: quia hominem a casu redemit: angelorum numerum ex homini bus reintegrauit: et paratas angelorum mansio nes hominum introductione repleri ordinauit. ¶ Ex mediatione quoq2 christi custodie promo uetur profectus: quia virtute sanguinis christi manus adiuuatur angelica: vt hominez facilius proueheat ad virtutum perfectionem: vnde dicit̄ in ps. xc. In manibus portabūt te: q2 operib9 an gelorū portamur ad profectum: remoto per chri sti sanguinem pondere cicircūstantiū peccatorꝫ. Quod etiā in hoc significari pōt: q̄ victo promo bis a christo tentatore in deserto: ne inducamur in tentationē per pctm̄ nos obruentē. Accesserūt angeli et

angeli et ministrabant ei. Matthei.iiij. Sic igit. tripliciter promouetur laus angelica per officiū mediatoris. ¶ B Laudati vero culmen eximium tangitur in verbo: maiestatem tuam. Est em̄ sm̄

Interpretatur nomen maiestas.

interpretationē nois: maiestas magnitudo supereminens stans: que nunq̄ declinat ad paruitatē. Hanc autē indeclinabilitatem deus maxime in hoc sacrificio ostendit: in quo mirabili maiestate efficit: vt incomprehensibilis in tam parua specie cōprehendatur in sacramento. Sumptus maneat in seipso regnans eternaliter: in ara mactet in ministerio. Dixit Salomon.iij.reg.viij. Si celi celorū te capere nō possunt: quātominus domus hec quam edificaui? Et nos admirando dicere possumus: quantominus forma hec minima panis et vini que est in altari? Sed hec est maiestas diuina q̄ verbū abbreuiatum fecit super terram. Esaye.x. Abbreuiatum in verbi incarnatione: et

Ro.ix.

adhuc magis abbreuiatū nobis in panis et vini specie: totum deum et totum hominem sine maiestatis diminutione sm̄ omnem sui veritatem ac magnitudinem continente: vt esset in nobis corporaliter et spiritualiter in sacramenti perceptione. Hinc magna gloria domus huius nouissime

Aggei.ij.c.

ecclesie scz magis q̄ prime.i. synagoge: vt dicitur Aggei.ij.c. quia replebo domū istam gloria dicit dominus exercituum: cum venerit desideratus cunctis gentibus (haud dubium) quin Christus: qui in hoc ecclesie sacrificio corporaliter habitat in synagoge vero hostijs tantūmodo in figura. In hoc etiam sumptus sacrificio integer manet apud partem in celo. Sumitur a nobis vt in ipso viuamus: manet: vt ipsi in celo cōregnemus. De

Joan.vi.
Luce.xxij.

primo Joan.vi. Qui manducat me: et ipse viuet propter me. De secundo Luce.xxij. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum: vt edatis et bibatis super mensam meā in regno meo. Uirtute enim huius alimonie tendimus cōtinue ad huius sacramenti principiū: qđ est xp̄s in figure ppria integritate: regnans in celo apud patrem vt illi conregnemus. Nemo autē sm̄ naturam ascendere potest: nisi participet naturam superioris: ideo naturam regnantis influit summa maiestas: vt per ipsam mensam: quam sumimus: ad locum regnantis in celū tendam9. Macetatur deniqz in mysterio et immortalis permanet: nam in commemorationem sue passionis et

j.Cor.xi.

mortis in sacramento offert et sumitur. Quotiens cunqz manducabitis &c. mortem domini annunciabitis donec veniat. Unde calice vtimur pro se

Joan.xix.

pulchro: patena pro lapide ad os spelūce obuoluto: pallis et corporalibus pro sindone et sudario: quibus inuolutum fuit corpus dominicum a nicodemo et ioseph pietatis officio. Credim9 tamē

Roma.vi.

firmiter et profitemur quod xp̄s resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra nō dominabitur: quod enim mortuus est peccato mortuus est semel: qđ autē viuit: viuit deo: hoc est viuit ad similitudinē dei: qui solus habet imortalitatē: et lucem habitat inaccessibilē.j.ad Timo.vlt. Que vnq̄ in celo vel in terra ostensa maior maiestas? prorsus nulla. Ideo maiestas in hoc sacramento laudanda est per angelos: per xp̄m dñm nostrū: in cuius sacrificio ac sacerdotio (vt dictū est) hec maiestas tripliciter declarat. ¶ H Post laudis altissime preconiū: tāgitur reuerentie summe impensum beneficiū in eo qđ sequit. Laudāt ange-

Laus qd.
Honor qd

li: adorant dñationes: tremūt potestates. In hoc em̄ sacramēto summa virtus est et honor. Uirtutē decet laus: honorē reuerentia. Est em̄ laus virtutis preconium: et honor exhibitio reuerentie in virtutis testimonium. Et hec reuerentia duplex: sm̄ qđ respicit magnitudinem reuerende virtu-

ij.Ethico.

tis: vel paruitatem reuerentiā exhibentis. Et sm̄ hec ponuntur tria: laudant angeli: adorant dñationes: tremunt potestates. ¶ Circa primum: qr cōmune celestium spirituum officiū est laudare dei virtutem: qua de hoste humani generis per hoc sacrificium triumphauit: ideo dr̄. laudant angeli.ij. Paral.vlti. in oratione manasse regis inde dicitur. Laudabo te semper oibus diebus vite mee: qm̄ te laudat oīs virtus celorū. Non autem accipitur hic angeli specialiter pro infimo angelorū ordine: sed potius sicut beatus dionysius.c. v. et .xi. celestis hierar. docet. Angelos omnes celestes appellare virtutes consueuimus. et .c. viij. Cōmunis est celestibus omnib9 angelica cognominatio: quorū (vt Damascenus ait) vnū est cōmune opus hymnis laudare deum. In his enim prefationis nostre verbis: dicit Albertus: nec nomina ordinū celestiū spirituū: nec distributio p hierarchias describit: sed cōis laudis preconiū celestium substantiarū in sacramento declarat: vnde in ps.cij. Benedicite dño oēs angeli eius potentes virtute: facientes verbū illius: ad audiendā vocē sermonū eius. Laudant ergo oēs angeli.i. oēs celestes spiritus diuinam in sacramento maiestatē. Horum laus (vt dicit beatus Grego.) ad-

Gregorius

miratio est in sapientia et maiestate talē in sacramento virtutem perficientis. ¶ I Ad reuerentiā autem tanti honoris: quantus est in sacramento pertinet: vt sequit. Adorāt. Est eniz hoc sacramētū plenū omni gratia: nō solū gratia creata: sed plenū deo: q̄ est gratia subsistēs et increata: et fons totius gratie et v̄tutis: propter qđ debetur ei honor summus qui est cultus diuinus: grece theosebia dictus: a theos de9: et sebes pietas: quasi dei cultus siue pietas. Nam pietas sm̄ beatū Aug. proprie dei cultus intelligi solet: quem greci eusebiam vocant. Appropriatus tamen alij non eusebiā: quod bonus cult9: sed theosebiam quod ex

x. de ciuita. capi.i.

dei cultu cōceptū resonat dicere maluerūt. Hinc etiā dei cultus latria nuncupatur: quo etsi greci licet raro pro seruitute vsi sunt: tamen pene semper p ea que deo debet: sic et vsus latinorū habet latriam pro sola theosebia accipere: que vt dictū est: est cultus dei qui latet: qm̄ lucē habitat inac-

j.Tim.vi.
Esa.xlv.

cessibilē: vnde Esa.xlv. Uere tu es deus abscon-ditus. Hunc dei cultum adorationem etiam dicimus: proprijssime accipiendo nomen adoratio-

Mat.iiij.

nis: vn̄ Mat.iiij. scriptum est. Dñm deum tuum adorabis: et illi soli seruies. Talis cult9 hic in verbo adorant significatur: quē deo patri per dñm nostrū iesum xp̄m exhibent oēs angeli: sm̄ illud Heb.j. Et cum iterum introducit primogenitū in orbem terre: dicit. Et adorent eum oēs angeli eius. Introducit pater primogenitum iterū quotiens hoc sacramentum cōficitur et sumitur. Qđ hic inducitur vt et homines ad similem cultum et reuerentiam in hoc sacramento exhibendam exēplo angelico prouocent. Inducitur autem hic ordo dominationū: qui primus est scđe hierarchie, qui tñ ex vi nois min9 ad exhibendam reuerētiā inclinari / putari posset: pro eo qđ sm̄ Diony.ca. viij. celestis hierarchie: dñationis nomen signifi-

Diony.

cat celsiorem intelligentiā quandam totius seruitutis ignarā: oimqz submissione infima liberam: nulli tyrannice similitudini vllo modo seipsum subijcientem: que ad illud quod vere et proprie est sūmi: scz dominantis dei exemplar tota intentione conuert: seipsum inquantum pōt: et que post se sunt: ad summe boni exemplar effingit: summe

sempˀ dominātis deitatis pro viribus particepṡ fit. Cū ergo memorant illos volūtarie inclinari ad reuerentie adorationē: qui in altitudine semper feruntur: omni actu ⁊ desiderio diuine dominationis participes fieri: quoꝝ magis videtur adorari: ꝙ adorare: idipsum de alijs supernis spiritibus nullo modo dubitetur: nos quoqꝫ cum omni deuotione similia faciamus. De horum adoratione scribitur Apoca. v. Et audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni ⁊ animalium ⁊ seniorum: ⁊ erat numerus eorum milia miliū dicentiū magna voce. Dignus est agnus qui occisus est: accipere virtutem ⁊ diuinitatem ⁊ sapientiam ⁊ fortitudinem ⁊ honorem ⁊ gloriam ⁊ benedictionē. Et sequitur. Et omnē creaturam que in celo est: ⁊ que in terra ⁊ super terram ⁊ sub terra: ⁊ que sunt in mari: ⁊ que sunt in eo: omnes audiui dicentes: sedēti in throno ⁊ agno. Benedictio ⁊ honor et gloria et potestas in secula seculorum.

Apoca. v.

¶ K Est autem honor reuerentie exhibitio: non solū in adoratiōe que est recognitio summe maiestatis: ⁊ eius professio que adoratur: sed etiā in recognitione proprie paruitatis eius qui adorat respectu magnitudinis illius qui adoratur. Hec est altera species reuerentie. Per primā fit accessus quidam ad summum: ipsum vꝫ adorandū. Per scđam fit quidam recessus ⁊ relapsus ad propriam fragilitatem. Hāc innuit qđ sequitur. Tremunt potestates. Tremor enī ex proprie fragilitatis ⁊ superne maiestatis cōsideratiōe oritur: ⁊ qꝛ omnis creatura quantūcunqꝫ pfecta: cōparata ad illā summā naturam que sola vere est: nō modo parua: sed omnino nulla videtur: quia vt dicit Boe. ij. de ꝯsolatiōe phie. prosa. vij. Infiniti atqꝫ finiti nulla vnꝙ poterit esse collatio. Unde ad immensam huiꝰ sacramenti maiestatem: necesse est omnem creaturam tremere ⁊ pauere. Unde ⁊ beatus patriarcha Jacob in somnis vidēs scalā stātem super terram: cuius summitas celum tangebat: angelos quoqꝫ dei ascendentes ⁊ descendentes per eam: ⁊ dominum scale innixū. Ascendentes ad dn̄m adorandum: descendētes ad seipsos tremendo. Cūqꝫ euigilasset: vere ait dominus est in loco isto: pauensqꝫ: quam terribilis est locus iste inquit. Non est hic aliud nisi domus dei: et porta celi. Quāuis ergo locus omnis pauendus sit ⁊ terribilis in quo deus sua ostendit sacra: tn̄ locus sacramentaliū specierꝫ specialiter est omni reuerētia tremēdus: in quo ea ostendit q̄ in cruce pfecit: vbi et saxa scissa sunt: et monumēta aperta: vbi terra tremuit: ⁊ ipse sol inclis sue radios abscōdit. Et sicut in priori honoris specie induxit dominationes: ita ⁊ nūc potestates: cum dicit. Tremunt potestates: nam potestatum est libera seueritate corripere: quod rectitudini legum diuinarum non congruit: et vindicare in omne quod legibus obstando repugnat. Et ideo potestatum nō est tremere: quorum (vt Dionysius vbi. s. ait) est insuperabili constantia: ordinatissime ad diuina tendere: ⁊ que post se sunt agmina dei imitatione promouere. Qđ ergo tremunt: tremore reuerentie nō timiditatis: coram ineffabili maiestate: cognoscētes suam potestatem nihil esse respectu diuine ⁊ immēse que in sacro continetur: quibus inesse pauor minus videbatur: ostendit humanam fragilitatem merito pauere: cū audit tremere potestates. Nam reuera hec est illa incōparabilis maiestas: ad cuius nutum colūne celi pauent ⁊ cōtremiscunt. Si ergo colūne celi. i. angeli sm̄ glo. reuerētia illius magnitudinis contremiscunt: multo magis omnis homo in se concussus in reuerentia ad sacramentū debet contremiscere ⁊ pauere.

Boetius.

Genesis xxviij.

Locꝰ sacraliū specierꝫ specialr̄ est oi reuerentia tremendus.

¶ L Post itaqꝫ manifestum summe reuerentie impensum beneficiū: sequitur in altissimis concelebratū gaudiū: in eo quod subditur. Celi celorūqꝫ virtutes: ac beata seraphin socia exultatione cōcelebrant. Ubi tria inducunf. Celi: celorū virtutes: beata seraphin. Celi hic dicūtur antonomatice celoꝝ angelice virtutes: qui supra se eū qui in sacramento est: venerant: sicut dꝛ in psalmo. Laudent eū celi celorū: ⁊ iterū. Laudate dn̄m de celis: laudate eū in excelsis. Ipse enī ascēdit dignitate etiam sm̄ assumptā naturam: super omnes celos: hoc est vertices angelicos. Qui descendit ipse est qui ascēdit super omnes celos vt adimpleret omnia. ¶ Celorum aūt virtutes sunt quibus virtus celestis sine obstaculo perficitur: hi dicti sunt angeli dei mandata: voluntatem et decreta inuincibiliter perficiētes: vt dꝛ in ps. cij. Benedicite dn̄o omnes virtutes eius ministri eius: q̄ facitis voluntatem eius. Hi cōcelebrant eū qui pre omnibus voluntatem patris perfecit: vnde Jo. xvij. Opus consummaui qđ dedisti mihi vt facerē: ait xp̄s ad patrem. Et iterum. Meus cibus est vt faciā voluntatē eius qui misit me: vt perficiam opus eius. Joan. iiij. Celi ergo celebrāt quem super se contemplantur. Celorum virtutes celebrant eū a quo est omnis virtus eorum. Uerbo enīꝫ domini celi firmati sunt: ⁊ spiritu oris eiꝰ omnis virtus eorum. Os patris filius est: a quo in angelos fluit virtutis spiritus ad omnes dei volūtates ineuitabiliter pficiēdas: ita qđ nec lex nature inferioris retrahat: nec infirmitas potentie deprimat: nec virtus contraria impedire valeat. ¶ M Ac beata seraphin. Significaf supremus angeloꝝ ordo seu chorus: qui totus ardens sine incendens sm̄ dionysiū interpretatur. c. vij. ecclesiastice hierar. Hoc agmē qꝛ diuine maiestati continenter assistit: perpetueqꝫ locatū sit: ⁊ ardentissime in deum semper tendit: antonomatice beatū dicitur: eo qđ ammirabilibus ⁊ purissimis firmissimisqꝫ dei theoreis ⁊ delectationibus perfruatur. Nihilominus quātūuis beatum sit vt in vestibulis dei collocef: tn̄ super se contēplās altitudinē sapiētie: ⁊ delectationis huius sacramenti: cōcelebrat solēniter ⁊ iocunde sacramenti istius altitudinem: quā super se veneratur. Quia ergo illa altissima agmina sic concelebrant: omnino irrationabile est si aliquis hominū huic celebritati se subtrahat: ne in sui reprehensionē audiat illud Job. xxxviij. Ubi eras cū me laudarēt astra matutina: ⁊ iubilarēt oēs filij dei. Astra matutina dicit angelica lumina: in principio cū celo creata et filios dei per conuersionem sui in deum in gratia confirmata. Ecce ad excitandum nostram tarditatem ad huius sacramenti venerationem: illi angelorum inducuntur ordines: quorum exēplis ad eorum imitationem homo efficacius moueretur. ¶ N Sequitur pfatiōis pars vltima qua confessionis exhibite acceptio postulatur: cū cōcluditur. Cum quibꝰ ⁊ nostras voces vt admitti iubeas deprecamur. In quibus verbis tangitur supplicatio: vt voces humane cōcelebrationibꝰ celestibꝰ misceanf. Duas enī oīpotēs deus rationales cōdidit creaturas: angelicā ⁊ humanam: q̄ laudibus diuinis insisterēt: ⁊ ei gratiarum redderent actiones (vt tangit magister distin. i. lib. secūdi sententiarū.) quas dum pari voto celebrant: tanꝙ inferiores et superiores chorde in celesti cithara socientur. De qua Apoca. xiiij. Et audiui vocē quasi citharedorū citharizantium in citharis suis: et cantabant quasi canticum nouum.

Ps. cxlviij.

Eph. iiij.

Ps. cij.

Jo. xvij.

Job. xxxviij.

De vltima pfatiōis parte.

Duas rōnales creaturas deꝰ cōdidit.

Apoc. xiiij.

Dicatur

Dicitur ergo (cum quibus) scilicet angelis (⁊ nostras voces) humiles quidem: sꝫ rationabiles: qꝛ vox est sonus cū intētiōe prolatus: vt admitti in laude sacramenti iubeas o deus omnis sctitatis perfector (deprecamur) quia sine tuo iussu innaniter ia nobis fieri nequit: ꝙ scilicet inter angelos nostra vox audiaẜ. Deprecamur autem (supplici confessione) non superba presumptione: sed ante maiestatē tuā proni laudem tuā humili confessione dicentes. Sanctus/sanctus/sanctus. ¶ Hec breuiter de expositione prefationis quotidiane. ¶ Sunt eñ ⁊ alie prefationes: non quidē ab illa dissone: sed pro magnitudine festi aut tpis qualitate ad maiorem deuotionis excitationē: ex festi materia ⁊ tēporis causas diuine laudis superaddentes: quarū decē sunt numero: vt habet de cōse. dist. i. inuenimus: vbi dicitur. Inuenimus has nouē prefatiōes in sacro cathalogo tantūmodo recipiendas. Unā in albis paschalibꝰ: aliā in die ascensionis domini: tertiam in die penthecostes quartam de natali domini: quintam de apparitione domini: sextam de apostolis: septimam de sancta trinitate: octauam de cruce: nonā de ieiunio in quadragesima tantūmodo dicendam. Decima vero addiẜ de beata virgine .lxx. dist. c. sanctorum canonum: ex concilio placeñ. sub vrbano papa. Quarum sententie in his que quotidiane prefationi supperaddunt: satis sunt manifeste.

¶ Lectio. xix.



Post prefationē qua ad ↄsitē dū dño mirabilia in hoc sacro ope rāti populꝰ excitatꝰ ē simul ⁊ ↄsten de laudis ratio declarata. Premissa deniqꝫ ad dñm supplicatione pro acceptatiōe diuine laudis/seqtur cōis angeloꝝ hoīmqꝫ adorande trinitatis excelsa laudatio: dū finita ꝑfatiōe: chorus voce ↄcordi hymnum canit. Sctūs sctūs sctūs dñs deus sabaoth. Pleni sunt celi ⁊c. Hūc aūt hymnū fm Guil. Durandū in rōnali: in missa cantandū instituit Sixtus papa. Et rōnabiẜr post prefatiōis deprecatiuā ↄclusionē: qm̄ ex nobis nō est: ꝙ nr̄a vox inter angeloꝝ ac celestiū virtutū ↄcrepantiū voces audiaẜ. Idcirco sacerdos in ꝑsona ecclie militantis in ꝑfationis ↄclusione deꝑcaẜ: vt saltē deus noster/nostras voces admitti iubeat ↄcentibus angelorū: socia exultatiōe laudes diuinas ↄcelebrātiū. Et qꝛ celestis militie exercitus sine iterceptione/diuinā laudāt gloriā: ipsius maiestatē ⁊ sctitatē venerātes fm illud ps. lxxxiij. Bti q̄ habitant in domo tua dñe: i se. se. laudabūt te. cupiētes nostra vota laudibꝰ ↄnumerari angelicis: angelicū hymnū pariter ↄcinimꝰ non ꝓpria ꝑsumptiōe: sꝫ humili deuotiōe et supplici dicētes. Sctūs sctūs sctūs dñs deꝰ sabaoth. Hic itaqꝫ hymnꝰ vox est angeloꝝ ⁊ hoīm. Prima eiꝰ pars angeloꝝ est: vñ Esa. vi. Seraphin clamabāt sub excelso dei solio. Sctūs sctūs sctūs dñs deꝰ exercituū: plena ē ois terra glia eiꝰ. ⁊ Apoc. iiij. Quatuor aialia non habāt requiē die ac nocte: dicētia. Sctūs sctūs sanctus dñs deꝰ oipotēs: q̄ erat: ⁊ q̄ est: ⁊ q̄ vēturus ē. Scda eiꝰ pars est hoīm/q̄ preibāt: comitabanẜ ⁊ seq̄banẜ dñm in hierl'm loco sue oblatiōis ⁊ respectiui sacrificij se ꝑstantē: dicētiū. Osanna in excelsis. Bñdictus q̄ venit in noīe dñi. Joan. xij. Congrue aūt hymnus ille: q̄ sacrificio ꝑmittiẜ: ex ꝑdictis duabus vocibꝰ ↄponitur: qꝛ in sacrificio isto placito: ima sūmis: ⁊ terrena celestibus: fm beatū G: ego. iiij. dialogorū coniūgūtur. Et fm hoc hymnus iste diuidiẜ in duas partes: in angelicā scꝫ ⁊ humanā. Et scda pars subdiuidiẜ in orōnē ⁊ graꝝ actionē. Scda ibi. Bñdictus. Uoce angelica: vnitas essentie: ⁊ ꝑsonaꝝ trinitas in deo cōmendaẜ. Uoce hūana vnio deitatis ⁊ hūanitatis in xp̄o predicaẜ. Diciẜ ergo in prima parte Sanctus. Nam sctūs a sancio. is. it. qd̄ ē a sanguis: ⁊ est firmare: decernere: statuere: ↄsecrare. Sic ⁊ leges sancte: ⁊ mores sancti: ⁊ hoīes in fide firmati scti dñr: ⁊ dñr scti a sanguine hostie: ⁊ hoc de veteri ↄsuetudine. Nihil eñ sctm̄ apud veteres dicebaẜ: nisi qd̄ sanguine hostie esset ↄsecratū vel respersum: nā ⁊ q̄ purificari volebant: sanguine hostie vngebanẜ: vñ postea sancti dicebantur: quasi sanguine vncti. De quo late aplš Heb. ix. Lecto inq̄t omni mandato a moysi vniuerso pplo: accipiens sanguinē hircoꝝ ⁊ vituloꝝ cū aqua et lana coccinea ⁊ ysopo: ip̄m quoqꝫ librum: ⁊ oēm pplm aspsit dicēs. Hic sanguis testamēti qd̄ mādauit ad vos dñs. Etiā tabernaculū: ⁊ omnia vasa ministerij sanguine similiter aspersit: ⁊ omnia pene in sanguine fm legem mundantur. Sic ergo sanguine ad dei cultum firmabātur: vt talia ad communes vsus applicare non liceret. Dicitur ergo fm hanc acceptionē sanctus. i. firmus. ¶ B Dicitur etiam sanctus idest separatꝰ a negotijs scilicet seculi: et ab his qui carnaliter viuunt: vt dicit glo. Origenis Leuitici. xix. super illud. Sancti estote. Sancti: idest separati ab omni immundicia corporali et spirituali. Etiā tertio dicitur sanctus quasi sine terra: nam grecus sermo agyos extra terram sonat. Est ergo sanctus firmus ab omni imperfectione separatus: a terra ⁊ omni creatura sublimiter eleuatus: que verissime diuine essentie conueniunt: que est firma: quia immutabilis: et eterna: ab omni imperfectione separata: quia simpliciter perfectissima: ⁊ super omnē creaturam sine proportione eleuata: quia intensiue infinita. ✱ In cuius significationem verbū sanctus ter dicitur. Dicitur etiam ter sanctus: et semel dominus deus: vt trinitatis et vnitatis mysterium comprobetur. Trinitas in triplicatione nominis sanctus: ostenditur. Unitas in simplici et non repetita prolatione nominis deus: significatur: vt declarat magister distin. ij. lib. i. sententiarum: quasi diceret. Sanctus pater: sanctus filius: sanctus spūssanctus. Nam sanctitatem patris filius attestatur. Joan. xvij. Pater scte serua eos in noīe tuo: quos dedisti mihi. Et sequitur. Sanctifica eos in veritate. Est eñ pater sanctus sctificās: nō sanctificatus: qꝛ nō ab alio: sed a seipso sanctus. Sanctitatē filij profitetur angelus ad mariā loquens. Qd̄ enim ex te nascetur sanctum vocabitur filius dei. Luce. i. Sanctitatē paracleti eloquiẜ christus Joā. xx. Accipite spm̄ sanctum quorū remiseritis ⁊c. Sanctitatem totiꝰ trinitatis lex promittit Leuiti. xix. Estote sancti: qm̄ ego sanctus sum dominus deus vester. ¶ C Est autem deus sanctus: nō sanctificatus: sed sctificās creaturā. Est autem sanctitas in his tribus ꝑso-

Marginal notes: Ps. lxxxiij. — Esa. vi. — Apoc. iiij — Joan. xij. — Sctūs a sancio dicitur. — Quid apd̄ veteres dicebaẜ sctm̄. — ✱ In eo ꝙ dr ter sctūs i ꝑsonis tri nitas desi gnaẜ ⁊ i hoc ꝙ postea dr ⁊ semel: dñs deꝰ vnitas essentie cō probatur. — Joan. xvij. — Luce. i. — Joan. xx. — Quō deus sit sanctus.

nis. Verius est he tres persone: non ratione proprietatū personaliū: aut relationū originis que trinitatē multiplicat: alioquin nō esset eadē sanctitas in tribus. Et cum sctitas dicat perfectionē simpliciter: neutra personarum esset simpliciter perfecta: pro quanto quelibet personarū careret aliqua perfectione simpliciter: scʒ sanctitate: que est in alia persona: ⁊ per hoc neutra esset deus: qꝛ neutra esset summe perfecta. Et qualibet persona posset aliqđ meliꝰ cogitari: scʒ bonū qđ perfectiões omniū personarū saltē vnitiue cōtineret. Deus aūt (vt dicit Aug. j. de doctrina christiana ⁊ Anselmus) est quo nihil melius cogitari potest. Inest aūt sanctitas ratiōe essentie: que vna est in tribus ⁊ indiuisa: nec in eis numeratur: sicut nec eternitas aut omnipotentia: ⁊ ideo pater: filius ⁊ spūssanctꝰ nō sunt tres sancti: sicut nec tres eterni: aut tres omnipotentes: sed vnus sanctus: sicut vnus omnipotens ⁊ eternus. Nō etiam inest sanctitas diuinis personis per realem informationē: quēadmodum in nobis sanctitas inuenit per actualē gratie informationē: ⁊ per hoc in nobis sanctitas est accidēs: nūc adueniēs: nūc transiens: nūc rediens per realē anime mutationem ⁊ sanctificātis gratie creationē vel annihilationē: sed est sanctitas in deo per predicationē ⁊ verissimā identitatē: qm̄ sanctitas predicatur de qualibet persona identice: idest predicatione dicente: hoc esse hoc. Et quelibet diuinarū personarū realiter est sanctitas: ⁊ omnes tres vna sctitas. ¶ Eo modo personis inest sanctitas: quo inesse accipitur: cum in prefatione canit ecclesia. Et in personis proprietas ⁊ in essentia vnitas: ⁊ in maiestate adoretur equalitas. Persona siquidem diuina cum sit deus: vere simplex est ⁊ incomposita: non habens in se proprietatem vt quoddā adiecticiū vel accidēs: quo modo tabula habet albedinem: aut anima nostra scientiā: sed ipa vere est suamet proprietas. i. illud reale qđ per proprietatē significatur: vt pote est illud reale qđ sanctitas: bonitas: eternitas: ⁊ pater sua paternitas: filius sua filiatio: ⁊ spiritussanctus sua passiua spiratio. Sic quelibet persona diuina est quicquid habet excepto correlatiuo: quod aliquo modo hʒ. ¶ D. Sequitur in hymno: dn̄s deus sine replicatiōe ⁊ singulariter: ad ostensionem essentie diuine vnitatis. Unde ⁊ dicitur in symbolo Athanasii. Dominus pater: dominus filius: dominus spiritussanctus: ⁊ tn̄ non tres dn̄i: sed vnus est dn̄s. Similiter non tres dii: sed vnus est deus. Et hoc qꝛ vna ratio dominij: vna ratio diuinitatis in tribus: que est ipsa diuina essentia: propter cuius vnitatem ille tres persone vnus sunt dominus: vnꝰ deꝰ: sm̄ illud Deuterō. vj. Audi israel. Dn̄s deus tuus vnus est. Propter eandē rationem dicit btūs August. Pater ⁊ filiꝰ ⁊ spūssanctus sunt vnꝰ creator: non tres creatores: qꝛ rō creādi vna est: scʒ essentia diuina in tribus. Propter idem ecclesia determinauit: ꝙ pater ⁊ filius sunt vnus spirator spūssancti: non duo spiratores: extra de summa trini. ⁊ fide ca. quia principiū spirandi volūtas diuina idē est ⁊ vnū est in patre ⁊ filio ⁊ nō numeratur in eis. Unū dico non specie tm̄ (quomodo humanitas in sorte ⁊ platone ꝯceditur eē vna: ꝓpter quā tn̄ vnitatē non ꝯcedit: ꝙ sortes ⁊ plato sunt vnꝰ homo: sed sunt duo hoies) sed vnum numero: seu sm̄ vnitatē verissimā que est vnitas numeralis. ¶ Addit in hymno sabaoth: qđ virtutū vel exercituū interpretat. Dicit aūt dn̄s deus sabaoth. i. dn̄s virtutū ⁊ exercituū: eo ꝙ omnis virtus exercitus celestiū ⁊ terrestriū est in manu eiꝰ. Est ꝗppe exercitus in celis simul ⁊ in terris āgelorū ⁊ hominū: qꝛ scta ecclesia in triūphantibus in celis et militātibus in terris est vt castrorū acies ordinata. Cant. vj. Unde sm̄ Inno. tot exercitus deus habʒ in terra: quot sunt ordines in ecclesia: et tot sunt in celis: quot sunt ordines in angelis. Exercitus enī est multitudo aliquorū habentiū ordinē ad vnū in eis supremū ipsis presidēs: quarum multitudinū: qꝛ plures sunt tā in celo: ꝙ in terra: ideo vtrobiqʒ exercitus multi numerant. ¶ E. Sequitur. Pleni sunt celi ⁊ terra glīa tua: quod dr̄ celi: nō est ab angelis dictū: vt patet Esa. vj. sed a patribus additū: ⁊ a Sixto papa ⁊ a Grego. ordinatū. Dixerūt nāqʒ angeli. Plena est oīs terra gloria tua: vt. s. allegatū est. Pleni tamen nihilominus sunt celi ⁊ terra. i. angeli ⁊ homies sm̄ Inno. glīa dn̄i. ✱ Angeli quidē sunt pleni gloria. i. beatitudine eterna: inquantū facie ad faciem clare ⁊ intuitiue sine medio diuinitatis gloriā ꝯtemplātur: eaqʒ per amorē perfectissimū perfruūtur. In quibus: visione scʒ perfecta fruitione beatitudo eterna essentialiter cōsistit. Dicunt aūt pleni nō sm̄ naturalē capacitatē: sed sm̄ exigentiā meritorum. Nam sm̄ ꝙ angeli in morula/qua viatores beatitudinē meruerūt: gratia qua pfusi fuerant: magis in sua ꝯuersione ad deum: vsi sunt: sm̄ hoc et nūc clariori cognitione illustrantur: ⁊ intēsius amorosiusqʒ deo perfruūtur. Pleni ergo sunt: qꝛ quietātur ⁊ saturant: vt maiorē beatitudinē sibi nō optēt: neqʒ de aliorū maiori beatitudine murmurēt: qm̄ se ⁊ alios beatitudinē sm̄ ꝯdecentiam diuine bonitatis: ⁊ exigentiā meritorum noscunt recepisse: in quo ⁊ ordinē diuine iusticie laudant: ⁊ magnificentiam diuine bonitatis extollūt. Plena est ⁊ terra glīa dn̄i. Nā terra. i. terrigene pleni sunt gloria non in rei possessione: sed in spe ⁊ promissione. Dedit enī dn̄s hoibus ptātem filios dei fieri his qui in eū credūt. Joan. j. Qui nāqʒ crediderit ⁊ baptizatus fuerit saluus erit. Marci vlti. Vel plena est terra gloria christi: ꝗ dn̄s est dominantium. Gloria inquā passionis: resurrectionis ascensionis: qꝛ in oēm terrā exiuit sonus discipulorū eius: ⁊ in fines orbis terre verba eorū: gliam christi predicantiū. Demū plena est glorioso corpore christi terra: qđ viaticū concessum est hominibus: ipsos perducens ad gloriam sempiternā. Vel plena est terra gloria dn̄i. i. gloriosa et suaui dn̄i ordinatione ac totius creature gubernatione: qua sapientissime gubernātur ⁊ regūtur: in ꝗ singulis gloria dn̄i relucet tāꝙ in vestigio seu imagine: vt de quolibet entium verum sit. Gloria dn̄i super te orta est. Vel sm̄ Inno. ad literam. Pleni sunt celi et terra gloria tua: idest celum ⁊ terra diuina gloria replent: quia diuinitas est vbiqʒ: sm̄ illud Hiere. xxiij. Celum et terram ego impleo. Unde ⁊ psalmista. Si ascendero in celum tu illic es: si descendero ad infernum ades. Nam est super omnia non elatus: subtus omnia nō prostratus: inter omnia non inclusus: extra omnia non exclusus: vnde Job. xi. Excelsior celo est: et quid facies. Profundior inferno: et vnde cognosces. Longior terra mēsura eiꝰ: ⁊ latior mari. ¶ F. Sequitur. Osanna in excelsis. Que est pars secunda huius hymni ⁊ vox humana. Nam turbe que precedebant: et que sequebantur christum procedentem ad Hierusalem clamabant. Osanna in excelsis. Osanna dictio est hebraica: que interpretatur obsecro vel salua. Et componitur secūdm Remigium ab osy: quod est salua: et anna quod est aduerbium: vel interiectio obsecrādi. Et sm̄ hoc deberet dici osyanna: sʒ vsu dicitur osanna: vt sit compositum

Athanasiꝰ

Deut. vj.

Augustinꝰ

Dn̄s quare dr̄ deꝰ sabaoth.

✱ Angeli sūt pleni: qꝛ ꝯtemplant ⁊ satiantur. Or̄ ps. xvi. Satiabor cum apparuerit glīa tua.

Joan. j.

Osanna dictio est hebraica.

compositū ex corrupto ⁊ integro. Uel dr osanna per sinalephā: q̄ est figura tollens vocalē de medio dictionis. Augustinus autē dicit: ꝙ osanna in toto in alterius lingue interpretationē transire nō pōt. Clamauerūt autem turbe osanna.i.salua: subaudi nos. Sed qua salute sequit᷑: in excelsis.i.in celis: quia ad dandā salutē eternā ⁊ celestem christus aduenit. Clamauerunt turbe que precedebāt: ⁊ que sequebant᷑ eandē confessionis laudē: ⁊ obsecrationis vocē: sm̄ Bedam: qr vna est fides eoꝝ: qui ante incarnationē dominicam fuerunt: ⁊ qui post venerunt: vnde Petrus. Per gratiam dn̄i nostri iesu christi credimus saluari: quēadmodū ⁊ illi. Act.xv. Chry. autē exponens illud Mat.xxi. Turbe autē que precedebāt: et que sequebant᷑ clamabant dicētes. Osanna filio dauid: ait. Memores populi mirabiliū eius q̄ ostēdit eis: ⁊ sanitatū quas prestitit eis exultātes in cordibus suis: ante ⁊ retro clamabāt: osanna filio dauid. Qui precedebāt seniores erāt patriarche ⁊ ꝓphete: ⁊ ceteri sancti: qui ante christi aduentū eū predixerūt: ⁊ cognouerūt eū esse venturum. Sequentes aūt iuniores.i.apostoli martyres: ⁊ ceteri doctores: q̄ post christi ascēsionē opera eius predicabāt ⁊ predicant. Qui etsi diuersis temporib⁹ fuerūt: tamē in eis non fuit diuersus: sed vnus exultationis spiritus. ¶ Et ponit᷑ bis osanna in excelsis: sm̄ Inno. ꝓpter duas partes salutis: que sunt stola mētis: ⁊ stola corporis: vel dotes anime ⁊ dotes carnis.q.d. Obsecram⁹ salua nos sm̄ animā ⁊ sm̄ corpus. Inuenitur et hic laudis versiculus in ps̄.cxvij. O dn̄e saluum me fac. Quod enim turbe clamauerūt osanna ps̄. dixit. O dn̄e saluum me fac. Quod vero turbe dixerunt. Benedictus qui venit in nōie dn̄i. ps̄. eisdem verbis subiūgit: in quibus tangit᷑ gratiarū actio ⁊ cōfessio mysterij incarnationis xp̄i: vnde dicit᷑ Benedictus. subauditur: sit: qui venit sm̄ humanitatē assumptā: in nomine dn̄i.i. in nōie patris: qui dn̄s est celi ⁊ terre: ipso dn̄o teste Jo. v. Ego veni in nōie patris mei. Uenit autē Christus in nomine patris sm̄ Bedā: qr in omnibus que gessit ⁊ docuit: nō suā sed patris gloriā quesiuit. Unde ait Joā.viij. Ego glorifico patrē meū: ego gloriā meā nō quero. ¶ B Aliter exponitur hymnus iste sm̄ dn̄z Alb. magis in ordine ad eucharistie sacramentū: quod verbis canonis conficitur: qui hunc hymnuz immediate subsequit᷑: vnde ait. Ter dicit᷑ sanctus ꝓpter triū personaꝝ (vt multi dicūt) discretionem: que oēs singulariter in hoc sacramēto sunt operate. Uirtus enim altissimi (vt dicit Cassianus) per appropriationē est patris que obūbrauit dū sui perfectā imaginē in vtero virginis: ⁊ sacramēto nostre redemptionis impressit. Umbra eñ dicit᷑ forma in speculo: resultās in speculo ex facie respicientis. Et in hoc sensu sumit᷑ vmbra que virginē obumbrauit: sm̄ Origenē. Spiritus autē sanctus superueniens tāz in vterū in quo noster panis / a mulieris eterna / scz sapiētia perfectus: q̄ etiam in sacramento in quo substātia panis in ipsum transsubstantiat᷑ sua virtute et operatione omnia ꝑfecit. Filius vero est qui omnia a spiritusancto ꝑfecta ⁊ in vtero: ⁊ in sacramēto sibi vnit: ratione cuius vnionis dicit. Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis meus vere est potus. Et qr sanctus dicit᷑ sanguine firmatus: ⁊ in sanguine christi operatione trinitatis omnis nostra religio fundata et firmata est ⁊ mūdissima effecta: ter dicitur sanctus: qr ibi sanguini suā pater imaginem impressit: spiritussanctus sanguinē ⁊ carnē mundatos formauit: filius formata ⁊ mūdata sibi vniuit. Dicit᷑ etiam ter sanctus: qr tribus sanctis cōficitur hoc sacramentū: scilicet antiquo: nouo ⁊ eterno: scz corpore: anima ⁊ deitate christi. Corpus christi dicitur antiquū: qr de massa corporis adā sumptum: et hoc sanctū: qr immune ab omni peccato assumptum: ipsum enim nō seminis cōmixtione / sz spiritussancti operatione in virgine conceptū: debito originalis peccati non fuit obnoxiū: qr etsi de massa perditionis assumptū: nō tamē per legem propagationis decisum ab adā quibus dūtaxat ale ꝯiūcte debito tenebant᷑ originalis iustitie. Immune quoq̧ a morbida qualitate: quē fomitem: aut carnis legē dicimus: qm̄ spiritussanct⁹ in virginē superueniēs sanguinē istum purgauit: de q̄ sine libidine: ⁊ qualibet noxia qualitate corp⁹ illud mūdissimū formauit. Unde glo. Jo. iij. super illud. Qui desursum venit: super omnes est. Desursum.i. de altitudine humane nature ante peccatū primi parentis: qr de illa altitudine assumpsit verbū humanū naturā: ⁊ non assumpsit culpam cuius assumpsit penā. Secūdū sanctū in sacramēto isto scz anima xp̄i nouū est: in tempore incarnationis filij a p̄re de nihilo creata. Et hec sancta: qr in ipso creationis momento omni sanctitate: ⁊ omni gratia: ⁊ sapiētia est repleta: vnde ad Col.ij. dicitur de christo. In quo sunt oēs thesauri sapiētie ⁊ sciētie dei recōditi. Tertiū sanctū et vere sanctissimū est diuinitas filij: que corpus sanctū ⁊ animā sanctitate plenā assumpsit: et in personā filij vniuit: vt omni sanctitate redundaret ille homo ad totius ecclesie sanctitatem ⁊ copiā: hinc Jo.xvij. Ego pro eis sanctifico meip̄m. ¶ D Hac igit᷑ rōne dicit᷑ ter sanctus: quasi diceremus: xp̄s in hoc sacramēto contētus sanct⁹ est ꝓpter carnis sanctitatē: ⁊ iterū sanctus propter anime plenitudinē. Tertio sanctus ꝓpter deitatis infinitā perfectionē. Propter vnitatē autē diuine essentie in trib⁹ personis hec perficiētis: addit᷑ singulariter dn̄s deus sabaoth. In quib⁹ verbis significat᷑ istius operationis facultas cū dicit᷑: dn̄s. Modus: cū dr: deus. Uirtus cū dicit᷑ sabaoth. Facultas in verbo dn̄s. Johe.ij. ⁊ Rom.x. Dn̄s diues est in oēs qui inuocāt eū: quia omni thesauro pecuniaꝝ possessionum ac honoꝝ omniū superpositus. Modus in verbo de⁹. Sapiēter eñ de⁹ perficit oīa: qr videt oīa sua sapiētia. Perficit vtiliter: qr oīa circūuenit ꝓuidētia et solicitudinis cura. ps̄. Dn̄s solicitus est mei. ⁊.j. Petri.v. Ipsi cura est de nobis. Perficit charitate maxima: qr deus ardēs ignis est: sm̄ illud Deutero. iiij. Dn̄s deus tuus ignis cōsumēs est. Uirtus in verbo Sabaoth: qḋ virtutū vel exercituū sonat. Sancta eñ ecclesia de omnibus terribilis est in triūphātibus ⁊ militātibus: ⁊ totus eius exercitus huic sacro vel assistit vel ministrat. Ministrat eñ ecclesia: ⁊ assistit celestis curia: vt demonū virtus excludat᷑: ne impediat corporis xp̄i ad caput vnionē: ⁊ hec virtus ab eo p̄cfluit: de quo in ps̄. dicitur. Dn̄s virtutū ipse est rex glorie. Et hac ratiōe dicit᷑: dn̄s deus sabaoth: vt describat᷑ trinitatis laudabilitas in ope sacramēti. ¶ Sequit᷑. Pleni sunt celi et terra gloria tua. Celi gloria dicit᷑ pro beatitudine triūphantiū: in quorū laudē hoc sacrificium offertur: vt dicunt Grego. Aug. Amb. Terra pro terrigenis ponitur: ⁊ quātū ad illos gloria pro gratia. Unde plena est terra gratia: in qua offert᷑ sacrificiū in adiutoriū militantiū pariter ⁊ in cibū. Comprehendunt᷑ etiaz sub terra: qui sunt purgatorijs in penis: pro quibus offert᷑ in suffragiū. Sic igit᷑ spūs dn̄i / q̄ ope-

Aug.

Chryso.

Osanna q̄re bis ponitur.

Quare dicitur ter sanctus.

Joan.vj.

Corp⁹ christi dicit᷑ antiquum.

Deut.iiij.

ratur in sacramento repleuit orbē terrarū: z hoc qđ cōtinet omnia: quod nihil aliud est nisi celū: hoc enim ſm Dam. cōtinētia est visibiliū z inuisibiliū creaturarū. Hic ergo spiritus scientiā habet vocis vtriusq laudis: quā prestitit hominib9 et angelis: quatenus sic omne genu flectatur celestiū: terrestriū z infernoꝝ: z omnis lingua confiteaẗ: qꝛ dñs noster iesus christus in hoc sacramēto oblatus: est in gloria dei patris. Hec igiẗ laus resultationis quo ad perfectionē sanctitatis: resultat chor9 in aula ecclesie: in qua fit perfectio sanctitatis. ¶ J Subditur. Osanna in excelsis. Osanna .i. salua obsecramus in celebratione sacramēti sanguinis: qꝛ nō est salus sine sanguine xp̄i. Sine sanguinis eñ effusione nō fit remissio peccatoꝝ. ad Heb. ix. Sed nec penarū. Zacha. ix.

Zacha. ix.

Tu autem in sanguine testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua. In excelsis: in celis: vt omnes in sacramento sanguis saluet in quo totius relucet operatio trinitatis: et per quod celi et terra pleni sunt tue gloria maiestatis. Est ergo hec petitio vt saluet gr̄a sanguinis ab omni inquinamēto terrene contagionis. ¶ Sequiẗ. Benedictus qui venit in nomine domini: quod est gratiarū actionis: vt sicut patres precedētes aduentū eius vt abraam z pphete: z concomitātes vt apostoli: z sequentes vt martyres: eū psecuti sunt diuersis temporib9: vna fide ad passionē venientē: qua semetipsum hostiā p omnib9 obtulit: ita in eadē fide z gratiarū actione recipiamus z prosequamur eū venientē in altari offerendū pro nobis omnib9 in sacrificiū salutare. Dicimus aūt in hac gratiarum actione. Benedictus: non qꝛ ex nostra actione dei beatitudo augeaẗ: aut sibi bonū quodcūq accrescat: sed a nobis benediciẗ. i. benedictus predicatur: laudaẗ z caniẗ: qꝛ ipse venit plenus benedictionibus. Et qꝛ sicut diciẗ Eccle. xliiij. Benedictionē omniū gentiū pater dedit illi: z testamentū noue gratie: cui nunq aliquid superordinandū est: in sanguine suo cōfirmauit super caput eius. Nā ſm apostolū. Benedictus est qui benedixit nos in omni benedictione spirituali. Sic ergo benedicēdo gratias agētes in laude dicimus sibi bona que ipse in nos profluxit: ſm illud ps̄. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Sic benedictū dicimus qui venit: sic semel se offerēdo: ita quotidie oblationē illā in sacramento representādo. ps̄. Benedictus dñs die quotidie: psperū iter ad salutē per suā oblationem: faciat nobis deus salutarium nostroꝝ. In nomine dñi: qui dominū diuini potentiā notā nobis facit nos ab infimis exaltādo a paupertate suis copus releuādo: et sua dominali virtute cōtinēdo: ne ad pedestria z stabularia declinem9. ¶ Additur Osanna vt saluet secūda salute a miseria pene per gloriam: qꝛ iustitia culpe saluauit per gratiam: z sic suscitet de puluere egenū: z de stercore erigit pauperē. vt sedeat cū principibus z solium glorie teneat in celis: ppter quod cōcludiẗ z nūc. In excelsis: sicut z prius additū est: qꝛ ista sunt excelsa glorie sue: que nisi per ipsum attingere nemo potest. Unde angeli cecinerunt. Gloria in altissimis deo. Lu. ij. Oremus ergo dñm benedicētes z dicētes. Benedictus sit: z in eternū superbenedictus: qui venit in nomine dñi: operatione diuina in altaris sacramento: quatenus eum sic venientē honorifice suspicientes: benedictionem in presenti z in futuro largiter psequamur. Amē. ¶ R Qm̄ aūt misse officium qđ in canone principaliter cōsistit: ob memoriā dñice passio-

Ecc. xliiij. Ephe. j.

ps̄.

j. Reg. ij.

nis institutum est. In plerisq sacramentarijs inter prefationē et canonē imago crucifixi depingitur: vt nō modo intellectus: sed z picture aspect9 memoriā inspiret dñice passionis: vt dicit Alex. de ales. Et rationabiliter quidē: qm̄ que oculis videnẗ: fortius mouēt: q̄ que ore proferunẗ: z solo percipiunẗ auditu. Hinc Dam. iiij. lib. sentē. Multotiēs nō ſm mentē habētes dñi passionē: imaginē crucifixionis christi videntes: in salutaris passionis memoriā venimus z procidentes adoramus. Hinc z Ezech. ppheta iussus est pingere trāsmigrationē hierusalē: vt populus iudaicus sensibilibus formis moneretẗ eam agnoscere futurā. Unde Ezech. xij. Tu ergo fili hominis fac tibi vasa trāsmigrationis: z trāsmigrabis p diē corā eis. Trāsmigrabis autē de loco tuo ad locū alterū in cōspectu eoꝝ: si forte aspiciant: qꝛ dom9 exasperās est. Et efferes foras vasa tua: quasi vasa trāsmigrātis per diē in cōspectu eoꝝ. Ubi Grego. in commēta. Quia oculos ad videndum habent: z nō vidēt: aures ad audiendū habēt: et nō audiūt: da eis imaginē z picturā: z formis ostende corporeis: vt venturā captiuitatē non solū auditu: sed z oculis recognoscāt. Unde satis ostenditur fortius mouere imagines q̄ verba. Et hec est precipua ratio *cur xp̄iana religio admittit sacras venerādasq sanctoꝝ imagines: vt scꝫ simplicioribus esset memoriale perpetuum: z deuotionem sapientiū excitarēt. Cōgruū ergo est vt oculis sacerdotis passionis christi memoriale celebrantis: crucifixionis imago obyciaẗ: qua ad de ipsa cogitādū fortius inuiteẗ. Et idcirco ait Alexan. Forte diuina factū est puidentia: licet humana hoc puocauerit industria: vt ab ea litera canon inciperet que sui forma crucis signū ostēderet in figura. T. Litera etenim thau: que pma est in canone: mysteriū crucis habet z insinuat: dicēte dño Ezec. ix. Signa thau in frontibus viroꝝ dolentiū z gemētiū. De quo latius infra. In quibusdā etiā codicibus: vt Durādus in rationali dicit: maiestas patris depingiẗ et imago crucifixi: vt sacerdos quasi presentē videat quem inuocat: z quē alloquiẗ dicēs. Te igitur cle. ¶ L Hoc ergo crucis signū nō solum intueẗ sacerdos: sed etiā osculaẗ: vt osculo qđ pacis signū est ostēdat q per crucē pacificati sum9 z recōciliati deo patri: vt dꝛ Col. j. Cōplacuit per eū reconciliari oia in ipso pacificans per sanguinē crucis ei9: siue q̄ in terris siue q̄ in celis sunt. Seruanẗ aūt diuersi ritus in ordine osculādi: aliqui primo osculātur pedes crucifixi: et postea pedes maiestatis diuine: in signū q per filiū dei crucifixionē ad patris deducimur maiestatē. Alij modo cōtrario primo osculanẗ pedes maiestatis: postea crucifixi: in signum q nemo venit ad filium nisi pater traxerit eum: quodq omne donū optimum desursum est descendēs a patre luminū. Alij qui duplicem picturā nō habēt: primo osculantur altare: postea crucē in codice: eadē q̄ dicta sunt representātes. ¶ Uertit se etiā sacerdos canonē incepturus ad orientem: vt scꝫ solē iustitie xp̄m dñm aduocet per cōsecrationē ad altaris sacrm̄. Ab illo enim loco materialis sol oriẗ: q̄ vite origo est et cā. Trahit aūt hoc ipm̄ ex veteri lege originem: ſm Guil in qua sacerdos legalis cum orabat: faciē habebat versus ppitiatoriū: qꝛ exinde loquens dñs ppitiabaẗ pplo. Exod. xxv. Ideoq xp̄s qui propitiatio est p pctis nostris: qꝛ in canone petiẗ donari per sacerdotē: merito ad illā partem celi se vertit ad quā propitiatorium fuerat collocatum. ¶ Incepturus quoq canonē sacerdos iunctis manib9

se inclinat

Ezechi. xij.

Grego.

* Cur christiana religio admittit sacras venerādasq sanctorū imagines.

Lra thau mysterium crucis insinuat.

se inclinat: significās xpi inclinationē: qua in faciē pcidēs i horto orauit: vt si fieri posset trāsiret calix passiōis: cui9 meditatio intātū dñm angustiauit: vt fact9 sit sudor ei9 tanq̄ gutte sanguinis i terrā decurrētis. Lu. xxij. Fit etiā hec inclinatio v̄sus terrā: vt sacerdos se hūiliet: terrenū se agnoscat: seqz p hoc indignū pp̄rijs viribus iudicet ad tm̄ mysteriū p agēdū. ¶ Iūgit man9: vt v̄bis attētio copulet: iuxta btī Ber. exhortationē. Fratres imolātes hostiā laudis iūgam9 v̄bis sensū: sensui affectū: affectui exultationē: exultatōi maturitatē: maturati hūilitatē: hūilitati libertatē. Hic quoqz ministrātes post tergū vadūt sacerdotis: discipłoꝝ fugā figurātes vel aliꝰ exēplū retrocedēdi dātes ne cuiusq̄ voce vel aspectu sacerdotis intētio distrahat. ¶ Ultimo pulsat campanella: vt fideles intra ecclesie aream cōstituti/ad cordis preparationem excitentur: quatenus in spiritu ꝛ veritate adorent deuotius hostiam salutarem: quam post consecrationē/omniū osten dit aspectibus adorandam.



Magistri Gasparis

Haslachiū Symmeringēsis ad clerum epistola adhortatoria.

Gabriel Byel vir omniū peritoꝝ sine cōtrouersia peritissimus: catonianaz illam nobilissimā secutus sententiā: hoc est nō sibi soli: sz toti se mūdo genitū credens immortalitatē eternāqz famā posteris reliquit: estimās nullis se rebus: literarum studijs semotis: ceteros prestare posse: cunctis saltē phie diuine studio anhelātibus dans typū ꝛ exemplar. Quare o sacerdotes: o diuini nominis precones dulcissimi: quid in hac vmbratili: quasi vita alacriori studio: cōsuetu vel celeriori: diuina non capessatis officia? Quid bellu ine succūbere voluptati? Quid alexādrinis delitijs deditos esse? Quid tā sedentaria fatigatione pigro imminere? Quid die noctuqz maximos comis gradatim scāsilib9 labores impendere iuuat: non cogitantes illud i. Pet. ij. regale vos genus sacerdotij appellitari. Item ps. cix. promissionem eterni sacerdotij regio inquiēte propha. Tu es sacerdos in eternum ꝛc. Quare olbus alijs operationibus post positis: vestram sanctitatem: statum vestrū nobilissimum: virtutibus: bonis moribus: ꝛ quod est maximum: bonis exemplis (cum alteri malefaciendi dare occasionem apud summum deuz: quod maxime in se habeat grauitatis) excolētes non homines tantū: sed dij vocabimini. Ex quo autem diuersa sunt studiorum genera: maxime illud vnicuiqz acceptandū: quod suo statui non discrepare videtur. Et si sacerdotis sit officium deum colere puris lotisqz manibus ꝛ mūdo corde contrectare: summe sibi videtur necessarium huiusmodi gabrielis nostri opus: et die et nocte manibus voluere: exinde vt possit (quod maximum sui status est) christū scilicet in altaris hostia transsubstantiatum intelligere: quem nullis: nec exterioꝛib9: nec iterioꝛib9 (solo intellectu excepto) sensibus cognoscere pōt. Datū Bas. M. dx. Decimo kalen. Februarias.

¶ Lectio. xx. A

Te igit clementissime pater per iesum christum filiū tuum dominum nostrum supplices rogamus ꝛc. ¶ Expediti de continuatione textus sacri canonis per notā illatōis (igitur) designata: ad ei9 diuisionē ꝛ litere expositionē procedimus. ¶ Diuidit autē varie a varijs: nam Guilhel. in rationali triplicem recitat diuisionem: quarum vna in partes. xi. alia in partes. xij. tertia in sex partitur. Alexan. de ales diuidit in tres partes subdiuidēdas: dominus Alber. similiter in tres: non tamē eadem: sed longe alia diuisione. Sed quasi medium tenentes dicimus: q̄ textus sacri canonis: videlz ab illo loco. Te igitur. vsqz ad dominice orationis prefationem incipit ibi. Oremus preceptis salutaribus moniti: ibi enim terminatur canon scdm dominum Alb. vt tactū est. s. lec. xv. Hic inquā textus conuenienter diuiditur in sex partes principales. In quarū prima petitur a deo bñdictio appositorum munerū: que pro tota ecclesia offeruntur. In scda ponitur sanctoꝝ inuocatio: quorum meritis ꝛ precibus nobis dona a domino conferuntur: ibi. Communicātes. In tertia petitur sacrificiorū oblatorum acceptatio: qua electi a perfidis diuiduntur. In quarta ponit verborum forma quibus consecratio cōficitur: q̄ panis viniqz substantie in christi corpus ꝛ sanguinem cōuertuntur. In quinta ponitur consecratorum cōmemoratio: ꝛ salus petitur his qui sacrificio perfruūtur. In sexta subinfertur refrigerij ac suffragij postulatio: ꝛ iterata sctōꝝ inuocatio: quatenus que petimus a domino concedātur. Tertia ibi. Hanc igitur oblationem. Quarta ibi. Qui pridie. Quinta ibi. Unde et memores. Sexta ibi. Memento etiā domine. ¶ Prima pars in duas subdiuiditur: in quaꝝ prima dirigit petitio ad dñz vt apposita munera sanctificet.

Diuisio textus sacri canonis in sex ptes.

In scda fit specificatio pro quib⁹ scificata mūe-
ra deo libet:ibi. In primis q̄ tibi. Diuisio prime
particule pʒ ex ꝓncipio sequētis lectiōis. ¶ B
Pila pars incipit a lra T siue.t. Te igitur. qd̄ fm
Inn. nō videt̄ sine diuina ꝓuidētia factū. Est.t.
lra mystica fm Isid̄ i. lib. etymol. c. iij. Sunt em̄
quinqʒ litere mystice apud grecos. y. qd̄ hūanā
vitam designat: θ. Thita mortē. ⁊ alpha ꝓncipiuʒ
ω ꝗ finē: que due litere ad xp̄m pertinēt: fm illud
Apocal. i. Ego sum alpha ⁊ o/principiū ⁊ finis. θ
theta quā hebrei thau dicūt: nos. t. Dicit̄ autem
thau hebraice quasi signū. Litere aūt grece ⁊ la
tine ab hebraicis videnī exorte. formant̄ em̄ li-
tere grece ab hebraicis: ⁊ quātū ad sonū: ⁊ quā-
tū ad nomē: ⁊ latine a grecis: nā apud hebreos
primo dictū est aleph: deinde ex sili enūciatione
apud grecos tractū est alpha: inde apd̄ latinos
a. Trāslator aūt ex sili sono alteri⁹ lingue literā
cōdidit: vt nosse possim⁹ linguā hebraicā olum
aliar linguar ⁊ lrar eē matrē: sic ergo a thau he
breo formata est thita grece: ⁊ .t. latine. Insinuat
autē. T litera siue thau mysteriū crucis dñice: ex
sui forma ⁊ formatione ip̄m representās. Est de-
niqʒ signū illud fm btm̄ Hiero. qd̄ impssuʒ fuit
quorūdam faciebus: ad dñi iussionē: quo sic si-
gnatis concessa est salus ⁊ liberatio ab interitu
mortis angeli percutientis: de quo Ezech. ix. ita
scribitur. Dixit dñs ad virū indutū lineis habē
tem in lūbis atramētariū scriptoris. Trāsi per
medium ciuitatis in medio hierlm: et signa T su
per frontes gemētiū viror ⁊ dolētium super cūe-
ctis abominationibus que fiūt in medio eius.
Post hec dixit sex viris. Trāsite per mediā ciui-
tatē post eū: ⁊ pcutite sup quem nō videritis si-
gnum T. Nemini parcat oculus vester. Et post
pauca. Oēm aūt super quē videritis signū T nō
occidatis. Illud quoqʒ signū est illud super quo
moyses serpentē eneū erexerat in deserto: quem
inspiciētes saluabant̄ a morsib⁹ serpētū ignitor
Nūeri. xxi. De quo saluator. Sicut moyses exal
tauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet fi-
liū hois. Factus est em̄ filius hois obediens pa
tri vsqʒ ad mortē: mortem aūt crucis. Phil. ij. q̄
crux istar litere T figurata fuit: ex stipite scʒ et li-
gno trāsuersali supraposito: stipite nō eminēte:
vt verificaret̄ illud Luc. ix. Vulpes foueas hnt:
⁊ volucres celi nidos: filius aūt hois non habet
vbi caput suū reclinet. ¶ ¶ Illud fuit etiā signū
de quo Apoca. vij. dicitur. Vidi alterū angelum
ascendentē ab ortu solis: habētē signū dei viui.
Glo. vexillum crucis clamātē voce magnā: qua
tuor angelis quib⁹ datū est nocere terre ⁊ mari
dicens. Nolite nocere terre: neqʒ mari: neqʒ ar-
borib⁹: quoadusqʒ signem⁹ seruos dei nostri in
frontib⁹ eor. Et qr in canone misse passio chri-
sti rememorat̄: q̄ in cruce cōsummata est: ideoqʒ
cōgruū fuit: ⁊ rationabile: vt ab ea lra incohare
tur: que crucē plus ceteris representaret: qualis
est litera T vt scʒ per eius inspectionē/sacerdos
in memoriā reduceretur dñice passionis. Quod
salutifere crucis signū laudabilit̄ fideles in quo
tidiani vsus sensibilib⁹ rebus: puta libris: parie
tib⁹: statutis imprimūt: ⁊ exēplo sacerdotis oscu
lant̄: vt ad passionis xp̄i memoriā excitētur: ⁊ ex
eius rememoratione sanent̄ a suggestionib⁹ ser
pentū infernaliū. Sicut oliʒ sanati sunt filij isrl̄
a morsib⁹ serpentū ignitor per inspectionē ser-
pētis in crucis signo erecti. ¶ Magna enim est
crucis virtus: magnū crucis mysteriū: vt fm In
no. Crux sanitatē restituit: bñdictionē impēdit:
discernit a perfidis: liberat a periculis: hostes ex
pellit: victores constituit. Crux mysterium fidei
sacramentum spei: clauis sciētie: forma iusticie:
magnificentia regum: gloria sacerdotum: sustē-
tatio inopū: pauperum cōsolatio: cecorū lumē:
claudor baculus: desolatorum spes: resurrectio
mortuor. Verba sunt originaliter beati Ioan.
Chry. in omel. de cruce. Hui⁹ crucis laudes Ra
banus sulden. monachus ⁊ magūtine sedis ar-
chieps mirādo cōpegit artificio: figuris prosa ⁊
metris: nihil eor omittēs: qd̄ ad eius magnifi-
cam laudē humanitus poterit inueniri. Hec de
lra t siue T canonis principio: cuius exordiū. Te
igitur clementissime pater ¶ D Ad cuius intel
lectum notandū ꝙ nomen Pater: dupliciter In
scriptura accipitur. Accipitur em̄ qn̄qʒ pater es-
sentialiter: ⁊ qn̄qʒ notionaliter. Essentialiter at-
tribuitur toti trinitati: ⁊ singulis personis con-
iunctim ⁊ diuisim: sicut cetera nomina essentia-
lia: que de singulis personis in omnibus simul
in singulari numero predicātur: sicut increatus
immensus: eternus: omnipotens: dñs: deus. de
quo in symbolo athanasij. Etern⁹ pr̄: etern⁹ fili⁹
etern⁹ spūssctūs. Et tñ nō tres eterni: sʒ vn⁹ eter
nus ⁊c. Nola em̄ essentialia: sicut de psonis sin-
gulis: ita de oīb⁹ simul singlr̄ nō plurali nūero
predicātur: sec⁹ de nole psone siue suppositū: qd̄
lʒ dicat̄ fm substātiā ꝓ quāto nō dr̄ relatiue fm
hec. Aug. vij. de tri. c. v. excipit̄ tñ a supradicta re-
gula fʒ eūdē li. viij. de tri. c. i. vt recitat magister
dist. xxiiij. ꝓmi sen. Et isto mō essentialiter scʒ ac-
cipit̄ pr̄ l cātico moysi Deut. xxxij. Nōne ip̄e est
pater tuus q̄ possedit: fecit ⁊ creauit te? Sic etiā
accipit̄ Mat. vi. in oōne dñica. Pr̄ nr̄ q̄ es in ce
lis. Et gn̄aliter sic accipi pōt: qn̄ de eo ꝑdicatur
terminus importās aliqd̄ cōueniēs toti trinita
ti: sicut opatio q̄libet ad extra. Opa em̄ trinita-
tis ad extra sunt indiuisa. Nā pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊ spūssan
ctus/sicut inseparabilr̄ sunt: ita inseparabilr̄ ope
rant̄: ait Aug. i. de tri. c. iiij. ⁊ magister di. i. lib. iij
Et dr̄ notāter accipi pōt: qr aliqn̄ etiaʒ respectu
termini essentialis. i. cōuenientis tribus: accipit̄
nō essentialiter: vt cum in symbolo aplorum dr̄.
Credo in deū patrē olpotētē creatorē celi ⁊ terre
vbi patrē accipit̄ ꝓ psona pr̄is tm̄: lʒ sequat̄ om-
nipotentē ⁊ creatoreʒ celi ⁊ terre: q̄ sunt termini
essentiales cōuenientes oīb⁹ trib⁹. Sʒ hoc est ex
eo qr statim addit̄. Et in iesum xp̄m filiū ei⁹ vni-
exierūt obviam sponso ⁊c. In quarū parabolarū
expositiōe dicunt sancti malos intra ecclesie gre
mium contineri: dummodo tamen in fide non

Augustin9

errent: de quo beatus Augu. in de fide ad pe. par
te. ij. c. xliij. ait. Firmissime tene ⁊ nullatenus dubi-
tes: areā dei esse ecclesiam catholicam: ⁊ intra eā
vsqz in finem seculi mixtas frumento paleas cō-
tineri: idest bonos ⁊ malos sacramētorum cōmu
nione misceri: ⁊ i omni professione sive clericorū:
sive monachorū: sive laicorū: bonos esse simul
⁊ malos. Extra hanc ecclesiam fore paganos: iu-
deos: hereticos: schismaticos iam dixerat capit.
xxxvij. atqz extra hanc ecclesiam salvari neminē
posse etiam si pro Christi nomine sanguinem fu-
derit. cap. xxxix. demonstravit. Ad idem beatus
Grego. in homel. xxxviij. ⁊ homel. xj. ⁊ home. xvj.
super Ezechiel. Item. xviij. moralium exponens

illud Job.xxviij. Auro locus est in quo conflatur. Una est ecclesia in qua quisquis cōflari voluerit: ab omni etiā poterit peccatorū sorde purgari. Si quid pro deo amaritudinis: si quid tribulationis: extra hanc positi sustinetis: incendi potestis tantūmodo: nō purgari. ¶ D Hoc modo adhuc diversimode accipit. Uno modo pro cōgregatione omniū fideliū actu existentium que est ecclesia vera. Alio modo pro ecclesia representatiua: que est cōciliū generale in spūsancto legitime congregatum: de qua ecclesia s͡m plurium expositiones intelligitur illud verbum xp̄i de correctiōe fratris. Si te non audierit dic ecclesie. Mat.xviij. Ecclesia enim vera oīm fidelium multitudo propter suaz dilatationē nunq̄ congregatur: neqz congregari potest ad quodcunqz discernendū: sed cōuocantur patres de oībus mūdi partibus q̄ diffiniūt et decernūt: et hec facientes ecclesiam veram representant. Et sic ecclesia est supremū tribunal in terris: habens autoritatē super quālibet personam singularē cuiuscūqz status eminentie aut dignitatis extiterit: etiā si papalis: prout in ꝯstitutione. Frequēs cōciliij cōstantien. clarius diffinitur. ¶ Accipitur etiā adhuc ecclesia pro cōgregatione: nō tm̄ omniū fideliū actu existentiū: sed omniū qui fuerunt a tp̄e christi et apostolorū vsqz nūc sibi succedentium: et distinguit a synagoga moysi et sic accipit btūs Aug. in ep̄la fundamēti dicēs. Euāgelio non crederē nisi ecclesie autoritas me compelleret. Hoc eīm modo ecclesia maioris est autoritatis q̄ euangelium: q2 huius ecclesie euāgelista scriptor euāgelij est pars: totū autē maioris autoritatis est sua parte. Hoc modo accipit etiam ecclesiā Augu. in libro cōtra manicheos. et recitatur distin. xi. c palā. vbi ait. Palam est q̄d in re dubia ad fidē et certitudinem valeat autoritas ecclie catholice: que ab ipsis fundatissimis ap̄lorū sedibus: vsqz ad hodiernū diē succedentium sibimet: et ep̄orum serie et tot ap̄lorum cōsensione firmatur. Ubi ecclesia catholica episcopos et apostolos a tp̄e apostolorū: vsqz ad hodiernum diem sibimet succedentes importat. Et hec vocat ecclesia xp̄iana: q̄ cepit ortū a xp̄o primo in iudea et vocabatur primo ecclesia hierosolymitana: vñ Act. viij. Et factum est in illa die persecutio magna in ecclesia que erat in hierosolymis. Secunda fuit antiochena: in qua ap̄ls petr⁹ primū resedit: et ibi primū innotuit nomē xp̄ianus. Unde fideles primo vocabantur discipuli et fratres: postea vocati sunt christiani: vnde Act. xi. Audierant autē apostoli et fratres qui erant in iudea. Et sequitur in eodem. ca. Et annū totū cōuersati sunt: scz paul⁹ et barnabas ibi in ecclesia: et docuerūt turbā multam: itavt cognominarent primū antiochie discipuli christiani. Idem recitat in cap. sacrosctā. dis. xxij. in textu et glo. ¶ E Accipit adhuc ecclesia p̄ congregatione oīm fideliū a p̄ncipio mundi vsqz ad consummationem seculi: et sic non solū cōprehendit ecclesiā xp̄i: s3 etiā sinagogā moysi simul et eos qui fuerunt sub lege naturali. Et illo modo accipit beatus Augu. x. de ciui. dei. c. vlti. vbi vult q̄ nō solū a tp̄e corporalis presentie xp̄i et apostolorū eius: sed ab ipso abraam vsqz in hui⁹ seculi finem peregrinando percurrit. Et btūs Grego. in homel. dñice in septuagesima dicit. Uniuersalis ecclesia que ab abel iusto: vsqz ad vltimū electū q̄ in fine mūdi nasciturus est: quot sanctos protulit quasi tot palmites misit. Sic etiam ecclesia synagoga noīatur. Numeri. xx. Cur eduxistis ecclesiā domini in solitudinem. ¶ Accipitur etiam ecclesia pro tota multitudine predestinatorum: tā salvatorum q̄ saluandorum: siue iam sint beati in re siue beati in spe: siue beatificādi in re: ita accipit beatus Aug. in multis passibus presertim in Enchiri. Accipienda inquit est ecclesia non soluz ex parte qua peregrinat a solis ortu vsqz ad occasuz laudans nomen domini: verum etiam que in celis ex quo cōdita est semper cohesit deo: nec vlluz maluz sui casus experta est: et sic parti peregrinanti sicut oportet opitulat: q2 et que vna erit cōsortio eternitatis: nūc vna est vinculo charitatis: q̄ tota instituta est ad colendū deū. Idem sup illud ps. xxxvi. Junior fui etenī senui ait. Dñs in corpore suo: quod est ecclesia: iunior fuit in primis hominibus: et ecce iam senuit. Et postmodum. Caput nostrum christus est corpus illi⁹ nos sumus. Nū quid soli nos: et nō illi qui fuerūt ante nos? Oēs qui ab initio seculi fuerunt iusti: caput xp̄m habent. Illū enim venturū crediderūt: quē iam nos venisse credim⁹: et in eius fide ipsi sanati sunt: in cuius et nos: vt esset ipse caput ciuitatis hierusalē oībus cōnumeratis fidelib⁹, ab initio vsqz ad finē. Adiūctis et legionib⁹ angelorū et exercitib⁹: vt fiat illa vna ciuitas sub rege vno: et vna q̄dā p̄uincia sub vno iperatore. Felix in p̄petua pace et salute laudās dñz sine fine beata. Et i tali acceptione loquitur Paschasius in libro de sacramētis. Ecclesia spōsa dei: corpus xp̄i: est christus caput eius: et oēs electi mēbra eius dicunt. ¶ F Accipit etiā ecclesia aliquando pro pctōrū multitudine et iniquorum: que opponitur ecclesie electorū. de quo in ps. xx. ait David. Odiui ecclesiam malignātium. quā beatus Augu. in lib. de ci. dei babylon. i. ciuitatē cōfusionis vocat: et in presenti currere permixtim cum ecclesia siue ciuitate dei: sed finaliter separandam et sempiterne miserie subyciendam: cum suo capite diabolo latissime declarauit. Huius ecclesie abominationes cōsiderās propheta regi⁹ ps̄. liiij. Uidi inquit iniquitatē et contradictionem in ciuitate. Et iterum. Sup muros eius iniquitas: et labor in medio eius et iniusticia: non defecit de plateis eius vsura et dolus. Et de huius ciuitatis incola dicit. Noluit intelligere vt bene ageret. ¶ Sed horrenda hac malignantiū dimissa ecclesia: ad eam que fideliū est: reuertētes inuenimus et alias ecclie acceptiōes. Accipit etiā ecclesia non tm̄ pro hac ecclesia vniuersali: sed etiā pro ecclesia particulari: q̄ est pars ecclesie vniuersalis: et tales plures sunt. Hoc modo dicit apostolus ad Ro. vlti. Salutant vos oēs ecclesie xp̄i: premisit etiā. Quib⁹ gratias ago: non ego tm̄: sed et cuncte ecclie gentiū: et domesticam ecclesiā eorū. et in apocal. Joannes septē scripsit ecclesijs asie: et s͡m hoc dicimus: ecclesia orientalis: ecclesia occidentalis: et particulari⁹ ecclia moguntina: ecclia cōstañ. et ita in cap. allegato: sacrosancta distinguit inter ecclesiaz Romanā: alexādrinā: cōstantinopolitanā: antiochenam: et in sequētibus cap. multis. eadem dist. Sic etiā ait petrus. Salutat vos ecclia q̄ est in babylone collecta: et sic accipit in diuersis scripture locis. Et oībus his modis supra scriptis: quib⁹ ecclesia accipitur pro aggregatione fideliū cōprehendit tam viros q̄ mulieres: tam laicos q̄ clericos: et forte alijs modis nō accipitur i sacra scriptura. Et ita ad ecclesiā his modis acceptā: fideles laici et mulieres p̄tinēt: et ecclīastice p̄sone: sicut sunt clerici. ¶ Uerū in iure canonico nomē ecclesia h3 alias significationes a predictis: q̄bus tm̄ ad clericos restringitur. Et sic adhuc multipliciter accipitur s͡m q̄d notat extra de verbo. significa. Cuz clerici placēti. in glo. super verbo vocabulū. Aliquando

tantum

Marginal notes: Abhuc varie accipit ecclesia. — Act. viij. — Act. xi. — Gregorius — Numeri. xx. — Paschasi⁹ — Ad Rom. vltimo. — i. Pet. v.

tantũ pro epo: aliqñ designat oẽs viros ecclesiasticos: qñqz ponit pro maiore parte capli: qñqz restrigitur ad canonicos maioris siue matris ecclesie: qñqz signat quãlibet ecclesiã puincie. Allegant ad hoc iura in allegata glo. Clerici enim iuriũ cõditores ꝛ expositores hoc nomẽ ecclesia sibi appropriauerunt: vocãtes se tm̃ ecclesiasticos ꝓpter quandã principalitatẽ ꝛ eminẽtiã ipsorum super alias personas ecclie: ratione actuũ spũalium ad quos exercendũ potestatẽ ipsi: nõ laici receperunt.

Clerici hoc nomẽ ecclesia sibi appropriauerunt.

¶ G Possunt autẽ acceptiones ille diffuse breuiter sic summari.

Acceptiones ecclie.

Ecclesia accipit aliqñ pro rationali creatura: in bono pro ecclesia sctorũ: qñqz in malo pro ecclesia malignantiũ. In bono vniuersalissime pro cõgregatione omniũ angelorũ beatoꝝ ꝛ viatorũ fideliũ. Qñqz tm̃ ꝑ ecclesia triumphantium. Qñqz tm̃ pro congregatiõe deo militantium. Et sic tripliciter: vel olm a primo iusto vsqz ad vltimũ in fine mũdi nasciturũ ꝛ sic comprehendit synagogam ꝛ xpi ecclesiã. Secundo pro sola congregatione xpianorũ tam preteritorũ ꝙ presentiũ. Tertio pro congregatione oim fideliũ nunc existentiũ. Et quelibet harũ ecclesiarũ dr ecclesia vniuersalis vera: ꝛ ecclesia vniuersalis representatiua q̃ est concilium generale. Accipit etiã ecclesia non pro cõgregatione vniuersali oium fideliũ existentiũ nunc: sed pro congregatione aliqua particulari tam clericorum ꝙ laicorũ vni⁹ prouincie: diocesis: ciuitatis vel domus. Qñqz etiam: pro congregatione clericorum tm̃. Qñqz pro vno homine tm̃. Accipit pro domo materiali diuino cultui dedicata. ¶ Ad propositũ itaqz redeundo: petit sacerdos vt accepta habeat pater clemẽtissimus hec dona: munera ꝛ sacrificia ꝓ ecclesia: nõ domo materiali q̃ peritura est: nõ pro triumphante: qr illius est ꝓ nobis orare ꝛ intercedere: nõ ꝓ aliqua ecclesia particulari alias secludẽdo. Sed pro ecclesia vniuersali: q̃ est fideliũ habentiũ cõionem in ecclesiasticis sacramentis. Illi etẽim ecclesie vniuersali ꝛ nulli particulari cũ exclusione aliarũ datũ est hoc sctm̃ sacrificiũ offerre pro salute suorũ membrorũ: quapropter in huius sacrificij oblatione ꝓ ipsamet ecclesia .i. corpore ex oibus mẽbris cõstituto. Orat in primis minister ecclesie dr. Te igit pater clemẽtissime rogam⁹ ꝛ petim⁹ vt accepta habeas dona ꝛ munera que tibi offerim⁹. In primis pro ecclesia tua. ¶ H Addit. Sancta. Nomẽ sancta q̃d ipoztet iam supra dictũ est lect. xix. in angelici expositiõe hymni. Sed cũ vniuersalis: que hic designatur: ecclesia nomẽ sit collectiuum: ꝛ nihil aliud ꝙ homines xpi fide ex sacramẽtis vnitos significet (quorũ pars maior sancta non sit: sz reproba: qr neqz spiritussancti vncta gra: neqz a pctis separata: neqz ad celestia a terrenis cõuersatione leuata: qm̃ multi vocati ꝛ pauci electi. Mat. xx. per latam portam ꝛ spaciosam viam q̃ ducit ad perditionem multi intrant. Angustam vero portam et arctã viam que ducit ad vitam inueniunt pauci eiusdem. vij.) dubium esse posset quomodo ecclesia dicit sancta. Siquidem non a minore: sz a maiore denominatio fieri solet.

Dubium quomodo ecclesia dr sancta.

Ad qd dicit qd ecclesia ex oibus fidelibus aggregata vere sancta dr ꝛ est: nõ obstante pluriũ mẽbrorũ prauitate ꝛ malicia. Et hoc multis ex causis.

Rñsio.

Prima fm Alexã. de ales: qr est deo siue diuino cultui dedicata: naz vt habet in glosa Orige. Leuiti. xix. super illud. Sancti estote. Illa sunt sctã q̃ a cõibus vsibus separari debent: ꝛ diuino cultui mancipari: quo sancta dicunt vasa ministerij: et sancta vestimenta: loca quoqz in vrbibus vel suburbibus sacerdotibus deputata: pmogenita quoqz boum vel pecorum. Nũc aũt xpi ecclesia ppls scz xpianus ex cũctis iudeis ꝛ gentib⁹ collectus: de idololatria ꝛ ignorãtie tenebris vocatus: ꝛ ad vnius veri dei cultũ electus recte dr sctũs. Vñ apls ad Eph. j. Benedictus deus ꝛ pater dñi nostri iesu xpi: qui benedixit nos in omni benedictione spũali in celestibus in xpo: sicut elegit nos in ipso ante mũdi cõstitutionem: vt essemus sancti et immaculati in conspectu eius in charitate. Et idẽ. j. Pe. ij. Vos estis genus electũ: regale sacerdotiũ: gens sancta ppls acquisitionis vt virtutes annũcietis eius q̃ de tenebris vos vocauit in admirabile lumẽ suũ: aliquãdo nõ ppls: nũc aũt ppls dei. Ecce ptz qd eo ecclesia vniuersalis dr sancta: qr per fidem ab infidelibus separata est: ꝛ ad colendũ verum deũ conuocata.

Ad Eph. j.

j. Pet. ij.

¶ Secũdo dicit ecclesia sancta ratione forme: non ratione partium materialium: cuz enim ecclesia corpus sit mysticũ: ad instar corporis veri: habet partes materiales ꝛ formam. Materiales homines fluentes ꝛ sibijnuicẽ succedentes. Formam vero mysticam Christi fidem veram. Propter quod ecclesiã diffinientes aiunt. Ecclesia est corpus xpi mysticũ fide aiatum. Hec autẽ xpi fides vera est: recta ꝛ sancta: ꝓpter quã totuz corpus ecclesie dr sanctũ: sicut homo sanctus est ꝓpter aiam sanctã: lz in corpore aliqua sit macula seu turpitudo. ¶ J Tertio dr sancta ratiõe capitis xpi qui est sanctussanctoruz. Daniel. ix. Cui ecclesia matrimonialiter est coniuncta: ꝛ vt sponsa irrepudiabilis copulata: fm illud Osee. ij. Desponsaui te mihi in fide. ꝛ. ij. Cor. xj. Despõdi vos vni viro virginẽ castã exhibere xpo. Sic ergo sancta dr a sanctitate capitis: qd principalissimũ est in ea. Nec modo a christo: sed etiam ratione partium digniorum. He sunt homines sancti ꝛ iusti: qui donec mũdus finietur: in ecclesia esse nõ desinent: ex xpi promissione suaz assistentiã ecclesie ꝓmittentis vsqz ad seculi cõsummationem. De quo venerabilis Beda. Ex hoc intelligit ꝙ vsqz ad finem seculi nõ sunt deserendi in mũdo: qui diuina mansione ꝛ inhabitatione sunt digni in ecclesia. Et qr ab excellẽtiore et digniore denominatio fieri assolet: recte ecclesia propter sanctos: in ea qui digniores sunt: nomen sibi vendicat dignitatis.

Osee. ij.

ij. Cor. xj.

Beda.

¶ Quarto sancta dicitur ecclesia: quia sanctitas intimius ꝛ inseparabilius sibi propter sanctos: ꝙ malicia propter reprobos coheret. Malicia enim non semper est in ecclesia: sed nũc adest nunc abest: sed nunꝙ fuit priuata sanctitate: naz ante lapsum primorũ parentũ ecclesia in eis fuit sine malicia. Similiter post lapsum penitentibus parentibus primis ante parricidium Cain. Item post diluuium priusꝙ a filio cham pater noe dereideretur. Nunꝙ autẽ (vt dictũ est) fuit sine sanctitate: qr dominus amat iudicium: ꝛ non derelinquit sanctos suos: in eternũ conseruabuntur. Et hoc intelligendum videtur de sanctitate fm predestinationem: alioquin post lapsum Ade: ante penitentiã: fuit ecclesia sine sanctitate: sz nũc presentem iustitiã. Et post finalẽ maloruz separationem extirpata malicia: ecclesia sanctitate ꝑpetua perfruetur. Dum ibunt hi in ignem eternum: iusti autem in vitam eternam. Matth. xxv. In quã nõ intrabit aliqd coinquinatũ: aut abominationẽ faciẽs: aut mendaciũ. Apoc. xxi. Cũ ergo vnũquodqz potius denoiat ab eo qd inest quasi per se: ꝙ ab illo qd inest ꝑ accidẽs: hinc digne ecclia sancta potius: ꝙ peruersa aut reproba appellat.

Apoca. xxi.

¶ K Quinto dr sancta a suo rectore. Regit quidem a spiritusancto: quẽ xps promisit apostolis

pro ecclesia:que tunc in eis consistebat. Rogabo
inquit patrē:⁊ aliū paracletū dabit vobis: vt ma
neat vobiscū in eternū:spiritum veritatis. Joan.
xiiij. Item paracletus autē spiritussanctus quem
mittet pater in nomine meo:ille vos docebit om-
nia ibidem. Et iterum. Multa habeo vobis dice
c
re:sed non potestis portare modo. Cum autē ve-
nerit spiritus veritatis: ille docebit vos omnem
veritatem. Joā. xvi. Per que ⁊ multa similia intel
ligitur regimē ecclesie cōmissum esse spiritusan-
cto christo recedente ſm sui presentiam corpora-
lem. Et ideo in symbolo aplorū post articulū de
spiritusancto:sequitur statim articulꝰ de ecclesia
cū dicitur. Credo in spiritūsctm̄:sanctam ecclesiā
catholicā:vt sit sensus. Credo in spiritū sanctum
regentē:gubernantē ⁊ sanctificantē ecclesiam ca-
Albertus.
tholicam. De quo dicit Alber. in expositione sym
boli. Resoluendus est hic articulus secūdū pro-
prium opus spūssancti. Hoc est:credo in spiritū-
sanctū:non tantū in se:⁊ ſm se sanctū: sed etiam
credo in eum ſm proprium opus quod est sancti
ficare ecclesiā. Neqꝫ estimandum est articulū il-
lū intelligi debere de ecclesia triūphante: cui san
ctitatem inesse nullus dubitat christianus:sed de
ecclesia militante:quā xp̄s se fundaturū pollicitꝰ
est supra firmam petrā. i. fidei cōfessionē: ⁊ cōtra
quam porte inferi non preualebūt. Que certe cō-
fessio fidei nō cōpetit statui ecclesie triūphantis:
quia teste aplo. i. Cor. xiij. cū venerit qd perfectū
est:euacuabitur qd ex parte est. Unde cū omnis
christianus illam ecclesiam profiteatur sanctam:
quā dn̄s supra firmā fundauit petram. i. fidei cō-
fessionem:que non est triūphantis: sed militan-
tis ecclesie:sequit̄ quod hanc ecclesiam profiteat̄
in symbolo:cū dicitur. Credo sanctam ecclesiam
catholicam. Hec deniqꝫ est sententia beati Gre-
go in registro:⁊ beati Augu. in expositione sym-
boli. ¶ Sexto dicit̄ ecclesia sancta propter sctās
leges ⁊ ordinationes:quibus regitur ⁊ guberna-
tur:leges scꝫ euangelicas inobliquabiles ⁊ diui-
nas:leges etiam ipsius ecclesie in diuinis funda
tas:quarū trāsgressiōes vtiqꝫ diuinā legē soluūt:
illam scilicet qua dn̄s dicit Luc. x. Qui vos audit
me audit: ⁊ qui vos spernit:me spernit. Nam in
fide ⁊ moribus:⁊ his que sunt de necessitate salu-
tis:ecclesia vniuersalis errare non potest: pmit-
tente dn̄o Luce. xxij. Ego rogaui pro te Petre vt
non deficiat fides tua. Et iterū. Porte inferi non
preualebunt aduersus eam. Mat. xvi. Et illud de
fraterna correptione. Si te nō audierit dic eccle-
sie:si ecclesiam nō audierit sit tibi sicut ethnicus
Mat. xviij.
⁊ publicanus. Mat. xviij. In quibus ⁊ aliis fun-
datur potestas diffiniendi:determinandi: statuē
di:decernendi precepta:leges: ⁊ canones consti-
tuendi. ¶ L Septimo dicit̄ ecclesia sancta a san-
ctitate sacramentorū:que in ipsa per ecclesie mi-
nistros continue dispensantur:que nec inquina-
ri possunt per maliciam ministrorum:sed semper
deo placēt:et prosunt suscipienti non ponēti obi-
cem:siue p bonos:siue per malos dispensent̄. Sic
dicit̄. xv. q. viij. ca. vlti. Non pōt aliquis quantū-
cūqꝫ pollutus sit:sacramēta diuina polluere:que
purgatoria cunctarū cōtagionū existunt:q̄ enim
sancta sunt:coinquinari non possunt. Et sequit̄.
Sumit ergo intrepide ab oi sacerdote xp̄i myste
ria: qꝛ oīa in fide purgant̄. ¶ Octauo sancta est
ecclesia ex indefectibili assistētia xp̄i sponsi sui et
perpetua mansione spiritussancti. De quibus di
ctum est. Nā mānsio sua:quā xp̄s pmisit ecclesie.
non intelligit̄ quantū ad corporalē presentiam
(Sic enī abijt in celum:⁊ donec seculū finiet̄ fu-
sum est dn̄s. Augu. in de triplici habitaculo) sed
per fidē doctrinā ⁊ charitatē. Et quō nō esset san
cta hec ecclesia p qua sanctificanda sanctussan-
ctorꝫ xp̄s sanguinē suū fudit: vt testatur apls ad
Ephe. v. Christus dilexit ecclesiam: ⁊ tradidit se-
metipsum p ea: vt eā sctificaret: mūdās eā laua-
cro aque in verbo vite: vt exhiberet ipse sibi glo-
riosam ecclesiam nō habentē maculā:aut rugā:
aut aliquid hmōi:sed vt sit sctā ⁊ imaculata. Sā-
ctam deniqꝫ esse necesse est:pro qua sanctificāda
xp̄s qui semper exauditus est pro sua reuerentia:
patrem orauit dicens. Pater sancte serua eos in
nomine tuo:quos dedisti mihi. Joā. xvij. ⁊ infra.
Sanctifica eos in veritate. Non pro eis rogo tā-
tum:sed pro eis qui credituri sunt per verbū eo-
rum in me. ¶ Demum nono dꝛ ecclesia sancta:qꝛ
tm̄ in ea: ⁊ nullo modo extra eam potest q̄s san-
ctificari:sancteqꝫ ad salutem viuere: etsi extra eā
sacramenta percepta vera sint:nequaq̄ tamē sa-
lutifera. De quo beatus August. in de fide ad pe.
Augustinꝰ
parte. j. baptismus quidem extra ecclesiā esse po
test:sed nisi in ecclesia pdesse nequit. In ecclesia
igitur catholica tantummodo pōt prodesse per-
ceptio baptismatis:⁊ opera mie:⁊ nominis Chri
sti gloriosa cōfessio:si tamen in ecclesia catholica
bene viuatur. Et premisit. Si quis eleemosynas
largas faciat:⁊ pro nomine christi sanguinē fun-
dat:pro eo quod in hac vita nō tenuit ecclesie ca
tholice vnitatem:non habebit eternā salutē. de
fi. ad pe. parte. ij. c. xxxiij. Nam ⁊ in diebus dilu-
uij:neminē legimus extra arcā potuisse saluari.
Ad idē beatus Grego. vt. s. allegatū est. Merito
ergo sancta dꝛ ecclesia:intra quā solam:⁊ non ex-
tra vlla sanctitas reperitur. His de causis docto
res sancti conformiter ad verba symboli aposto-
lorꝫ: Augu. Hiero. Grego. Ambro. Cypria. Hila.
Pascasius. Chryso. Bern. ceteriqꝫ sancti eccle-
siam sanctā profiteri nullatenus dubitarunt. At-
tendentes eā ſm premissa esse diuino cultui de-
dicatam:certissima fide formatā:sancto capiti cō
corporatā:mēbrorum sanctitate firmatam: veri-
tatis spiritu gubernatā: iustissimis sanctionibꝰ
statutis ⁊ legibus fulcitā:sacramentis purifican
tibus adornatam: indefectibili presentia sponsi
Catholicū grecum nomen est.
sustentatam:solam sanctitatis gratie contenti-
uam. ¶ M Catholica. Catholicum grecum no-
men est:⁊ ſm beatū Isido. viij. etymol. tātum va-
let. i. vniuersalis latine vel quasi simul cōplectēs.
Dicit̄ ergo eccl̄ia ſm eū catholica (lib. j. sentent.
suarum. c. xix. ⁊ vbi. s. lib. etymo. viij.) idest vniuer
salis:eo quod vniuersaliter per totū sit mundū
diffusa. Non enim sicut cōuenticula hereticorū
Ad Ro. j.
in aliquibus regionum partibus coarctant̄: sed
per totū terrarū orbem dilata diffundit̄. Qd etiā
apls approbat dicens ad Ro. j. Gratias ago deo
meo per iesum xp̄m pro omnibus vobis:quia fi-
des vestra annunciat̄ in vniuerso mundo. Siue
dicitur catholica. i. vniuersalis:qd in vnitatē cū-
ctos coniungit credētes: hinc et vniuersitas ab
vno cognominata est:propter quod in vnitatem
colligitur. Ecclesia ergo catholica:sicut per totū
mundum extenditur:ita ⁊ omniū gentiliū socie-
tate cōstruit̄. Et hoc est qd ſm beatū Augu. dn̄s
promisit abrae. In semine tuo benedicentur oēs
Gene. xxij.
gentes. Gen. xxij. Benedicent̄ in te vniuerse co-
gnationes terre. Gen. xij. Et ne de iudeis dictum
puteretur/ait Aug. qd q̄ sunt semē abrae: in quo be
nedicende sunt omnes gentes: apostolus expo-
nit. Gal. iij. dicēs. Abrae dicte sunt pmissiones ⁊
semini eius. Non dicit ⁊ seminibus quasi in mul-
tis:sed quasi in vno: ⁊ semini tuo qui est christꝰ.

In christo be oēs gentes benedictionē habiture tanta autoritate promissionē receperūt:q̄ est tanta exhibita veritate. Unde ꝛ pudebit dicere: illas bis diebus ad pugillū orbis esse coarctatā. Hec Aug. Ecce fatet Aug. non in vna gente tantū reperiri illam benedictionē abrae promissam: que certe consistit in fidei christi illustratione: sed in finibus orbis. Item idem Aug. exponēs parabolā zizaniorū. Qui seminat semen bonum: paterfamilias est: ager: mundus: semē filij regni. Illos ergo posuit in agro: idest mūdo: non in aliqua porticuncula terre: sed in orbe toto ab ortu solis vsqꝫ ad occasum. Hoc saluator noster declarat: cum ait. Si quis vobis dixerit. Ecce hic est christus. i. in illa pte mundi: aut illic: suppie est fides catholica. Nolite credere. Si dixerint. ecce in penetralibus est: in doctrinis occultoꝝ hereticoꝝ: nolite credere. Est ergo fides catholica post eius publicationem sicut fulgur qḋ exit ab oriēte ꝛ paret in occidente. Ita exponit btūs Tho. in glo. ca. pallegato. ¶ Ex qbus verbis patet vniuersalitas catholice fidei ꝛ eccīe. Uñ ꝛ btūs Aug. de qstio. euāge. dicit: p oriētē ꝛ occidētē noīe: totum orbē voluit significare: per quē futura erat ecclesia. Et licet ecclesia primitiuorū patrū sctōꝝ tēporibus p totū orbē diffusa ramos suos a fine in finē tetēderit. A solis quoqꝫ ortu vsqꝫ ad occasū laudabat nomē iesu christi: vt euidentissimū foret ecclesiā fore catholicā. i. vniuersalē: dum egypti desertū tot stellis quot anachoritis effulsit: totaqꝫ Asia et Aphrica fide christi gliabatur: nostris tñ tpibus peccatis exigentibus: sicut olim hebreorū: ita nūc christianoꝝ relicte sunt dom⁹ deserte et redacta cernitur ad solius Europe angulū ecclesia. Propter qḋ quantū ad loca fidei xpi fabiecta infideliū ꝯparatione nō vniuersalis: sed pun la desleat. Est tamē ꝛ nūc vniuersalis sincere veritatis cōtinentia: vere salutis efficientia: ꝛ indesiciente fideliū ꝑseuerātia: sola qppe veritatē oēm continet necessariā ad salutē: sola predestinatos colligit ad boni summi fruitionē: sola victrix permanet ad bravij ꝯsecutionem: que licꝫ tāq̄ petri navicula tēpestatū fluctibus quatitur: nequaq̄ tamen absorbebit: q̄m in fine post dierū tribulationē: iterū ꝓualescēs triūphabit: dum fiet vnum ouile ꝛ unum pastor vnus: dñs noster iesus xp̄s cū patre ꝛ spiritusancto deus i secula bñdictus.

¶ Lectio. xxiij.



Quam pacificare / custodire / adunare / et regere digneris toto orbe terrarum. ¶ Quatuor que. s. expssa sunt (que sacerdos petit per hec quatuor verba. Pacificare: custodire: adunare: regere) specifice designat: vt̄ orat fm Inn. Quā scꝫ ecclīam sctām catholicam: pacificare digneris: vt pacē habeat ab hereticis ꝛ scismaticis. Custodire digneris a vitijs ꝛ demonibus. Adunare q̄ dispsa est inter paganos ꝛ pfidos. Et regere digneris in ꝓsperis ꝛ aduersis. Idē tñ fm eundem videtur esse pacificare qḋ adunare: custodire quod regere. Tūc eñ pacificat: cū fideliū mentes adunat: vt per spiritumsanctum charitate pfusa multitudinis credentiū fit cor vnum et anima vna. Tunc custodit: cū inter mundi pericula regit: ꝛ de sancto mittit auxiliūvt eam de siō tueatur. Ille certe pacificat ꝛ vnit. Ille regit ꝛ custodit qui propter ipsius ecclesie regimen: vnū ꝓposuit vniuersis: vt omnes ab vno: sicut corpus a capite gubernentur. Uel fm Alexandrū. Pacificare p charitatis inherentiam cū deo. j. Joan. iiij. Qui manet in charitate in deo manet. Illā in deo manentes pacē habent: vnde Joan. xvi. In me pacē beātis. Custodire ne pereat ob ingruentiam periculorum ꝛ tentationum. Quia nisi dominus custodierit ciuitatē frustra vigilat qui custodit eā. Adunare: per morum conformitatem ꝛ voluntatem: vt multitudinis credentium sit cor vnū. Regere in progressu virtutum: vt dicat cū ps. Dñs regit me ꝛ nihil mihi deerit. Uel fm dñm Albertū Pacificare pace temporis presentia: ꝛ pace eternitatis. Custodire a malo incurrente: et in bono ad vtrāqꝫ vitam conferente. Ps. Custodi me vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. Pupilla custoditur supra ꝛ infra: ꝛ velocitate quadā mirabili palpebris obtegitur: ne qḋ incidat virtutis visiue turbatiuū. Ita pater nos deprecantes exaudi: ne desuper malignus spūs virus immittat pestiferum: ꝛ a deorsū ꝯsurgant vitia ecclesie tue turbatiua. Sed custodi in limpiditate sua. vt virtutē ꝓpriā nō amittat. Protege sub vmbra alarū tuarū. Umbra autem protectio dñi est sub alis veritatis ꝛ virtutis: vt veritate illuminetur: ꝛ virtute ad bonū ꝑficiat. Aduna re hoc est ad vnū redigere. Hoc inquā vnū: qḋ est cōmunio per omnē ordinē graduum ecclesie. Totus eñ ordo ecclesie: ꝛ graduū diuersitas in ecclesia: in vnū stare debent ad vnū caput principale in celis quod est deus: ꝛ ad vnū caput vicariū in terris: qḋ est pontifex sūm m⁹ xp̄i in terra vicari⁹. ¶ Hec ordinatio in celo prefulget: in natur ostēditur: in xp̄o operibus exemplatur: in diuinis legibus precipitur: i toto corpore xp̄i mystico obseruat. In celo eñ angeli ad archāgelos: archangeli ad principatus: principatus ad potestates: potestates ad virtutes: ꝛtutes ad dominatiōes: dñationes ad thronos: throni ad cherubin: cherubin ad seraphin: fm obedientie ꝛ illuminationis ordinē ordinant. Et ipsa multitudo angeloꝝ que in quolibꝫ est agmine: ad vnā ꝑsonā q̄ in ipso preminet: adunat. Et subdit Alber. Ordo celi vocat: qꝛ oīs ordo relatio est multoꝝ in gradib⁹ differentiū ad vnū. Oim aūt boꝝ graduū tā multipliciter differentiū varietas ad vnū consummat deū: olm principiū atqꝫ finem. Hinc Job. xxxviij. Nunqd nosti ordinē celi: ꝛ rōnē ei⁹ ponces in terra? Hoc ipm in naturis ostēditur: nā multi rami culi ad virgas: multe virge ad ramū: multi rami ad stipitē: multi stipites ad radicē: q̄ vna est: infigūtur: vt oīa socia fiant ꝛ participia virtutis q̄ est in radice. Apostolus ad Ro. xj. Socius radicis ꝛ pinguedinis oliue fact⁹ es. Sic multe gratie vnā sequuntur. Sic multa mēbra in corpore vnius capitis percipiūt beneficia. Sicut enim multa mēbra in vno corpore habemus: oīa aūt mēbra non eundē actum habent. Ita multi vnum corpus sumus in christo. Patet quoqꝫ hic ordo in christi operibus: in quibus exēplificatur: qꝛ christi opus est semp in vnū colligere dispersa: sicut e regione diaboli opus est dispergere adunata. Hinc Joā. x. fiet vnum ouile ꝛ vnus pastor ouiū: ꝛ Mat. xij. Qui non congregat mecum dispergit: ꝛ q̄ non est

Mat. xxiiij.
j. Joan. iiij.
Act. iiij.
Albertus.
Job. xxxviij.
Ad Ro. xj.
j. Cor. xij. Ordo ecclesie sic ds esse debeat.
Joan. x.
Mat. xij.

mecũ cõtra me eſt. In diuinis quoqꝫ legibus pre
cipitur: ꝙ ſicut dicit beatus Dionyſius ca.iiij. de
ecle. hierarch. Lex diuinitatis eſt ꝑ ꝓma media:
ꝑ media vltima reducere. Talis aũt reductio vlti
morũ ad prima per media: nõ põt eſſe niſi in ordi
ne ad vnum primum: vt ſicut eſt deſcenſus illumi
nationum ⁊ chariſmatũ ab vno primo: ſic redu
ctio eſt ad vnũ principium. Hec enĩ lex ſicut ſupe
riora monet ⁊ ligat ad inferiorũ prouidẽtiã ⁊ cu
rã: ita inferiora ligat ad ſuperiorũ obedientiã: vñ
oĩa hoc modo ad inuicẽ ſint cõnexa. ¶ C Demũ
hec ordinis adunatio in toto corpore chriſti my
ſtico obſeruatur. Sicut enĩ vt in Ezech.iiij. ſcribi
tur: octo gradibus aſcendebaꝛ ad diuinitatis tẽ
plũ: ita ⁊ in eccleſia octo gradus ordinati ſũt. Pa
patus: patriarchatus: primatus: archiepiſcopa
tus: prepoſitura: ſub quo archidiaconat⁹ cõpꝛe
henditur: decanat⁹ ⁊ parochialis cura: omnia ad
vnũ rediguntur q̃ petri clauibus cõmittũtur: vñ
Matth.xvi. Tibi dabo claues regni celoꝝ: qđcũ
qꝫ ligaueris ſup terrã: erit ligatum ⁊ in celis: ⁊ qđ
cũqꝫ ſolueris ſup terrã: erit ſolutum ⁊ in celis. Et
porte inferi nõ preualebũt aduerſus eã. Ecce ce
lũ imminet clauibus: qꝛ claues celi appellantur
Terra clauibus ſubiicitꝛ: qꝛ quicquid in terris li
gãt ⁊ ſoluunt corã deo ligatũ ⁊ ſolutũ reputatur.
Infernus ↄprehẽditur ſub poteſtate: qꝛ nõ preua
let tenere quẽꝫ clauis voluerit eruere. Hec claues
vni ↄmittuntur: vt plenitudo ptãtis in vno oſtẽ
daꝛ: ⁊ in alios ab illo (ſm ꝙ in partem ſolicitudi
nis vocanꝛ) deriuenꝛ: vñ Eſa.xxij. de chriſto ⁊ ei⁹
vicario ſummo pontifice dicitꝛ: ꝑ ꝑſonã eliachim
iuſti deſignatũ. Uocabo ſeruũ meum eliachim:
et erit quaſi pater habitantib⁹ hierl̃m: et domui
iuda: ⁊ dabo clauẽ dom⁹ dauid ſup humerũ eius
⁊ aperiet: ⁊ non erit q̃ claudat: ⁊ claudet: ⁊ nõ erit
q̃ aperiat. Et figã illũ paxillũ in loco fideli: ⁊ erit
in ſoliũ glorie domus patris ſui: ⁊ ſuſpendã ſuper
eũ oẽm gloriã domus patris ſui. Paxillus dicitꝛ
ſm expoſitionẽ Alber. qꝛ ſibi imminet totũ eccle
ſie tabernaculũ. Gloria aũt tota nõ eſſet ſuſpẽſa
in eo: niſi in diſpoſitione patrocinio et regimine
haberet omnẽ gloriã eccleſie que eſt domus dei
patris ſui. Demum ſuperbenedicta trinitas hũc
cuſtodit adunationis ordinẽ: i qua pater ordine
nature ⁊ originis ꝓncipiũ eſt totius diuinitatis.
Filius a patre ſolo per generationem: ſpirituſſan
ctus a patre ⁊ filio per ↄmunem patris ⁊ filij ſpi
rationẽ oĩa acceperunt: ſic ergo in diuinis ſtatur
ad vnũ primũ. Hec Alber. Sequitꝛ. Et regere: ſm
eundẽ. Regere eſt regulis legalibus et canonicis
vnũquẽqꝫ in expletionem ſui officij dirigere. ps.
xliiij. Uirga directionis virga regni tui. In virga
ſignificaꝛ regiminis poteſtas: in virge rectitudi
ne ꝓcepta principalia legalia: quib⁹ eſt regendũ.
Unde cũ dñs mitteret moyſen ad regendũ dixit.
Uirgã hanc tolles in manu tua: in qua facturus
es ſigna. Exod.iiij. ¶ D Hec igitur quatuor que
oramus: pacificare: cuſtodire: adunare et regere
ſic diuerſificanꝛ: vt duo accipianꝛ ſm receſſum a
malo: ⁊ duo ſm acceſſum ad bonũ. Scđm receſ
ſũ a malo dupliciter. Eſt enĩ malũ eccleſie extrin
ſecus adueniẽs ⁊ impugnãs: ⁊ eſt malũ extrinſec⁹
ſurgẽs: bonũ adimẽs. Cõtra malum extrinſecus
impugnãs ecclie trãquillitatẽ: petimus pacifica
tionẽ: vt abſqꝫ vllo terrore vitã in ſilentio trãſigẽ
tes optata cũctis mortalib⁹ pace fruanꝛ. Contra
malũ intrinſec⁹ ſurgẽs petim⁹ eccleſie cuſtodiã:
hoc enĩ malũ peccatũ eſt: a quo nos cuſtodire ꝑ
gratiã oramus: ne in eccleſia pctã ⁊ vitia inuale
ſcãt. Alia duo q̃ petim⁹ in ordine ad bonũ: reſpi

Dionyſius

Octo gra dus i eccle ſia ordina ti ſunt.

Mat.xvi.

Eſa.xxij.

Pater ẽ ꝓn cipiũ diui nitatis.

Ps.xliiij.

ciũt aut bonũ ecclie: aut bonũ perſone. Quoad
primũ dr adunare: qꝛ bonũ eccleſie non ꝑcipitur
niſi in adunatione cũ mẽbris ecclie. Quoad ſcđꝫ
dicitꝛ: ⁊ regere: qꝛ bonũ ꝑſone eſt vt q̃libet ↄgruo
regimine tẽdat in bonũ ꝓpriũ ⁊ perſonale. Hinc
Apocalip.cap.vij. Agn⁹ dei reget illos ⁊ deducet
ad vite fontes aquarũ. Hec aũt omnia ſm ordi
nẽ a capite deſcẽdũt in corp⁹: qꝛ pacificatio eccle
ſie eſt in prelatis ſic ab incurſu malorum eccleſiã
preſeruantibus: ⁊ ideo murum ſe debent ponere
pro ecclia: ⁊ in ſe ſuſcipere ictus ⁊ inſultus hoſtiũ
Sic dicitur Joannis.x. Bonus paſtor alam ſuã
ponit pro ouibus ſuis. Hinc dñs quibuſdã deſi
dioſis improperat illud Ezechielis.xiij. capite.
Nõ aſcendiſtis ex aduerſo: neqꝫ oppoſuiſtis vos
murũ pro domo iſrael. Similiter ad prelatos re
ferꝛ cuſtodia: qꝛ ipſi ſunt cuſtodes ecclie. Sic dr
Eſa.lxij. Sup muros tuos conſtitui cuſtodes: to
ta die ⁊ tota nocte in ꝑpetuũ nõ tacebũt. Aduna
tio etiã in ipſis reperitꝛ: qꝛ ab ipſis profluũt cha
riſmata ⁊ dona: quibus adinuicẽ ecclie membra
adunanꝛ: vñ ad Ephe.iiij. Soliciti ſeruare vnita
tẽ ſpũs in vinculo pacis. Regimen quoqꝫ ecclie
in ipſorũ eſt manibus: vñ dictũ eſt eis Act.xx. At
tẽdite vobis et vniuerſo gregi: in q̃ vos ſpũſſctũs
poſuit epõs regere eccleſiã dei: quã acq̃ſiuit ſan
guine ſuo. ¶ E Orantes autẽ dicim⁹. Digneris.
Qꝛ dignationis eſt qđ dñs facit: non nñi meriti.
Digneris itaqꝫ. i. dignũ iudices eccleſiã tuã ſan
ctã pacificare: cuſtodire: adunare ⁊ regere: qꝛ ni
hil fieri dignum eſt: niſi qđ de tua benignitate et
miſericordi volũtate dignũ iudicare volueris: ne
qꝫ enĩ qꝛ bonũ aut iuſtũ eſt aliq̃d ipm deus vult:
ſed qꝛ de⁹ vult: ideo bonũ eſt ⁊ iuſtũ. Uoĩũtas nã
qꝫ diuina nõ ex nr̃a bonitate: ſed ex diuina volũ
tate bonitas nr̃a pẽdet: nec aliq̃d bonũ: niſi qꝛ a
deo ſit acceptũ. Ratio aũt quare ſic vel acceptat
aliqua diuina volũtas: non eſt bonitas preſup
poſita in obiectis quibuſcunqꝫ alijs a ſe deo: ſed
rõ eſt in ipſa ſola diuina voluntate: qꝛ enĩ ipſe ac
ceptat aliqua in tali gradu: ideo ſunt bona in ta
li gradu: ⁊ nõ econuerſo. Nã ſicut volũtas diuina
eſt cauſa oĩm vt ſint: ita etiã cauſa electoꝝ vt ſuis
donis digni ſint: vt ita nihil ſit qđ non de interio
ri inuiſibili atqꝫ intelligibili aula ſummi impe
ratoris egrediatur ſm ineffabilẽ iuſticiã: non no
ſtrã: ſed ſuã vt dicit Aug.iij. de trini.c.iiij. Nõ er
go niſi volũtas cã prima eſt ſanitatis ⁊ egritudi
nis: premioꝝ atqꝫ penarũ: gratiarũ ⁊ retributio
nũ. Ideo petim⁹ vt non ꝓpter nr̃as iuſticias: ſed
ſuã bonitatẽ eccliam ſuã pacificet ⁊c.: qđ innuit
verbum. Digneris. ¶ F Sequitꝛ. Toto orbe terra
rũ: ſupple diffuſam. Uocata ſiq̃dẽ eſt ecclia de oĩ
bus finibus terraꝝ: qđ ſignatũ eſt Act.ij. Qm̃ cũ
apli inceperũt euãgeliũ xp̃i ꝓdicare: loquebanꝛ
oĩm linguis. Erant enim in hieruſalẽ habitãtes
viri iudei: ⁊ ex omni natione que ſub celo eſt: qui
bus oĩbus predicabant apoſtoli linguis ſuis. Et
hoc eſt qđ de chriſto capite eccleſie loquitur dñs
per Eſa.xlix. Dedi te in lucẽ gentium: vt ſis ſalus
mea vſqꝫ ad vltimũ terre. De hoc etiã ꝓphetatũ
eſt per Eſa.ij. dicentem. Et veniẽt ppl̃i multi ⁊ di
cent. Uenite aſcendam⁹ in montẽ dñi: ⁊ in domũ
dei iacob ingrediamur. i. in eccleſiã: ⁊ oſtẽdet no
bis viam ſuam ⁊ ambulabimus in ea. Et hoc eſt
quod in euangelio ait Mat.viij. Multi ab orien
te ⁊ occidente: id eſt ex omni tribu ⁊ gente veniẽt.
Et in ps. Omnes gentes quaſcũqꝫ feciſti veniẽt
⁊ adorabũt corã te dñe. Quod vt verũ fieret: pre
cepit chriſtus aplis dicens. Euntes in vniuerſũ
mundũ: docete oẽs gentes: ⁊ ꝓdicate euangeliũ
omni

Apo.vij.

Joan.x.

Eze.xiij.ca.

Eſa.lxij.

Ad eph.iiij

Act.xx.

Eſa.xlix.

Mat.viij.

omni creature. Quod ꝛ fideliter impleuerũt: ſm
ꝙ de ipſis predictũ fuerat. In omnez terrã exiuit
ſonus eoꝝ: ꝛ in fines orbis terre verba eoꝝ. Pro
pter qꝺ ꝛ dñs Act.i. querentibus de reſtitutione
regni iſrael: reſpõdens ſubiecit. Uos eritis mihi
teſtes in hieruſalem et in omni iudea ꝛ ſamaria
vſqꝫ ad vltimũ terre. Sic ergo impleta eſt promiſ
ſio abrae fidelis. Gen.xvii. Eris pater multarum
gentiũ. Quoniã eius fides dilatata eſt per totuz
orbẽ: ita vt ꝛ nos ipſi de gentibus ad fidẽ ipſi⁹ vo
cati ſumus: dicẽte apoſtolo. Sic ergo vos xpi: er
go ſemen abrae eſtis. Gal.iii. Sic verificatuz eſt
illud Eſa.lxi. Uidebunt gentes iuſtũ tuũ: et cun
cti reges inclytũ tuũ.i. filiũ dei: quẽ abraã futu-
rum credidit: ꝛ credendo fidei oculis vidit: ſm il
lud Jo.viii. Abraã exultauit vt videret diẽ meũ:
vidit ꝛ gauiſus eſt. Ex quibus ſatis patet eccle-
ſiam chriſti toto orbe diffuſam. Hinc et beatus
Greg. parabolã Mat.xiii. de ſagena miſſa in ma
re: de eccleſia exponit: que ex omni genere piſciũ
ideſt ex omni natione ꝛ tribu hominis cõgrega-
tur. Sic in cantico beatoꝝ Amb. ꝛ Augu. dicit.
Te per orbẽ terraꝝ ſancta confitet eccleſia. ¶ Ex
quibus ſolui poteſt quorũdã queſtio. Quid erit:
et quid eſt de omnibus habitãtibus in finib⁹ ter
re: aut inſulis maris: viuentibus ſm dictamẽ na
turalis rationis: ad quos fides chriſti nõ perue
nit: damnabunt illi vel ſaluabunt? Patet ex pre-
miſſis: qꝛ eccleſia toto orbe terrarum diffuſa eſt:
vel ſm inhabitationẽ fideliũ: vel fidei ꝑpalatio-
nẽ. Hinc venerabilis Hugo de ſacramẽtis par-
te.vi.c.v.lib.ii. ait. Ego vel neminẽ talẽ eſſe: vel ſi
forte aliquis eſt: ſi eius culpa nõ obſtitiſſet: audi
re aut ſcire potuiſſe ac debuiſſe ſine cunctatione
affirmo: maxime cũ ſcriptura dicat. In omnẽ ter
ram exiuit ſonus eoꝝ. In omni terra quidem vel
auditi ſunt: contẽptores dãnabũtur. Uel auditi
nõ ſunt pro culpa ſua: ꝛ ignorãtes ignorantur et
nõ ſaluantur. ¶ Dñs armicanus primas hiber-
nie dicit. Poſito ꝙ tales eſſent: qꝺ non eſt veriſi
mile: nõ arctant lege chriſti: ꝛ excuſant per igno-
rantiã: ne ſcilicet peccẽt nouo peccato per nõ re
ceptionẽ baptiſmi ꝛ ſimiliũ tamẽ penam legis in
ſte ſubire cogunt: que eſt ꝑpter trãſgreſſionẽ pri
moꝝ parentũ: ſeparant a perpetua viſione dei: ſi
cut paruuli decedẽtes ante ſuſceptionem baptiſ
mi. Uerũ poteſt dici ꝙ cũ deus nõ deficit homi-
ni in neceſſariis ad ſalutem ſi fuerit aliquis talis
bene vtens naturalibus: et faciẽs quod in ſe eſt:
ad cognoſcendã viã iuſtitie ꝛ ſalutis aut per im-
mediatã internãqꝫ ſpiritusſancti illuminationẽ:
aut per alicuius inſtructis adhibitionẽ pandet
huiuſcemodi via ſalutis: etiam ſi inter infideles
cõſtitutus fuerit. Cuius rei teſtis eſt corneli⁹ cen
turio Act.x. ꝛ eunuchus cãdacis regine Act.viii.
Ad quoꝝ primum miſſus fuit petrus apoſtolus.
Ad ſecundũ Philippus diaconus. Hiſtorie no-
te ſunt. Teſtis eſt et barbara virgo ꝛ martyr: que
incluſa a patre in turri illuminata eſt: ꝛ btã chri-
ſtina a dño miraculoſe baptizata: vt hiſtorie te-
ſtant. Huius ſentẽtie eſt cãcel. parrhi. gerſ. cum
pleriſqꝫ alijs. ¶ G Una cũ famulo tuo papa no
ſtro ꝛ antiſtite noſtro. N. Et rege noſtro. N. Iſta
eſt ſecũda pars partis ſecũde prime partis prin
cipalis: in qua poſtqꝫ ſacerdos petijt ſacrificium
acceptari ꝛ benedici ꝓ tota eccleſia generaliter:
petit acceptari ꝛ benedici ꝓ ſummis eccleſie hie
rarchis ꝛ capitibus ſpecialiter: vnde dicit. Peti
mus acceptari hec noſtra ſacrificia: pro eccleſia
tua: vna cuz famulo tuo papa noſtro. N. Una.i.
ſimul vel pariter: ꝛ eſt aduerbiũ cõgregãdi: ꝛ no-
tat in preſenti aſſociationẽ capitis cuz corpore.
Papa enim caput eſt eccleſie laicẽ vicariũ et mi-
niſteriale: vt infra dicet. Petit ergo ſacerdos ac-
cepta haberi hec ſacrificia pro eccleſia ꝛ papa .i.
pro corpore ꝛ capite myſticis. ¶ Nomẽ papa in
ſcripturis nõ inuenit: ſed ſumptũ dicit ab inter-
iectione pape: que admirationis affectũ impor-
tat: vnde eis proprie conuenit ꝛ attribuit: qui in
cõuerſatione ſunt admirabiles vita ſanctitate ꝛ
doctrina: ad quẽ ſenſum dñs ieſus chriſt⁹ noſter
ſummus eſt papa: de quo ſcribit Eſa.ix. Et voca-
bitur nomen eius admirabilis. Sic olim oẽs epi
vite pollẽtes ſanctitate: pape ſunt vocati. Unde
beatus Hiero. in epiſtolis ad Augu. ſcribẽs ait.
Dño vere ſancto ꝛ beatiſſimo pape Auguſtino.
Sic auguſtinus ad paulinum: libros beatiſſimi
pape Aurelij epiſcopi. Et bonifacius comes ad
Aug. Ora venerabilis papa: vt talis de inimicis
vltio ſepe ꝓcedat. Et tamẽ neqꝫ Augu. neqꝫ Au-
relius fuit epiſcopus romanus: ſic refertur gre-
cos cũctos preſbyteros papas nominare. Nũc
vero nomen papa ſoli romano attribuit pontifi
ci: qui dicit papa: quaſi pater patrũ.i. epiſcopoꝝ
ꝛ ſacerdotũ: qui iure patres appellant.xcvi. diſt.
ca. In ſcripturis.ꝛ.c. ſeq. Quis dubitat: vbi dicit
Greg. ad hermannũ metẽſem epiſcopum. Quis
dubitat ſacerdotes chriſti: regũ ꝛ principum om
niumqꝫ fideliũ patres ꝛ magiſtros cenſeri. Item
theleſphorus papa.vi.q.i. ſacerdotes. Omnes qͥ
aduerſus patres.i. ſacerdotes armant: infames
eſſe cenſemus. Patres enim oẽs.i. ſacerdotes ve
nerandi ſunt nõ reſpuẽdi aut infamandi. Refert
etiã Euſebius ceſariẽſis ꝙ excellẽtia romani im
perij extulit papatũ romani pontificis ſup alias
pro eo ꝙ diſt.xcvi.c. Conſtantinus.ii. legit. Con-
ſtantinus imperator quarta die ſui baptiſmi pri
uilegiũ romane eccleſie põtifici contulit: vt in to
to orbe terrarũ pontifices ꝛ ſacerdotes ita hunc
caput habeant ſicut iudices regẽ. Quod etiã po
ſterius cõfirmatũ eſt per cõciliũ generale. Unde
idem Ceſarienſis. Nicena (inquit) ſynodus hoc
contulit priuilegiũ romano pontifici: vt ſicut ro
manoꝝ rex auguſtus pre ceteris appellat: ita ro-
manus põtifex pre ceteris epiſcopis papa velut
principalis pater vocaret. ¶ I Et recte quidem
papa.i. pater principalis: qꝛ caput eſt fidelium ꝛ
totius eccleſie militãtis.xxii.di. ſacroſancta. Pe
trus dictus eſt cephas ꝛ caput: eo ꝙ principatuz
teneret apoſtolatus. Non autẽ tantũ conſtanti
ni ordinatione: neqꝫ patruz: ſed diuina: romana
eccleſia primatũ obtinuit. Unde in eodẽ canone
ſacroſancta: dicit Anacletus qui fuit quart⁹ poſt
beatũ petrũ ſucceſſor beati Clementis: qui ſedit
anno dñi.ciiii. ꝛ ita lõge preceſſit conſtantinum.
Sacroſancta romana ꝛ apoſtolica eccleſia non
ab apoſtolis: ſed ab ipſo dño et ſaluatore noſtro
primatũ obtinuit: ſicut beato petro apoſtolo di
xit. Tu es petrus ꝛ ſuper hãc petrã ꝛc. Et ſequit.
Hec vero apoſtolica ſedes caput ꝛ cardo (vt pre
fatũ eſt) a dño: ꝛ nõ ab alijs cõſtituta eſt. Et ſicut
cardine oſtiũ regit: ſic huius apoſtolice ſedis au
toritate omnes eccleſie dño diſponẽte reguntur.
Hinc.vii.q.i. mutationes. Antherius papa de
beato Petro loquẽs ait. Petrus ſanctus magi-
ſter noſter ꝛ ꝑnceps apoſtoloꝝ. Leo papa.xxiiii.
q.i. cũ beatiſſimus. Cum beatiſſimus Petr⁹ apo
ſtolus a dño acceperit principatũ. Unde et bea-
tus Diony. in li. de diuinis no.c.iii. ipſum vocat
verticẽ.i. capitaneũ. Uel ſm aliã trãſlationẽ. Pe
trus ſupremũ decus ꝛ antiquiſſimũ theologorũ
culmẽ. Et in libello quẽ ſcripſerat de morte apo-

Marginalia: Act.xvii. — Queſtio. — Hugo. — Nomẽ papa ab interiectione pape ſumptũ dicitur. — Eſaie.ix. — Hierony. — Omnes epiſcopi vite ſanctitate pollentes ſunt vocati pape.

stolorum Pe. et Pau. dicit. Cum separarentur ab inuicem ducti ad supplicia: paulus petrū alloquitur in hec verba. Pax tecū fundamentū ecclesiarū / pastor omiū et agnorum christi. Item marcellus papa. xxiiij. q. j. Rogamus ait. Rogamus vos fratres dilectissimi: vt nō aliud doceatis neque sentiatis: quam quod a petro et reliquis apostolis atque patribus accepistis: ipse enim est caput totius ecclesie. Et beatus Aug. li. ij. de vnico baptismo. Puto quod sine vlla sui cōtumelia / cyprianus episcopus petro apostolo cōparatur: quantū attinet ad martyrij coronā. Ceterū magis vereri debeo ne in petrum cōtumeliosus existā. Quis enim nescit illū apostolatus principatu cuilibet episcopatui preferendū: sed etsi distat cathedrarū gratia: vna tamen est martyrium gloria. Et ponit. ij. q. vij. puto.

Augu.

¶ Ex omnibus his patet petrum fuisse caput ecclesie: et primatū inter omnes tenuisse. Cum autē quilibet papa canonice intrans successor sit petri: sequitur quod quilibet talis omnē dignitatē: et auctoritatē et principalitatē habeat quā habuit petrus. Is enim qui in ius succedit alterius: eo iure quo ille vti debet. de reg. iur. Is qui. li. vj. Nam si minus haberet quam primus: nō esset vera successio: vt arguit glo. in casu simili in. c. cum omnes. de cōstitutionibus. Et per cōsequēs etiam nunc papa caput est ecclesie et hierarcha summus sicut fuit petrus tempore apostolorum: etsi modo nō refulgeat his virtutibus: quibus petrus ceteros precellebat. ¶ R Beatus siquidē petrus nō modo officij dignitate verūetiā virtutū excellētia prestabat: fide scilicet humilitate et charitate. Nam propter fidei eminentiā: que fundamentum est ecclesie: et totius spiritualis edificij: petro datū est: vt ad questionē fidei de christo pro omnibus respōderet: dicēs ad Christū. Tu es christus filius dei viui. Ex qua fide arras accepit prefecture ecclesie: dicēte ei dño. Et ego dico tibi quia tu es petrus: et super hāc petrā edificabo ecclesiā meā. Et iterum. Et ego pro te rogaui vt nō deficiat fides tua: et tu aliquādo cōuersus: cōfirma fratres tuos per predicationē videlicet et doctrinam vere fidei et euangelij. Precellens humilitas claruit: cū correptionē pauli qui ipso fuit inferior et in faciem ei restitit: patiēter et humiliter tolerauit. ad Gal. ij. Patet et ex sua perfectione super ceteros a christo: qui eos nouit qui se humiliāt exaltare. Charitatis excellētia patet ex feruore operū siue vigilantia et discursu pro lucrifactione animarū: vt tradit actuū historia. Patet etiā ex christi questione eiusque responsione: cū enim quereret Christus. Simon Joānis diligis me plus his. Respōdet. Tu scis domine quia amo te. Post quā responsionē tertio datā: statim dñs sibi pascēdas commisit oues. Vñ patet dignitas petri: nedū ex prelatione qua factus est caput ecclesie: sed etiā ex virtutū excellētia: et christi dñi imitatione singulari. In quo vtinam haberet tot imitatores: quot habere sui principatus et officij cernitur appetitores. Lōge alij mores: aliaque pōpe videntur in successoribus: quam in petro: cuius successione gratulantur. De quo ad eugeniū papam beatus Ber. in li. de cōsideratione ita scribit. Inter hec tu pastor procedis deauratus tam multa circundatus varietate: oues quid capiunt? Si auderē dicere: demonū plus quam ouium pascua hec sunt. Et post pauca. Petrus hic est qui noscitur processisse nō gemmis ornatus vel sericis: nō tectus auro: aut vectus equo albo: nec stipatus milite: nec circūstrepentibus ministris: absque tamē his credidit satis posse implere mandatum Christi salutare. Si amas me pasce oues meas. In his nō successisti petro: sed cōstantino. Hec ille. ¶ L Uerūtamē etsi papa tanquam homo viator nondū in gratia cōfirmatus quādoque deuiat: quoniā teste Chry. non loca hominē sanctificāt: sed homo locū. xl. dist. Multi. Neque sanctorum filij sunt qui tenēt loca sanctorum: vt ait Hiero. eadē dist. nō est. et Greg. anastasio presbytero. Non loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciūt: sed nos aut merita bona cōiungunt aut mala disiungūt. ea. dist. nō loca. Non tamē capitis dignitatē amittit: nisi in heresim lapsus extra ecclesiam fieret. ea. dist. si papa. In quo casu licet heresim pertinaciter defendēs non esset caput ecclesie: nihilominus non esset ecclesia sine capite: quoniā verum caput ecclesie christus est: ait apostolus ad Ephes. j. Ipsum dedit caput super omnē ecclesiā: que est corpus eius. Item. c. v. Christus caput est ecclesie: ipse saluator corporis eius. Itē ad Col. j. Ipse est caput corporis ecclesie. Caput mysticū sicut corpus mysticū est ecclesia propter similitudines repertas in corpore vero: quas exprimit apls. j. Cor. xij. Possumus igitur considerare in capite: scilicet ordinē: perfectionē et virtutem. Ordinē: quia caput est prima pars hominis: et inde est quod omne principiū consueuit dici caput: secundum illud Ezechie. xvj. Ad omne caput vie edificasti signū prostitutionis tue. Perfectionē: quia in capite vigent omnes sensus interiores et exteriores: cū in ceteris mēbris solus sit sensus tactus. Et inde est quod dicitur Esa. ix. Longeuus et honorabilis ipse est caput. Uirtutē: quia ceterorum virtus et motus est a capite: propter virtutē sensitiuam et motiuā ibi dominantē: propter quod et populi rector caput eius dicitur: secundum illud. j. Reg. xv. Cum esses paruulus in oculis tuis: caput in tribubus factus es. He capitis conditiones christo vere competunt respectu ecclesie corporis eius propter quod nomen capitis cōgrue ad ipsum translatū est: habet enim ordinem eminētie. Unde de ipso dicitur in ps. Ego primogenitū ponam illū excelsum pre regibus terre. Et vere primus et excelsus: quia omnes alij gratiam receperūt per respectū ad gratiam suam. Hinc ad Rom. viij. Quos prescivit hos et predestinauit conformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus suis. Secundo habet perfectionē quantū ad plenitudinē omniū gratiarū: secundum illud Joā. j. Uidimus gloriā eius: gloriā quasi vnigeniti a patre plenū gratie et veritatis. Tertio virtutem habet influendi gratiam in mēbra ecclesie corporis sui: nam de plenitudine eius omnes accepimus. Joā. j. Quippe secundum diuinitatem ipse est auctor gratie: fidei: ceterorumque donorum spiritualiū: que influit et causat effectiue principaliter in nobis in participatione sacramentorum: secundū humanitatem vero causa est meritoria eorundem. Nam propter passionem: quam sua sponte secūdum humanitatem subijt: deus pater statuit hec dona conferre hominibus: que principia sunt sensus et motus operationum spiritualium et vitalium in recipientibus ea. Et propter influxū bonorum donorum a christo in membra ecclesie: christus dicitur caput ecclesie: nō per proprietatem: sed per similitudinē capitis naturalis. ¶ M Papa etiam est caput ecclesie secundum predicta propter cōformes similitudines: licet multum differenter a christo. ¶ Primo propter ordinem et propinquitatem ad deum ratione officij: quia ipse summus est hierarcha in ecclesia: ad quem stat et reducitur tanquam in suū principiū omnis ordo ecclesiasticus: vt dicit Innocen. tertius in ca. Solite. de maio. et obe.

Attendant hec qui nostro tempore summis pontificibus detrahunt.

Papa caput est ecclesie.

Mat. xvj.

Luce. xxij.

Bernar.

Ad ephe. j.

Ezech. xvj.

Esaie. ix.

j. Reg. xv.

Papa caput est ecclesie.

et obe. Papam in petro omnibus prefecit: constituens eũ pastorẽ oniũ suaꝝ generalẽ: non discernẽs has oues ab illis: cuz dixit. Pasce oues meas. i. sm Chrysosto. loco mei prepositus ꝛ caput esto fratrum: vt ipsi te in locũ meũ assumentes vbiqz terrarũ te in throno sedẽtẽ predicent ꝛ confirment. ¶ Scḋo caput est ꝑpter pfectionẽ accepte potestatis que sm sui plenitudinem in ipso residet vt in capite: sicut ꝛ in Petro papa pꝛio: cui dn̄s tãq̃ eterne vite clauigero terreni simul ꝛ celestis imperij iura cõmisit: vt habet di. xxij. oẽs. De quo Chryso. sup Mat. Filius: q̃ patris est ꝛ ipsius filij ptãtem petro vbiqz terrarũ cõmisit: ꝛ homini mortali oẽm autoritatẽ dedit: vt ecclesiã vbiqz terraꝝ amplificet. Uñ ꝛ ecclesia de ipso canit. Tu es pastor oniũ pꝛiceps aploꝝ. Plenitudo aũt ptãtis petro collata trãsit in successores. ¶ Dicit etiã tertio caput ꝑpter virtutem influxiuã: dependet siquidẽ ab eo totus ordo ecclesiasticus: vt dictũ est: in dispositione ministrorum ecclesie: ꝛ ab ipso fluit mediate vel immediate omnis potestas spũalis: siue in ꝑlatis maioribus: siue in simplicibus presbyteris: vnde Leo papa dist. xix. ita dn̄s. dicit. Ita dn̄s ptãtem clauiuz ad oim aploꝝ officiũ pertinere voluit: vt in beatissimo Petro oim aploꝝ summo: huius muneris sacramẽtũ ꝑncipaliter collocaret: vt ab ipso quasi a quodã capite: dona sua velut in corpus omne diffunderet: vt exortẽ intelligeret se diuini misterij esse: qui ausus fuisset a petri soliditate recedere: hũc em̄ in cõsortiũ indiuidue vnitatis assumptuz id qḋ ipse erat dn̄s voluit nolari: dicendo. Tu es petrus ꝛ sup hanc petram edificabo ecclesiã meã: vt eterni templi edificatio mirabili munere gr̃e dei in petri soliditate cõsisteret. ¶ M. Magna autẽ est huius capitis a ꝑmo capite differẽtia: qꝛ xp̄s caput est ecclesie sm omne tp̄s preteritũ: presens ꝛ futurũ quia oẽs quicũqz saluati sunt: qui saluantur: et qui saluabunt: in xp̄i noie salutẽ pcipiunt: quia nõ est aliud nomẽ sub celo datũ hominibus in quo oporteat saluos fieri: q̃ in noie iesu: vt ait Pe. Papa aũt est caput ecclesie sm tẽpus determinatũ: scz sm tp̄s sui pontificatus. Unde scribit de sacerdotib9 ꝛ cõfessoribus: in quib9 ꝛ summus sacerdos cõprehẽdit. Plures facti sunt sacerdotes: idcirco q̄ morte ꝓhiberent permanere. Iesus aũt in eo q̄ maneat in eternũ: sempiternũ habet sacerdotiuz: vñ in ps. Tu es sacerdos in eternuz. Christus quoqz caput est ecclesie sm omnẽ statum: vie scz patrie: militantis ecclesie ꝛ triũphãtis: qꝛ datũ est ei nomẽ qḋ est super omne nomẽ. In quo flectat omne genu celestiũ terrestriũ ꝛ infernoꝝ. Papa autẽ caput est ecclesie sm determinatũ statũ: presentis scz peregrinationis ꝛ vie. Uñ dictũ est ei. Quodcũqz ligaueris super terrã: vt intelligatur pape ptãs ad viatores in terris consistẽtes limitata. ¶ Preterea xp̄s caput est ecclesie principale ꝛ primarium: in se omnia dona ꝛ gr̃arũ charismata ↄtinẽs ꝛ propria virtute ꝛ autoritate mẽbra viuificãs: ac motum ꝛ sensus spũales influens. Papa ṽo caput est ecclesie secũdariũ ministeriale ꝛ vicariũ nõnũq̃ virtutibus gr̃a ꝛ donis vacuum. Neqz em̄ ipse influit vitã spũalez in membra: neqz ipse dat membris sensum ꝛ motum nisi vt minister ꝛ vicarius xp̄i. Propterqḋ dicit apl's. ij. Coꝛ. v. Pro christo legatione fungimur tanq̃ deo exhortante per nos. ¶ O Et per hoc patet q̄ ecclesia nõ est monstruosa ꝛ biceps seu bicapitalis: quia nõ habet duo capita ex equo ꝛ principalia: sz vnuz principale: ꝛ aliud vicẽ eius tenens: qḋ nullam inducit monstruositatem. Sunt em̄ tanq̃ vnuz caput: inquãtum caput principale agit per papam tanq̃ per vicarium ꝛ vicẽ suam sua cõmissione tenentẽ: sicut rex iturus in regionem longinquam regit per gubernatorem: ꝛ episcop9 in casu per coadiutorem. Patet etiã q̄ ecclesia per mortem pape nõ est acephala: nec vero suo spõso viduata. Non em̄ deserit ecclesiã suaꝫ christ9 cui suam inseparabilẽ promisit presentiã Mat. vlti. dicens Ego vobiscum sum omnib9 diebus vsqz ad consummationem seculi. Huius autem famulum ꝛ ministrum recognoscit se papa: immo ꝛ seruorum eius: dum in bullis suis se scribit seruus seruorum dei. Et in altaris officio pro eo orantes dicimus. Una cũ famulo tuo papa nr̃o Pro hoc ergo famulo christi: ꝛ vicario eius: per quem ecclesiam suã regit ꝛ dirigit tanq̃ pro homine errare potente oramus: et rationabiliter. Nam vt docet beatus Bonifacius martyr: pro eius perpetuo statu vniuersitas fidelium tanto instantius orat: quãto suam salutem post deum ex illius incolumitate animi aduertit propensius dependere: vt habet distin xl. si papa. Oramus ergo pro papa: vt a peccatis ꝛ erroribus: q̃ tanq̃ membris capitis infirmitas ecclesie maxime nocent: misericorditer preseruetur: vt quoqz iuxta diuine legis sanctionem: ꝛ naturalis iuris equitatem suscepta vtatur potestate: non in destructionẽ: sed edificationem ecclesie: paretqz dn̄o suo regimine plebẽ perfectam. Et sequitur. ✠ Papa nostro. N. Per qḋ intelligi datur: q̄ celebrans orans pro papa: nomen eius debet exp̄mere: vnde dicit Pelagius papa allegante Alber. Ab vniuersi orbis communione sunt separati: qui qualibet dissensione inter sacra mysteria apostolici pontificis nomen sm consuetudinem nõ frequẽtant. Debent ergo celebrãtes nominare modo innocentium: qui diuina prouidẽtia apicẽ apostolatus tenet: dum hec scribimus Hoc autem intelligendum est q̄ nemo celebrãtium ex contemptu nomen pape pretermittere debet: ideo additur: qui qualibet dissensiõe. Si em̄ celebrans nomen pape non crasse ignorauerit: vl' legẽdo canonẽ nõ occurrerit: ꝛ ita pro papa hũc noie sui exp̄ssione orauerit: non estimo illum peccatum incurrere. Nec oportet pro rememoratione noie sacerdotẽ diu tardare: ne cõfusio tediũ: aut scãdalũ in pp'lo oriatur: et ꝓprie mentis distractio causa vitandi maioris periculi caueat. ¶ P Pro rege nr̃o. N. Postq̃ sacerdos in persona ecclesie orauit pro papa: qui est princeps ꝛ supremus in potestate ecclesiastica ꝛ spũali: consequenter orat pro rege qui suprem9 princeps est in potestate terrena ꝛ seculari. Uñ sm Inno. sicut sunt due vite: celestis scz ꝛ terrena: vna qua spũs viuit cũ deo: altera qua ex spũ viuit caro: ꝛ vtraqz nutrit vt possit subsistere: celestis spũalib9 terrena corporalib9. Ita sunt due potestates: ecclesiastica videlicet ꝛ mũdana: vna que moderatur spiritualia: alia q̃ corpalia. Ista per clericos: illa regitur per laicos: et ista vacat celestibus: illa corpalib9. Ista quãtum ad alam: illa quãtum ad corpus. He due potestates duo gladij sunt: de quibus domino apostoli dixerũt Luc. xxij. Domine ecce duo gladij hic. He sunt et duo luminaria magna: que posuit dominus in firmamento celi: hoc est ecclesie. Due scilicet dignitates: pontificalis autoritas ꝛ regalis potestas: vt dicit Innocen. in. c. solite. de maiori. et obediẽtia. Illis duab9 potestatib9 gubernatio ꝛ

Chrys.
Leo papa
Act. iiij.
Heb. vij.
Phil. ij.
Eccl'ia nõ habet duo capita ꝑncipalia ꝛ ex equo.
ij. Coꝛ. x.
✠ Gaufridus bonsfardus. Lz videatur Gabrieli q̄ sacerdos celebrans dz nomẽ pape exp̄mere: fi tñ mihi vr̃ necessariuz nec expediens: qm̃ cũ non sit nisi vnus papa sufficit dicere ꝛ orare mõ supra exp̄sso vna cũ papa nostro: sic em̄ dicẽdo aut orãdo: tãtũ di est: ac si diceret pro papa nr̃o Leone ꝛc. Innocẽ.
Luc. xxij.

regimē mundi est cōmissum. De potestate spiri-
tuali patuit ex v̄bis xp̄i ad petrum. Pasce oues
meas: nō discernēs illas ab istis. De seculari p₃
ex verbis eiusdē cū respōdit iudeis querētibus
vtrum liceret cēsum dare cesari. Reddite q̄ sunt
cesaris: cesari. Ex v̄bis quoq₃ Petri apl̄i. Sub-
diti estote omni humane creature ꝓpter deum:
siue regi quasi precellēti: siue ducib⁹ tanq̄ ab eo
missis ad vindictā malefactorū: laudē v̄o bono
rū. j. Pe. ij. De ambab⁹ simul scribit Gelasi⁹ pa-
pa anastasio impatori. xcvi. dist. duo quippe. di-
cens. Duo quippe sunt impator auguste quib⁹
principaliter hic mūdus regit̄: autoritas sacra
pōtificū: ⁊ regalis p̄tās. In quibus tanto grauı⁹
est pōdus sacerdotū: quāto etiā pro ipsis regib⁹
hominū in diuino sunt reddituri examine rōnē

Augustin⁹

Et bea. Aug. vt hēbet̄. xxiij. q. v. non frustra ait.
Nō frustra instituta sūt p̄tās regalis: ius cogni-
toris: vngule carnificis: arma militis: disciplina
dominātis: seueritas boni patris: habēt omnia
ista modos suos: causas: rōnes: ⁊ vtilitates: hec
cum timent̄: mali coercentur: ⁊ boni quieti inter
malos viuūt. Cui cōcordat Paul⁹ Rom. xiij. di-
cēs p̄tātes seculares esse a deo ad terrorē maloꝝ
⁊ laudē bonoꝝ: vnde ait. Uis nō timere potesta
tem: bonū fac: si aūt malefeceris: time. Non eñ
sine causa gladiū portat. Et beatus Isido. li. iij.

Isido.

sentētiaꝝ suarū. c. liij. Principes seculi nōnunq̄
intra ecclesiam potestatis adepte culmina tenēt
vt per eandem potestatē disciplinā ecclesiasticā
muniāt. Ceterū in ecclesia potestates necessarie
non essent: nisi vt qđ nō preualēt sacerdotes effi
cere per doctrine sermonē: p̄tās hoc impleat per
discipline terrorē. Sepe per regnū terrenū cele-
ste regnū proficit vt qui intra ecclesiā positi con
tra fidem ⁊ disciplinā agūt rigore principū cōte
rantur. Ipsamq₃ disciplinā quā ecclesie vtilitas
exercere nō preualet: ceruicibus superboꝝ p̄tās
principalis imponat. Et sequit̄. Cognoscāt prin
cipes seculi deo debere se rationem reddere pro
pter ecclesiā quā a xp̄o tuēdā suscipiūt. Nā siue
augeatur pax ⁊ disciplina ecclesie per fideles p̄n
cipes: siue soluatur: ille ab eis rationem exigit:
qui eoꝝ p̄tāti suā ecclesiā credit. Hec Isid. ⁊ ha-
betur eadē. q. principes. Ex quibus satis patet
q̄ regis interest: ⁊ secularis p̄tātis ecclesiam in
pace ⁊ tranq̄llitate tutare ⁊ defensare. Et q₂ ec-
clesia defensionē recipit a regia p̄tāte: iure natu
ralis p̄tātis obligatur: vt suffragiū quale potest
maxime sp̄uale: repēdat: qđ facit per sacerdotes
obsecrando vt clementissimus pater accepta ha
beat hec s̄ctā sacrificia pro rege nostro. ¶ Q. Fit
aūt oratio pro dignitate regia post orationē fa-
ctam pro papa: q₂ potestas suprema sacerdota-
lis excedit regiam: antiquitate: dignitate ⁊ vtili-

P̄tās sacerdotalis suprema excedit regiam

tate. Antiquitate: q₂ iubēte deo sacerdotiū insti
tutū est: vt p₃ Exo. xxviij. Post sacerdotiū insti-
tuta est p̄tās regia ad pp̄li petitionē: vt habet̄. j.
Reg. viij. ⁊ ix. ac. xij. c. Cuius regula qua viuere
debet ⁊ regere describit̄ Deut. xvij. Excedit etiā
dignitate: vt supra cū ageretur de dignitate sa-
cerdotali aliqualiter dictum est lec. iiij. Et ex eo
etiam patet quia maior est qui b̄ndicit: ⁊ qui b̄n
dicit̄ minor: s̄m apl̄m ad Heb. vij. Sine vlla cō-
tradictione: qđ minus est a meliori b̄ndicit̄. Rex
aūt in impatorē ꝓmouendus cōsecrat̄: b̄ndicit̄:
vngitur ⁊ coronat̄ a sacerdote supremo papa: vt
p₃ in. c. venerabilem. de electione. Hinc vt dicit
Inno. in. c. solite. de maio. ⁊ obe. allegato. Quāta

Innocē.

est differentia inter solē ⁊ lunā: tanta inter pon-
tifices ⁊ reges cognoscatur. Premisit aūt. Fecit
deus duo magna luminaria in firmamento celi.
Luminare maius vt preesset diei: ⁊ luminare mi
nus vt preesset nocti. Utrunq₃ magnū: sed alte-
rum maius. Ad firmamentū igit̄ celi: hoc ē vlis
ecclesie: fecit de⁹ duo magna luminaria. i. duas
instituit dignitates: qui sunt pontificalis auto-
ritas: et regia p̄tās: sed illa que preest diebus. i.
sp̄ualibus maior est: que v̄o carnalibus: minor.
Hinc ⁊ imperator papā vocat dn̄m: cui vt maio
ri prestat iuramentū. lxiij. di. Tibi dn̄o ioāni pa-
pe. Et caput eidē tanq̄ maiori submittit. dist. ea
dem: valentinianus. Un̄ ⁊ sacerdotes: patres: et
magistri regū ⁊ principū appellant̄. xcvi. dist. qs
dubitat. Propter qđ ⁊ Cōstātin⁹ impator indi-
gnū iudicat sacerdotes iudicare: vt scribit btūs
Grego. mauricio impatori. xj. q. j. sacerdotibus.
Hinc ⁊ impatores xp̄i executiones suas presu-
libus subdere debēt nō preferre. dist. xcvi. si im-
perator. Et papa transfert p̄tātē sup̄mā secula-
rem de gente in gentē: vt in. c. allegato: venera-
bilem. Et impatorē deponere pōt. xv. q. vj. alius.
Item iuncta glo. Et ip̄m pōt excōicare. xcvj. dis.
duo sunt. Ex quibus oībus p₃ excellētia digni-
tatis sacerdotij super p̄tātē secularē. ¶ R. Exce-
dit tertio et ip̄am vtilitate: quia potestas sacer-
dotalis per se respicit bona sp̄ualia: ⁊ ip̄as aīas.
Secularis v̄o bona tp̄alia: ⁊ corpus: ⁊ ista diri-
git in finē naturalē: pacē ciuilē ⁊ politicā: quie-
tam sc₃ ⁊ pacificā cohabitationē: in signū cuius
reges ⁊ principes ad genua sacerdotū prouolu-
ti: exosculata eoꝝ dextra orationib⁹ eorum se cō
mittūt ⁊ credunt cōmuniri: vnde ⁊ ipsi sacerdo-
tes pro eisdem in diuino sunt reddituri examine
rationem. dist. xcvi. duo sunt. Hinc q₂ sacerdo-
tium preest sp̄ualibus: maius lumē dictum est.
Sicut ergo aīa plus est q̄ esca: ⁊ corpus plus q̄
vestimētū: ita p̄tās sp̄ualis plus est q̄ secularis:
⁊ ideo recto ordine post orationē pro papa orat
sacerdos pro rege: hoc est pro constituto in su-
prema dignitate laicali. Neq₃ refert in ꝓposito
vtrum impator sit an nō: q₂ semper dignissimus
est statu in ordine laicoꝝ inter principes ⁊ secu-
larium p̄tātes. ¶ Uerum hanc clausulā nōnul-

j. ad Tim. ij
Baruch.

li referunt ad regem hunc: in cuius regno sacer-
dos celebrat: vel etiā p̄ncipem secularē sup̄mū
terre in qua celebrat: sicut illud qđ sequitur: pro
antistite nostro: refert̄ ad ep̄m istius diocesis in
qua missā dicit sacerdos. Ad orandū autē pro
principe hortatur apl̄s dicens. j. ad Tim. ij. Ob
secro primum oīm fieri obsecrationes: oratiōes
postulationes: gratiarū actiones pro omnibus
hoībus: pro regibus ⁊ omnib⁹ qui in sublimita
te cōstituti sunt: vt quietā vitam ⁊ tranq̄llā aga-
mus cum omni pietate ⁊ castitate. A p̄ncipe si-
quidē fluit in nos rectitudo iusticie ⁊ pacis: quo
ad regimē ⁊ gubernationē bonoꝝ exteriorum: ⁊
defensionē a p̄uersis ⁊ p̄tinacib⁹: quos ferire h₃
gladio sibi cōmisso. Un̄ ⁊ ꝓpheta Baruch legi
tur ad orādū pro rege q̄sdā exhortat⁹ fuisse: di-
cēs. Orate ꝓ vita nabuchodonosor regis baby-
lonis: ⁊ ꝓ vita balthasar filij ei⁹: vt sint dies eoꝝ
sicut dies celi sup terrā. ¶ S. Sequitur in textu.

+ Hoc nō ordicet ip̄e antistes in sua diocesi ep̄s: sꝫ ep̄i tes in ecclesia romana siue diocesi nō pro alio orāt q̄ pro dn̄o papa: q̄ cū hoc q̄ est vl'is ep̄s ēt est p̄ticularis ep̄us romane diocesis.

Pro antistite nr̄o. N. Antistes dicitur quasi an

Antistes vn̄ dicatur

te alios stans +. Et dr̄ antistes s̄m ianuēsē qui
libet sacerdos: qm̄ cuiuslibet talis est stare ante
pp̄l̄m p orōnē ad deū: ⁊ oblationē sacrificij: pro
peccato ⁊ salute pp̄li impetrāda. Un̄ ⁊ de sacer-

Iohel. ij.

dotib⁹ veteris test. scribit̄: q̄ plorabāt inter vesti
bulum ⁊ altare. dicentes. Parce dn̄e parce pp̄l'o
tuo. Iohel. ij. Accipitur aūt nūc antistes cōiter
cuius maxime est salutē pp̄li ꝓcurare p orōnes
predicationes

predicationes ⁊ vite imitabilis rectitudinē. Un̄ ⁊ xp̄s gregē suū sp̄aliter ep̄is commēdauit: vt in actib⁹ paul⁹ ait. Attēdite vobis ⁊ vniuerso gregi: in q̄ vos sp̄ūsſctūs posuit ep̄os regere eccliaȝ dei. Hinc apl's scribit. j. ad Timo. iij. Opȝ ep̄m irrep̄hēsibilē eē vni⁹ vxoris virū: sobriū: ornatū prudētē: pudicū: hospitalē doctorē ⁊c. Amb. q̄qȝ in suo pastorali. Magna sublimitas magnā habere debet cautelā. Grādis honor grandi dȝ sollicitudine circūuallari. Cui plus credit: pl⁹ ab eo exigit. Ita ⁊ aarō summ⁹ sacerdos instāter pro pp'lo iterpellabat. Un̄ legit Num. xvj. Cū ignis egressus a dn̄o multa hoim milia cōsumpsisset: moyses mādauit aaron: vt cito pgēs ad pp'lm rogaret pro eis: vn̄ aaron stans inter viuos ⁊ mortuos: p pp'lo dep̄cat⁹ēt cessauit plaga. ¶ T. Debēt aūt orare sacerdotes pro antistite suo. i. suo pōtifice: s'm Inno. illi q̄ nō sunt in romana diocesi: q̄ten⁹ vnitatē sp̄ūs i vinculo pacis obseruēt

Ambro.

Albertus.

q̄m s'm Alb. per ip̄m a papa primo capite ⁊ supmo dona gr̄aꝝ in nos descēdūt sicut vnguētum p'lo descēdit a capite in barbā q̄ capiti adheret a barba stillat in supiora: a supiorib⁹ i media: ⁊ fluit vsqȝ ad orā ⁊ fimbriā vestimēti. Illi aūt qui sunt de romana diocesi: nō orāt p alio antistite: q̄ p summo pōtifice: qȝ ille cū hoc q̄ est ep̄s vniuersalis: est etiā ip̄oꝝ ep̄s p̄ticularis. Nō enim aliū hȝ ep̄m romana diocesis: q̄ summū p̄sulem: p̄pter qd nōnulli dicūt q̄ romana ecclia sup alias ecclias tenet p̄ncipatū: qȝ. s. ep̄s roman⁹ est ep̄s vl'is ⁊ caput: s'm supi⁹ dicta toti⁹ ecclie militātis. Quapropter ⁊ ip̄a caput est ⁊ magr̄a aliorū ecclesiaꝝ: eo loquēdi mō quo metropolitana ecclesia dr̄ caput oīm ecclesiaꝝ suffraganeaꝝ: quia scȝ ei⁹ ep̄s est caput ⁊ supior: qȝ archiep̄s earūȝ. In cuius signū aiunt q̄ ecclesia antiochena / in qua petrus (vt historie referunt) septē annos sedit: sed priusq̄ romā adiit: primatū tenuit super alias ecclesias. Postq̄ vo petrus sedē suā romā trāstulit: romana ecclesia facta est primas ⁊ caput aliaꝝ. De quo habet. xxiij. q. j. rogam⁹. De hac materia diffuse tractat venerabil' inceptor Guilhel. oc̄ā in suo dialo. parte. i. li. v. per multa capitula: tāgēs diuersas opiniones cū motiuis suis. Dȝ aūt sacerdos offerēs p ecclesia sancta catholica vna cū papa nr̄o ⁊ antistite exp̄mere xp̄i nomen sicut supra dictū est de papa: vt attētior: certior ⁊ p̄ticularior sit applicatio hui⁹ sacrificij ad personas illos: que in sublimitate sunt cōstitute que curā nostri gerunt ⁊ sollicitudinē: ac pro nobis reddituri sunt rationem. Sequitur.

¶ Lectio. xxiiij. A

Et omnib⁹ orthodoxis. ¶ Postq̄ vtrāqȝ p̄tātē ecclesiasticā scȝ ⁊ secularē oratione sua dn̄o cōmendauit: orat sacerdos pro cūctis fidelibus orthodoxis: qui sub vtraqȝ potestate fidē catholicā tenēt: venerant ⁊ colūt. Dicunt aūt orthodoxi. i. recte gloriosi: vn̄ orthodox⁹ ab orthos grece: qd est rectum latine: ⁊ doxa gloria quasi vir recte glorie. Uel s'm Papiā. Doxos. i. doctrina vel regula: vnde orthodoxus quasi rectam regulā seu doctrinā credendo et viuendo tenens. Orat ergo pro omnibus orthodoxis. i. omnib⁹ fidelibus xp̄ianis: ⁊ recte xp̄i fidē ac doctrinam tenentibus. Hi em̄ tantū recte poterūt gloriari quibus conscientie testimonium cōsonat de fide nō ficta. Nam Paulo attestante. ij. Cor. j. Gloria nostra hec est: testimoniū cōscientie nostre q̄ in simplicitate cordis et sinceritate dei: nō in sapientia carnali: sed in gratia dei cōuersati sumus. Excludantur ergo a fructu hui⁹ sacrificij infideles: heretici ⁊ schismatici: p his non orat sacerdos dicens. Et omnibus orthodoxis. Tales namqȝ quia recta fide ⁊ vnione carent: neqȝ xp̄o capiti: neqȝ ceteris ecclesie cōnectuntur mēbris. Siquidē fides vinculū est vniēs membra capiti: sicut patuit in descriptiōe ecclesie supra posita. Ecclesia est corpus mysticū fide xp̄i animatū. Sūt em̄ nō viuētes mystice ⁊ sp̄ūaliter: quicūqȝ fide carēt. Q̄m iustus ex fide viuit. abachuc. ij. ⁊ Rom. j. ⁊ per cōsequēs nutrimenti sp̄ūalis influxus: scȝ vite sensus ⁊ motus: ad vitaliter operandum a capite xp̄o nullatenus sūt capaces. Sunt em̄ a corpore xp̄i rupto vnionis vinculo precisi: ⁊ ideo sicut ramus precisus a radice: ita a corpore xp̄i qd est ecclesia dimembrati nutriri ⁊ refici nō possunt operatione huius viuifici sacramenti siquidem vitam nutriendi nutritio presupponit. Recte igitur omnib⁹ orthodoxis orationē sacerdos applicat: quia eius sacrificij memoriā agit: qd xp̄s summus sacerdos pro omnibus ecclesie sue membris: sub diuo orbis medio ɔsummauit: s'm illud pp̄he. ps. lxxiij. Operatus est salutē in medio terre. ⁊ ad Eph. j. Instaurare omnia per sanguinē ei⁹: scȝ xp̄i: que in celis ⁊ que in terra. Debitū itaqȝ est vt sacerdos xp̄i typum gerens offerat sacrificiū pro omnibus orthodoxis: pro quib⁹ idip̄m obtulit xp̄s in ara crucis: nulliūqȝ excludat orthodoxorū tenax minister liberalis dn̄i: qui sacrificij fructum voluit esse copiosum s'm illud ps. Copiosa apud eum redemptio. Neqȝ cōgruit vt ibi dispēsator sit parcus: vbi liberalissimus est dn̄s: ideo pro orthodoxis omnibus sine exclusione orat: vt in suo ministerio fidelis inueniat. ¶ B Atqȝ catholice ⁊ apostolice fidei cultoribus. Tales: enīȝ sunt recte gloriosi: qui deum recte fidei cōfessione glorificant: ⁊ s'm catholice ⁊ apostolicē fidei regulā vere colūt: ad quos apl's ad Gal. scribēs ait ca. vlti. Et quicūqȝ hāc regulam: scȝ fidei iesu xp̄i: secuti fuerint: pax super illos ⁊ misericordia. ¶ Sed dice. Superflue videtur additū: catholice ⁊ apostolice fidei cultoribus: quia sufficiēter includitur in verbo omnibus orthodoxis. Rn̄detur q̄ nō superfluit: qȝ fidei cultus per hoc additum expressius declaratur: in eo q̄ cōditiōes fidei quo vere deus colit manifestius exprimuntur. Est em̄ fides ista catholica: est ⁊ apostolica. Catholica: qȝ eius principia non particulariter sȝ vniuersaliter toti mundo sunt tradita: non sicut lex vetus: q̄ dūtaxat vni pp'lo israelitico: semine scȝ abrae: data ceteros nō obligabat: nam abrae dicte sunt promissiones salutis ⁊ semini ei⁹. Ad Gal. iij. Ideo precipue a semine abrae de quo nasciturus erat xp̄us: deus fuerat colendus. Qui postq̄ per carnis assumptionē venit: legeȝ tulit vniuersalē vniuerso mūdo necessariā. Cui⁹ promulgationē misit aplis dicēs. Eūtes in mundū vniuersuȝ: p̄dicate euā. oī creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit: saluus erit. Mar. vlti. Qd astruit necessitatē baptismi gn̄aliter quoad omnes tribus: nationes ⁊ gentes. Per huius nāqȝ susceptionē ascribit suscipiēs familie christi cui soli patet introitus regni celestis: dicente saluatore Ioā. iij. Nemo ascendit in celum nisi

Orthodoxus vn̄ dicatur.

Paulus.

Ad eph. j.

Ps.

Obiectio.

Rn̄sio ad obiectionē

Ioan. iij.

qui descēdit de celo: filius hominis qui est in ce
lo. Christus. s. totus cū corpore suo et membris.
Hinc dn̄s ad nicodemū. Nisi quis renatus fue
rit ex aqua et spū scto nō pōt introire in regnum
dei. Ibidem Est ergo fides catholica. i. vniuer
salis: que nullū respuit se suscipere volētem. So
la qȝ est que suos professores ad regnū: et eternā
beatitudinē pducit et perducat. ¶ C Est etiaȝ
fides aplica: hoc est per aplos toti mūdi cōcor
diter promulgata. Uel aplica. i. in aplis tāq̄ fir
mis radicibus fundata. Apli nāqȝ accepta pro
mulgande fidei cōmissione: antequā in oēm terrā
se segregarent ad predicādū fidē in fines orbis
terre: cōuenerūt in hierlȝ: et fidei articulos quos
predicaturi erant: simul cōtulerunt: fideiqȝ sym
bolum ediderunt vt vniformis esset eorū doctri
na: nec inter eos forēt schismata: per quos tot9

i. Cor. i.

fidelium cetus in vnitatē fidei fuerat colligēd9
vñ apls. i. Cor. i. Obsecro vos fratres per nomē
dn̄i nr̄i iesu xp̄i vt idipm dicatis oēs: et nō sint in
vobis schismata. Quibus vt idē paulus aplus

Ad Gal. ij.

concorditer euangelizaret: ad apostolos ascēdit
conferens cū eis doctrinā iter: vt dicit ad Gal.
ij. Ascendi hierosolymā cū barnaba assumpto et
tito et contuli cū illis euāgeliū qd̄ predico in gen
tibus: seorsum autē his qui videbanť aliqd esse
ne forte in vacuū currerē aut cucurrissem. Est
etiam fides in apostolis: tāq̄ radicibus firmis

ad Eph. ij.

firmata: nam apli fidē fundauerunt super pmū
fundamentū scȝ xp̄m. ad Ephe. ij. Superedifica
ti super fundamentum aplorū et prophetarū ipso
summo lapide angulari iesu xp̄o: vñ et ipsi apo
stoli fundamēta fidei et ecclesie dicunť. ps. lxxxvi.
Fundamenta eius in montib9 sanctis. De quo
etiam Pelagius papa. xxiiij. q. i. pudenda. Una
est ecclesia cui in canticis canticorū dr̄. Una est
columba mea: quaȝ nullā aliam esse constat nisi
que in aplica est radice fundata: a quibus ipsaȝ
fidem vniuerso orbe propagataȝ esse nemo pōt

Augustin9

dubitare. Et subdit. Qd̄ et vobis: hȝ notissimū sit,
omno: beati Aug. testimonio cōprobemus: audi
te qd̄ in quodā ope suo preclarissimus doctor di
cat ecclie: ait em̄. Si nullo mō recte pōt dici ec
clesia in qua schisma est: restat vt qm̄ nulla eccle
sia eē nō pōt: ea sola sit: q̄ in aplice sedis per suc
cessiones epōrū radice constituta: nulla malicia
hominū valet extingui. Ex quibus patet ecclie
fidē in aplica radice fundatā esse: qd̄ Nicolaus
papa in. c. fundamenta. de electione. lib. vi. cla
rius dicit: ait em̄. Fundamenta ecclesie militātis
in montib9 sanctis pphetā rememorās: per mō
tes aplos et pdicatores patenter insinuat: q̄bus
tota huj9 sacrificij fabrica innitit: qui vt firme
bases ecclesie sup xp̄o solidanť. Supfluū videť
allegare ad hoc plurima: cū Apo. xxi. clare scribi

Apo. xxi.

tur. Mur9 ciuitatis habēs fundamenta duode
cim: et in ipsis duodecim noīa duodecim aplorū
et agni. Ciuitas illa aūt est ecclesia militās (et ha
bet ppositū) aut triūphans: et si illius ciuitatis
celestis: apli sunt duodecim fundamēta: vbi nec
predicarūt: nec p xp̄o sanguinē fuderūt: quāto
magis erūt fundamēta ecclie militātis: quā do
ctrinarū imbrib9 rigarūt et pcioso martyrio cōse
crarūt. ¶ D Sȝ cū dicit apls. Fūdamētū aliud

i. Cor. iij.

nemo ponere pōt pter id qd̄ positū est: qd̄ est xp̄s
iesus: quō apli dici psūt fundamēta. Sȝ ad hoc
facile dr̄ per distinctionē fundamenti. Est enim
fundamentū primū et principale: sine quo nulla

Joā. xv.

fundari pōt ecclesie: et illud est xp̄us ipso dicente

Duplex est fundamēt..

Jo. xv. Sine me nihil potestis facere: sine me scȝ
primo et principali fundamento. Aliud est fun
damentū minus principale: sine secūdariū: sine
quo posset qdē fundari ecclia: sȝ de scto sine eo
fundata nō fit: et tale fundamētū sunt apli: et in
ter eos pncipalit9 petr9: vñ et petrus frequēter fū
damētū dr̄. Unī Aug. in epla seu libro ꝯ eplaȝ do
nati loquēs de petro dicit. Cū in illo tāq̄ i petro
fundata sit ecclia. Et in in sermone de cathedra
petri. Petrū itaqȝ fundamentū ecclie nolauit:
haud dubiū quin xp̄s: dicēs. Tu es petrus et sup
hāc petrā edificabo ecclesiā meā. Sequiť. Ideo
digne hoc fundamētū ecclesia colit: sup qd̄ eccle
siastici edificij altitudo cōsurgit. Et post pauca.
Dignū est vt fundamentū hoc in ecclesia hono
retur: per qd̄ celum ascēditur. vbi Augu. petrum
fundamentū nolat. ¶ E De primo fundamēto lo
quitur apostolus. Fundamētū aliud nemo pone
re rc. i. Cor. x. Petra inquit erat xp̄s. Hec pe
tra super quā fundāda erat ecclesia: cū dn̄s dixe
rat. Tu es petrus et super hanc petrā edificabo

Augustin9

ecclesiam meā: que exponens bea. Aug. in de ver
bis dn̄i dicit. Dn̄s noster iesus xp̄s dixit petro.
Tu es petrus et super hanc petram edificabo ec
clesiā meam: super hanc petrā: quā cōfessus es:
super hanc petrā quā cognouisti: dicens. Tu es
xp̄s filius dei viui: edificabo ecclesiam meā. Su
per me edificabo te: nō me super te: nam volētes
holes edificare super holes dicebant. Ego sum
pauli: ego sum apollo: ego vero cephe: et alij no
lentes edificare super petrum: sed supra petram
dicebāt. Ego suȝ iesu xp̄i. Hec Aug. Hūc errorē
circa ecclesie fundamētū vidēs apls reprobat. i.
Cor. i. subiungens ad premissa verba. Ego sum
pauli: ego vo cephe: ego aūt xp̄i. Diuisus ergo ē
xp̄s. Nunqd paul9 crucifix9 est p vobis. Aut in
noīe pauli baptizati estis: q̄si diceret. Non. Igiť
neqȝ petr9: neqȝ paul9: neqȝ aliqs ali9 extra xp̄m
est aliqd. i. ecclesie fundamētū. Et propter subse
quēter in eadē epla. c. iij. dicit. Quid igiť apollo?
qd paul9? Ministri ei9 sunt cui credidistis: et vni
cuiqȝ sicut dn̄s dedit supple eoȝ ministrare. Ego
inqt plātaui scȝ p pdicationē: apollo rigauit per
baptizationē: sȝ de9 incremētū dedit p fidei et cha
ritatis infusionē. Itaqȝ neqȝ q̄ plātat ē aliquid:
vt paul9: neqȝ q̄ rigat ē aliqd vt apollo: supra qd̄
scȝ fundari posset ecclia: sȝ q̄ incremētū dat de9
ipe. s. ē ecclie pncipale fūdamētū. Et subdit. Ut
sapiēs architect9 fūdamētū posuit. s. xp̄ȝ: de quo
dixi q̄ nēo aliud pōt ponere. Et iterū petra erat
xp̄s. Unusqsqȝ aūt videat quō superedificet. Et
intantū pcīauit apls hoc ecclesie fundamētum
q̄ nihil ausus erat loqui: nisi qd̄ sup illud funda

Ad Ro. xv.

mētū fuisset fundatū. vñ apls ad Rom. xv. Nō
em̄ audeo aliqd loq̄ eorū q̄ per me nō efficit xp̄s.
Et post pauca. Sic aūt pdicaui euāgelium hoc
nō vbi nolatus est xp̄s: a pseudo scȝ pphetis vel
aplis: ne sup alienū fundamētū edificarē. Non
predicauit apostolus in locis: vbi primo annun
ciatus est xp̄s per pseudo aplos: ne super errore
ab eis seminato: qui difficulter eradicať: quasi
sup alieno fundamēto edificaret: et ideo preue
nit eos: et his pdicauit quibus prius nihil annū
ciatū erat de xp̄o: vt i illis9 solidū poneret fidei
fundamentū. ¶ E Ex quib9 ptȝ q̄ nō petrus sȝ
petra in euāgelio xp̄i designať: cū dixit xp̄s. Su
per hanc pe. edi. ec. meā. Et hic aperte dicit que
dā glo. ibidē exponēs. Super hācpetrā. i. super
hanc xp̄m in quē credis: quem vnicū voluit esse
deus sue ecclesie fundamētū: aplorū vo neminē:
vñ addit. Tu es petrus a me petra: vt mihi fun

Augustin9

damenti retineā dignitatem. Ad idez augu. sup
Jo. Ecclia in hoc sclo diuersis tētatioibus velut
imbribus

imbribus fluminib⁹ ꝛ tēpestatib⁹ quatit: sed non cadit: qꝛ fundata est supra firmā petrā: vñ petrus nomen accepit. Nō em̄ a petro petra: sed a petra petrus: sic nec xp̄s a xp̄iano: sꝫ xp̄ianus a xp̄o vocatur: ideo quippe ait dn̄s. Super hāc pe. edi. ec. meā: qꝛ dixerat petrus. Tu es xp̄s filius dei viui: sup hanc petrā quā ꝯfessus es edi. ec. meā. Petra autem erat xp̄s. Idē in lib. retrac. ait. Dixi in quodā loco de aplo petro: ꝙ in illo tanq̄ in petra edificata sit ecclesia. Sed scio me sic postea sepius exposuisse qđ a dn̄o dictū est. Tu es petrus: ꝛ super hāc pe. edi. ec. meā: vt sup hūc intelligeret quem confessus est petrus dī. Tu es xp̄s filius dei viui. Et post pauca. Non em̄ dictū est illi: tu es petra: sed tu es petrus. Petra aūt erat xp̄s: quē ꝯfessus est simon. Hec petra xp̄s est lapis ille viuus ꝛ angularis: de quo petrus dixit. Ad quē accedētes lapidē viuū ab hoībus quidē reprobatū: a deo autē electū ꝛ honorificatū: ꝛ ipsi tanq̄ lapides viui superedificamini domos spūales in sacerdotiū sanctū offerentes spūales hostias acceptabiles deo per iesum xp̄m. Et subdit. Propter qđ continet scriptura. Ecce ponā in sion. glo. i. ecclīam ꝑ sion figuratā: lapidē angularē: summū ꝓbatum: electū: preciosum: ꝛ qui crediderit in eū nō ꝯfundetur.

1. Pe. ij.

Ad roma. ix. Idē habet ad Romā. ix. Per q̄ verba ambo illi romani apli petrus ꝛ paulus probant xp̄m ex scriptura lapidem esse ꝛ petrā fundamentalē: de quo ꝛ apl's alio loco dicit. Jam nō estis hospites ꝛ aduene: sed estis ciues sctōꝝ ꝛ domestici dei: superedificati super fundamentū aplōꝝ ꝛ prophetarum ipso summo lapide angulari iesu xp̄o: in q̄ omnis edificatio crescit in tēpliū sanctum in dn̄o.

Eph. ij.

Remigius. Super quo dicit Remigius. Fundamentū aplōꝝ ꝛ prophetarū. oīmq; christus est: qui in fide illius stabiliti ꝛ fundati: ꝛ infra. Ois em̄ qui fidem christi habet: sup ip̄m fundat⁹ est ipso summo lapide angulari christo. Et concludit qđ facit pro intellectu oīm que dicta sunt: q̄m christus est fundamentū ꝛ lapis angularis summ⁹: qꝛ ab ipso incipit fides: ꝛ in ipso: ꝛ ab ipso perficit atq; ꝯpletur: ideo oēs electi in ipso sunt fundati: ꝯiūcti ꝛ adunati: ꝛ propter hoc ipse est lapis de q̄ dicit ꝓpha. Quē reprobauerunt edificātes qui fact⁹ est in caput anguli: qui facit vtraq; vnū: ꝛ ꝯclusit iudeos ꝛ gētiles ī vnā ecclīam tanq̄ duos parietes sicut lapis iste in tēplo salomonis ab edificantibus reiectus: qui postea sedit in summitate edificij: ī angulo duos parietes ꝯiungēs: per quē christ⁹ est figuratus. ¶ f Ex quibus ꝯcluditur: ꝙ christ⁹ est fundamentū ꝑncipale ꝛ radicale: ꝛ primū: super qđ fundata est ecclīa: qꝛ ab eo fides incipit: in eo stabilit. Et ꝑter ipsam nulla firmitas: stabilitas nulla: nulla soliditas inueniri pōt: que spūale posset edificiū supportare: qꝛ nō est datū aliud nomē hominibus: in quo oportet saluos fieri: q̄ nomē christi. ¶ Apostoli vero sunt fundamenta fidei ꝛ eccl'ie secūdaria ꝛ minus principalia: fundati in fundamento primo: q̄m ipsi fidē ꝑ operosam predicationē dilatauerūt: cōfitētes christū corā regibus ꝛ ꝑncipibus ꝛ omni ꝑplo: minas iudicū: terroresq; tyrannoꝝ vsq; ad sanguinis proprij effusionē magna cōstantia ꝯtēnētes. Unde dixit petrus minātibus iudeis ꝛ prohibētibus aplis ne oīno loq̄rentur: aut docerēt in noīe iesu. Si iustū est in cōspectu dei vos poti⁹ audire q̄ deum: iudicate. Non em̄ possumus que vidimus ꝛ audiuim⁹ nō loqui. Actuū. iiij. Et paulus multo magis conualescebat ꝛ confundebat iudeos: affirmās q̄m hic est christus. Actuum. ix. Et oēs apli vnanimiter leuauerūt voces suas ad deū orātes. Dn̄e respice in minas eoꝝ: ꝛ da seruis tuis cū omni fiducia loqui verbum tuū in eo ꝙ manū tuā extēdas ad sanitates ꝛ signa ꝛ prodigia fieri per nomen sancti filij tui iesu. Et sequitur. Et repleti sūt omnes spūsctō: ꝛ loq̄bantur verbū dei cū fiducia. Et virtute magna reddebāt apli testimonium resurrectiōis dn̄i nostri iesu christi: ꝛ gr̄a magna erat in oībus illis. Actuū. iiij. Et quidē ibāt gaudētes a conspectu concilij: q̄m digni habiti sunt pro noīe christi contumeliā pati. Actuū. v. ¶ b Quia ergo ad ipsoꝝ predicationē augebat credentiū in dn̄o viroꝝ ꝛ mulierū multitudo: ita vt in plateis eijcerent infirmos: ꝛ ponerent in lectulis ac grabatis: vt veniente petro: saltē vmbra illius obumbraret q̄spiā illoꝝ ꝛ sanarent ab infirmitatib⁹ suis. Act. v. Ipsi dicūtur fundamēta eccl'ie secundaria: qꝛ fidē christi in cordibus multoꝝ plātauerūt: que est verū spūalis edificij fundamentū: ad Heb. xi. Fides est substātia reꝝ sperandaꝝ. Substantia. i. fundamentū: ꝛ causa oīm bonoꝝ sperādorū: faciēs ea subsistere in nobis: vt dicit glo. et in ca. gloriosus. de reli. ꝛ vene. sctōꝝ. lib. vi. dicitur de apostolis. Gloriosissimos christiane fidei principes: athletas dei electos: iustos seculi iudices vera mūdi lumina: christi redēptoris aplos numero duodenario contentos: qui viuentes in carne predictā ecclīam suo sanguine plātauerūt ipsam erigendo sublimiter: ꝛ disciplinis sctissimis dirigendo. Sunt ergo apli fundamēta eccl'ie fundantes ecclīam nō super se: sed supra christū primum verū ꝛ vnicū principale fundamentū: non em̄ ad se: sed ad christū vocabāt ꝑplm. Sunt fundamenta fundata super christū: ꝛ fundantia super christū. Christus vero fundamentū fundās non fundatum: ꝛ ideo fundamentū fundamētoꝝ.

Ad heb. xi.

Augustin⁹. Et hoc est qđ dicit btūs Aug. super ps. lxxxvi. Quemadmodū apte dicitur: christus est sctūs sctōꝝ: ita figurate dicitur fundamentū fundamētoꝝ. Si ergo sacra cogitas: christus est sanctus sctōꝝ: si gregē subdi cogitas: christus est pastor pastorum: si fabricam cogitas christus est fundamētum fundamētorum: qꝛ ergo aplis non conuenit ratio fundamēti principaliter ꝛ primarie: ideo quandoq; ab eis negatur: ꝙ sint ecclesie fundamenta s'm modum scripture: q̄ sepe ea negat ab eis: que nō ꝑncipaliter cōueniūt illis: sꝫ cōueniant secundario: sic enim. Nemo bonus: nisi solus deus. Et de baptista dn̄i dr̄ Joā. i. Nō erat ille lux. Et tn̄ de apostolis: quib⁹ minor nō erat ioānes: dicitur. Uos estis lux mundi. Mat. v. Et rursum de ioanne. Ille erat lucerna ardens ꝛ lucens. Joā. v. ¶ h Itaq; scripture que sonant ꝙ solus christus fundamentum sit: ꝛ ꝙ sibi soli fundamenti dignitatem retinuit: intelligi debent principaliter cum quo stat ꝙ apli sint fundamenta secundaria: sicut in fundamēto corporalis edificij petra ponitur supra petrā: vna tn̄ est oīm fundamentū omnia supportans: ita apli sunt fundamēta super xp̄m oia supportantem fundata: ꝛ inter apostolos petrus ꝓpter fidei sue soliditatē ꝛ cōstantiam q̄q; petra dr̄: ꝛ pre ceteris aplis ecclesie fundamentum: vñ bea. Amb. in hoīel. lib. i. nomē petrus sibi attribuens: ait. Fidelior factus est petrus postq̄ fidē perdidisse defleuit: atq; ideo maiorem gratiam repperit q̄ amisit: tanq̄ em̄ bon⁹ pastor tuendū gregem accepit: vt qui sibi ante infirmus fuerat fieret firmamentū oīb⁹: ꝛ q̄ se interrogatiōis tentatione mutauerat: ceteros fidei stabilitate fundaret. Deniq; propter soliditatem deuotiōis ecclesiarū petra dicitur: sicut ait dn̄s. Tu es petr⁹ ꝛ super hāc petrā edificabo ecclīam meā. Et subdicitur.

Lu. xviij.

Joan. i.

Petrus nō nūq̄ petra dicitur.

dit Amb. Petra dicit eo q primus in nationib⁹ fundamenta posuerit: ꝛ tanq̄ saxū immobile: scꝫ a finali constantia: totius corporis christianitatis compagē molēq; contineat: vt habet dist. l. fideliori. Hinc et sepe in cōsueto sermone nauicula Petri ecclesia dicit: et fides ecclie fides petri: hoc est fides quā petrus predicauit et docuit. Et propter eandem rationē dicitur fides aplica: qr p aplos per iussionē Christi promulgata: qui huius fidei autor est: magister ꝛ inspirator. Pro omnib⁹ huius fidei professoribus orans ꝛ sacrificans sacerdos dicit. Et oibus orthodoxis catholice ꝛ apostolice fidei cultoribus.

¶ Lectio xxv. A



Memēto domine famulorū famularūq; tuarū. N. ꝛ N. Hec est quarta ps secūde ptis pncipalis: i qua postq̄ sacerdos orauit p oibus recte credētibus fraternalr: in hac particula orat p quibusdam specialibus singulariter. Et diuidit i tres partes secundum Alber. in quarū prima tangit pro quibus ꝛ qualibus orat. In scda quid pro eis a deo desideratur: ibi. Pro spe salutis. In tertia quid ad exaudiendū allegatur: ibi. Tibiq;. ¶ Circa primum dicit. Memēto dñe.

Questio.

Circa qd verbū statī orit questio. Cū nihil ignoret dei sapiētia: nec alicuius valet obliuisci: quid est qd postulat sacerdos: vt quorundā memoret?

Rn̄sio ad questionē.

¶ Ad qd rn̄det: q sacerdos hec dicēs nequaq̄ intēdit vt deū ad oblitorū rememoratione excitet: sicut nec petit ꝛ orat vt que necessaria nobis sunt: deū instruat: aut quemadmodum nobis misereatur: doceat et inclinet. Nō em obliuisci pōt deus sicut nec ignorare: nos quidē multorū que nouimus obliuiscimur: ad q̄ iterū cognoscenda p spēs vel habitus post actualē cognitionē derelictas vel derelictos: nūc locutione: nūc visione: nūc alicuius sibi occurrētis ꝯsideratiōe: nūc doctrinarū collatiōe aliisq; modis q̄ plurimis excitatas vel excitatos in recordationem reducimur oblitorū. Nō sic omnisciēs ꝛ a fine ad finē attingēs dei sapiētia. Cuius oculis nuda sūt oia ꝛ aperta. Heb.

ad Heb. iiii.

iiii. In quo nō est cognitiuorū actuū vicissitudo: qm apud eū nec est trāsmutatio nec vicissitudinis obūbratio. Iaco. i. Ego inqt sum deus ꝛ non mutor. Malach. iii. Nā vnico itelligēdi actu immutabili ꝛ eterno qui est immēsa ei⁹ essentia: cūcta nouit: psentia: pterita ꝛ futura ꝛ possibilia: q̄ oia ꝛ singula sue notioni eternalr sunt presentia. Vn̄

Iacobi. i.
Malac. iii.
Boetius

Boe. v. de ꝯsola. me. ii. Huic scꝫ deo ex alto cūcta tuenti nulla terre moles resistunt. Nō nox atris nubibus obstat: que sint que fuerint veniāt que vno mentis cernit in ictu: quē qr respicit omnia solus: verū possis dicere solē. Et prosa vlti. Est deo semp eternus ac psentarius status. Sciētia quoq; eius oēm temporis supergressa motionē: i sue manet simplicitate psentie: infinitaq; pteriti ac futuri spacia ꝯplectēs: oia quasi iā gerant in sua simplici ꝯsiderat cognitione. Hec Boe. Consonat illd Salo. Prouer. xv. In omni loco oculi dn̄i ꝯtemplant bonos ꝛ malos. Et sequit. Infernus ꝛ pditio corā dn̄o: quāto magis corda filiorū hoim.

Prouer. xv

Hiere. xxiii. E vicino ego sum dicit dn̄s: non de longe deus ⁊ cognosco. ¶ B Que ergo in nobis est obliuio p passionē ꝛ cognitionis mutatione: deo attribuim⁹ per effectū sm Alber. Deus dicitur scire quos approbat. Aplus. Cognouit dn̄s qui sunt eius. Et di nescire quos reprobat. Mat. vii. Nunq̄ noui vos. Rursus di obliuisci malorū cū malus ad bonū cōuertit: vn̄ Si impius egerit pniam oim iniquitatū eius nō recordabor. Et di obliuisci bonorū: cum bonus ad mala puertit: vn̄ ibidē. Si iustus a sua iustitia se auerterit omnes iusticias ei⁹ nō recordabor. Deus ergo quādoq; recordatur ad miserandū: sm illud Iob. vii. Memento mei deus: qr ventus est vita mea. Quandoq; recordatur ad puniendum: vn̄ ps. Memor esto domine filiorū edom: in die hierusalē. Cum ergo petitur vt aliquorum meminerit: petitur vt illorum misereatur: sm illud. Reminiscere miserationum tuarum dn̄e: ꝛ misericordiarū tuarū que a seculo sunt. Et q eos gr̄a sua visitet qua mereantur: aut q bona eterna vel temporalia cōferat propter precedētia merita. Sic orauit Ezechias rex iuda: vt habetur Esa. xxxviii. Obsecro dn̄e: memēto quō ambulauerim coram te in veritate ꝛ corde pfecto: ꝛ quod bonū est in oculis tuis fecerim. Sic ꝛ orat propheta in ps. Memēto nr̄i dn̄e in bn̄placito populi tui. Uisita nos i salutari tuo. De hoc etiam beatus Augustinus lib. xi. confes. suarum in principio ita ait. Nunquid domine cum tua sit eternitas ignoras que dico tibi: aut quid temporis vides: que fiunt in tempore? Cur ergo tibi tot rerum narratione digero? Non vtiq; : vt per me noueris ea: sed affectum meum excito in te: ꝛ eorū qui hoc legunt: vt dicamus omnes. Magnus dominus ꝛ laudabilis nimis. Et sequitur. Nam et oram⁹ ꝛ tn̄ veritas ait. Nouit pater vester qd vobis opus sit priusq̄ pietatis a deo. Affectū ergo nostrū patefacimus in te confitēdo miserias nostras et misericordias tuas sup nos: liberes nos vt desinamus esse miseri in nobis: et btificemur in te. Hec August. ¶ C Hoc itaq; modo orat sacerdos: dicens. Memento scilicet per gratie appositionē: ꝛ pctōrū remissionē. Dn̄e qui diues es in misericordia: et omnis grē locuples possessor: cui ad saluandū cum volueris subest posse. Sapiētie. xii. Tu es dn̄e qui vite et mortis habes potestatem: et deducis vsq; ad portas mortis: et reducis. Eiusdem. xvi. Igitur memento famulorū famularūq; tuarum. Famulorum preponitur propter sexus dignitatem: propter quā vir caput est mulieris cui subiecta esse debet: scdm apostolū. i. Cor. xi. ꝛ i. ad Tim. ii. dicit autem non viri et mulieris: sed famulorum famularūq; tuarū: scilicꝫ te recte colentiū per catholicā fidem. Per quā se famulos deo subiectos recognoscunt: eumq; celi ꝛ terre dn̄m pfitent. Pro talib⁹ orās sacerdos: qd petit facilius poterit impetrare. Unde cū Salomon sapientiam a sede magnitudinis sibi mitti peteret: vt secū esset: secūq; laboraret: per quam ꝛ sciret quid acceptū est coram deo omni tēpore: statim post petitionē famulatus sui memoratur: dicēs. Da mihi dn̄e sediū tuarū assistricem sapiētiā: ꝛ noli me reprobare a pueris tuis: qm seruus tuus sum ego: et filius ancille tue. i. ecclesie: q̄ me genuit per verā fidē ad tua obsequia. Et prophe ta orans pro anime sue salute: ꝛ sua ab inimicis liberatione: sui famulatus meminit dicens. Educes de tribulatione

Hiere. xxiii.
ii. Tim. ii.
Ezech. xviii.
Iob. vii.
Esa. xxxviii.
Augustinus
Sapien. xii
Sap. ix.

ces d: tribulatione animā meam: ⁊ in mia tua di
sperdes oēs inimicos meos: ⁊ perdes oēs qui tri
bulāt animā meā: qm̄ ego seruus tu⁹ sum. Et ite
rū. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in ce-
lis. Ecce sicut oculi seruo. in ma. do. suo. Et sicut
ocu. an. in ma. dn̄e sue: ita ocli nostri ad dn̄m deū
nostrū donec misereat nostri. Nec frustra fundi
tur oratio pro famulis dei ⁊ ministris: q2 illis ꝓ-
misit christus suā assistentiā in celis. Uolo inq̄t
pater: vt vbi ego sum: illic sit ⁊ minister meus. Si
quis mihi ministrauerit honorificabit eū pater

Joan. xij.

meus qui in celis est. Jo. xij. Orat ergo pro famu
lis ⁊ famulabus: q2 famulatus ⁊ humilis seruit⁹
deprecati animū ad cōcessionē petitoꝝ assolet in
clinate ¶ D Et hic locus est vbi congruit ꝙ sa-
cerdos ꝓ his pro quib⁹ vult specialiter oret: qḋ
nota copulationis innuit ſm Alex. posita cū di-
cit. famuloꝝ famularūq3 tuaꝝ. Et omniū circū-
stantiū. Et cū nō solet copulare partē cōtentam
toti cōtinēti: quod autem dicit famuloꝝ famula
rūq3 tuaꝝ cōtinet: q2 omniū fideliū ecclesiam im
portat: qḋ cōiungit omniū circūstātiū continet:
q2 partē ecclesie representat. Pars autē cōtinet
a toto: ideo vt apta sit copulatio famuloꝝ famu-
larūq3 tuaꝝ: specificari dꝫ per certos: ꝓ quib⁹ sa
cerdos specialiter sacrificat: ⁊ sic nō erit totū cō-
tinens cui apte copulat: ⁊ omniū circūstantiū: q̄
nō sunt partes horū famuloꝝ famularūq3 tuaꝝ.

Innocen.

Ideo ponit in codicib⁹. N. ⁊. N. ⁊ in nōnullis ru
brica inserit. Hic fac memoriā viuoꝝ: vt ī Inno.
Ex hac verboꝝ forma cū eo qḋ sequit: ⁊ oīm cir-
cunstantiū: manifeste conuincit ꝙ hic quidē sit
locus vbi sacerdos specialiter illos ꝓ quib⁹ ora-
re voluerit dꝫ nominare. Debet tamē nomina vi
uoꝝ dūtaxat recensere: qm̄ in sequentibus locus
mum. fac de ipsa farinula subcinericium panem
paruulū ⁊ affer ad me. Tibi autem ⁊ filio tuo fa-
cies postea. Hanc vnitatem vel quasi vnitatē:
hoc est participationem alicui⁹ vni⁹ esse rōnem
diligibilitatis exēplariter declarauit Guil. pari-
sien. ita dicēs. Societatē naturalē ⁊ amorem inter
fratres facit cōio cause essendi. Cōmunicat em̄ i
patre: ⁊ si addita fuerit cōicatio in matre: erit for-
tior. Naturalius em̄ se plus diligūt q̄ simul cōi-
cant in patre ⁊ in matre: q̄ꝫ qui in altero. Cōioni
si addideris cōionem in victu: erit fortior cōio-
nis amor inter eosdē. Et si addideris vt cōicent
in magisterio erit fortior. Itē si addideris cōionē
in lege: addes ⁊ fortitudinē eidē amori. Et si ad-
dideris cōionem in professiōe vel ordine: addes
⁊ aliā causam fortitudinis ⁊ cōfirmationis. Et si
addideris iterū cōionē in principe vel prelato:
augebitur ex hoc: ⁊ amplius firmabitur ipsa cōio.
Et si addideris cōionem domus: erit adhuc ex
hoc augmētum fortitudinis. Subdit causā om
nium premissorum dicēs. Radix autem in oībus
his est vnitas ⁊ cōmunio eiusdem amati: vel fm
quosdam: ipsa silitudo ⁊ assimilatio. Iuxta hunc
modū cōicatio in duce vnit milites: ⁊ cōicatio in
signo bellatores: ⁊ cōicatio in domo seruos ⁊ fa-
mulos: ⁊ cōicatio in mercede vel ope operarios: et
cōicatio in pastore vel grege vel pascuis oues: et
cōicatio cōmercantiū negociatores. Cōcludit q̄
quāto in pluribus ⁊ maioribus magisq̄ amādis
hoīes cōparticipant: tanto maior est in eis socie
tas: familiaritas: ⁊ dilectio: nisi aut inuidia: aut
alterius pestis corruptio hec impedierit. Re-
cte ergo ꝑ se suisq̄ offerūt fideles missam audiē
tes. Suis dico quibus magis vinculo nature et
familiaritatis sunt cōiuncti: q2 ad hoc est incli-
natio naturalis: q̄ semper recta est: q2 a deo indi-
ta: cui voluntas si fuerit cōsona: et ipsa recta erit
⁊ hoc nisi prohibita sit per regulam superiorem:
ne illi se ꝯformet: qḋ in ꝓposito minime reperit.
Orāt igit ꝑ suis consanguineis ⁊ affinibus fami
liaribus: amicis et benefactoribus fm Innocen.
Sic princeps quidam accessit ad iesum interce-
dens pro filia. Pro fratre suo orauit Martha.
Centurio pro puero paralytico. Et flentes vidue
deprecabant petrū vt resuscitaret thabitā nole
dorcas: ostendētes ei quas fecerat illis tunicas.
Act. ix. Ita ⁊ modo fideles ac deuoti ꝑ se: ⁊ per sa
cerdotem orant ꝑ sua varia sibi cōditione ꝯiun
ctis. Et lꝫ etiā teneamur diligere inimicos fm il
lud Matt. v. Diligite inimicos vestros. tñ dicit
Alexā. seruare debem⁹ ordinē charitatis. Cān. ij.
Introduxit me rex in cel. vinariā: ordi. in me cha.
Et addit. Estimo nihilominus q̄ si sacerdos ꝓfe
rendo hec ṽba suos inimicos amplecteret vtili⁹
sibi: ⁊ deo acceptabili⁹ hec eadem ꝓferret. ¶ H
Pro redēptione animarū suarum. pro spe salutis
⁊ incolumitatis sue. ¶ Hec est secunda particu-
la quarte partis principalis partis scḋe: in qua
postq̄ꝫ tactū est ꝑ qb⁹ ⁊ qualibus orat: ostendit
q̄d ꝑ eis a deo desiderat. Sunt aūt fm Innoc. et
Alex. post magfm. ij. sen. di. xxvij. tria bonorū ge-
nera. s. corpalia / spūalia / ⁊ eterna. Pma sunt infi
ma: scḋa media: tertia suprema: q̄ qb⁹ sacerdos of-
ferendo sacrificiū orat. Pro summis cum dicit:
ꝑ spe salutis. Pro medijs cū pmisit: ꝑ redēptiōe
animarū suarū. Pro infimis cū vltimo addit: et
incolumitatis. Ita vt verbū salutis ad ale salutē
que in beatitudine perficit: ⁊ incolumitatis ad
sanitatē corporis referatur. Utraq̄ em̄ sal⁹ mē-

Mat. ix.
Ioā. xi.
Mat. viij.
Act. ix.
Mat. v.

tis ⁊ corporis est ab eo: qui dicit. Salus populi
ego sum. Et q2 vtraq̄ salus ꝓuenit de redēptio-
ne aie. i. peccati remissione: sicut ecōtra de reatu
peccati ꝓcedit infirmitas vtriusq̄ fm sniam ve-
ritatis. Ioā. v. Ecce inquit san⁹ fact⁹ es: iam no
li peccare / ne deteri⁹ aliq̄d tibi cōtingat. Deniq̄
dñs docet nos pro his trib⁹ orare. Mat. vi. Pro
eternis. Adueniat regnū tuū. Pro spūalib⁹. Fiat
volūtas tua sicut in celo ⁊ in terra. Uolūtas dei
est sanctificatio nostra. i. ad Thes. iiij. Scifica-
tio aūt que est per grām ⁊ charitatem bonum est
spūale. Pro corporalibus. Panem nostrū quoti
dianū da nobis hodie. Offerimus igit ꝑ eternis
vt dent nobis in premiū: pro spūalibus: vt dent
nobis ad meritū: pro corporalib⁹: vt dent nobis
ad amminiculū: vt per corporalia ꝑueniam⁹ ad
spūalia: ⁊ ꝑ spūalia ad eterna. Orās ergo sacer-
dos primo dicit. Pro redēptione animarū: nō ꝑ
tpali lucro: vel terreno appetitu: sed pro redem-
ptione animarū. i. remissione pctōrū. Quibus re
missis ala redempta est: fm illud ps. Et ipse redi
met israel ex oībus iniquitatib⁹ eius. Pctm̄ em̄
captiuam detinet alam: fm illud Prouer. v. Ini-
quitates sue capiūt impiū: ⁊ funibus pctōꝝ suo
rū cōstringitur. Peccati ṽo stipendiū mors est.
Rom. vi. Remisso igitur pctō: ala liberatur et a
morte redimit. Et rōnabiliter petit remissio pec
catorū ⁊ alarū redemptio: per hanc oblationem
gloriosi corporis ⁊ preciosi sanguinis xp̄i: q2 hoꝝ
oblatio in cruce redemptionem alarū nostrarū
operata est ⁊ pctōꝝ remissionē. De primo. i. Pe.
i. Sciētes q̄ nō corruptibilib⁹ auro ⁊ argēto re-
dempti estis de vana vestra cōuersatione pater
ne traditiōis: sed ꝓcioso sanguine quasi agni im
maculati. Et Apoc. v. Redemisti nos deo in san
guine tuo. Huius redemptionis oblatio nostra
iugis est commemoratio. Inde Matthei. xxvi.
Hic est sanguis meus noui testamenti: qui pro
multis effundetur in remissionem pctōrū. Uñ ⁊
fm btm̄ Hiero. Uerbū qḋ iudei in malū sibi ⁊ fi-
lijs suis imprecabant dicētes. Sāguis eius sup
nos: ⁊ sup filios nostros. nobis optamus in salu
tē ⁊ remissionē pctōrū ⁊ redēptionē animarum.
est aūt redēptio ale a pctō: est ⁊ redemptio a pre-
senti miseria ⁊ exilio. Utraq̄ fit ꝑ xp̄i sanguinem
qui offert. De primo dr̄ Apoc. i. Lauit nos a pec
catis nostris in sanguine suo. De scḋo Hebre. x.
Habem⁹ fiduciam ꝑ sanguinē eius in introitu
sctōꝝ. Per introitum aūt sctōꝝ regni celestis: qḋ
sancti introierunt a miserijs huius seculi eripi-
mur. Et de exilio ad pr̄iā: de merore ad sempiter
nā leticiā reuocamur: vñ Esa. xxxv. Ambulabunt
qui liberati fuerint ⁊ redēpti a dño: cōuertentur
⁊ venient in syon cū laude ⁊ leticia sempiterna su
per capita ipsorū. Gaudiū ⁊ leticiā obtinebunt:
fugiet dolor ⁊ gemit⁹ ¶ I Petitaq̄ peccatorū
remissione: quā ꝓcedere opꝫ salutē: etiā pro ipsa
salute orat dicēs. Pro spe salutis. i. beatitudinis
idest beatitudīe sperata. Spe nāq̄ salui facti su-
mus. Ad Rom. viij. Est aūt vita beata id ꝑ quo
principaliter orare debemus: eāq̄ petere tanq̄ꝫ
summā nostram perfectionē ad quā cōditi sum⁹
a dño: vt dicit Aug. Ad Probā: in de orādo deū.
Cetera aūt oīa q̄ petimus / non petim⁹ nisi fm q̄
ad hāc ordinant. Ita ⁊ saluator prima petere do-
cuit: vt nobis adueniat regnū suum: q̄ꝫ vt panis
quotidianus tribuat. Uñ ⁊ Mat. vi. docet. Pri-
mū querere regnū dei ⁊ iustitiam eius: ⁊ dehinc
alia oīa adyciens. Pro quibus obtinendis sacer
dos addit. Et incolumitatis sue. i. cōmoditate
corporis que ad salutem ⁊ beatitudinē obtinen-

Ioā. v.
Prouer. v.
Ad Rom. vi.
Apoca. v.
Mat. xxvi.
Hieronymus.
Apoca. i.
Esa. xxxv.
Augusti.
Mat. vi.

dum ordinaſ. Pro quo et orauit propheta cum di
xit. Cõſerua me dñe qm̃ ſperaui in te. Et iterum.
Ne proiicias me in tpe ſenectutis: in qua plures
corporis aduerſitates aſſolent aduenire. Uñ ſeq
tur. Cũ defecerit virtus mea ne derelinquas me.
Pſ. lxx. ¶ Exponitur aũt hec clauſula ſm domi-
num Alber. ſcilicet pro ſpe ſalutis ꝛ incolumita-
tis: ita vt ambo hec ſalus ꝛ incolumitas ad cor-
pus referantur. Unde cum petit ſacerdos ꝑ ſpe
ſalutis petit pro debilibus ꝛ infirmis. Cum ꝑ ſpe
incolumitatis: pro valentibus ꝛ ſanis. Sanitatẽ
autem petimus infirmis: vt fortiores ſint in dei
ſeruitio. Ad quod ꝛ ipſe per ſe dominus multos
in corpore infirmitate grauatos curaſſe legitur ꝛ
ſanaſſe. vnde ꝛ ipſe ingratos de ſanitate recupe-
rata arguit: cum ex decẽ leproſis mũdatis: vnus
tantum regreſſus magna voce magnificans deũ
proſtratus in terram gratias egit: a dño audiuit

Lu. xvii.

Nonne decem mundati ſunt: ꝛ nouem vbi ſunt?
Non eſt inuentus qui rediret ꝛ daret gloriã deo
niſi hic alienigena. Iſtaꝫ ſanitatẽ a dño concedi:
teſtatur propheta dicẽs. Benedic aĩa mea domino.
Sequitur. Qui ſanat omnes infirmitates tuas:
qui redimit de interitu vitam tuaꝫ. Incolumitas
petitur pro ſanis ꝛ valentibus: qꝛ incolumitas ẽ
perfecte ſanitatis integritas: quã niſi deꝰ ſua mi
ſericordia conſeruet: ipſa ſtare nõ põt: tanꝙ ſup
fundamentũ debile fundata. Nã in corpore con
tinua eſt pugna calidi ꝛ frigidi: humidi ꝛ ſicci: le
uis ꝛ grauis: duri ꝛ mollis: aliarũqꝫ cõtrarietatũ

Sap. xvi.

que in corpore ſunt humano. Unde ſcribitur Sa
pien. xvi. Nõ herba neqꝫ malagma ſanauit eos
ſed tuus dñe ſermo qui ſanat omnia. ¶ Eſt etiaꝫ

Dan. xiii.

quedam ſpes ſalutis ſpes euadendi machinatio
nem inimicoꝝ: ſicut in pſ. dr. Erue a fra. deꝰ a me
ꝛ de ma. ca. vni. meã. Salua me ex ore leonis: et a
cor. vnicor. humi. meã. ꝛ Dan. xiii. Et ſaluatꝰ eſt
ſanguis inoxius in illa die. ſanguis ſcilicet ſuſan
ne de inſidiis iniquoꝝ iudicũ. Et de his omnibꝰ
dicitur in pſ. Dñs cõſeruet eũ ꝛ vi. eũ: ꝛ btm̃ fa.
eũ in ter. ꝛ nõ tradat eũ in manibꝰ inimicoꝝ eiꝰ.
Dñs opẽ ferat illi ſup lec. doloris eiꝰ vniuer. ſtra
tũ eiꝰ ver. in infir. eiꝰ. ¶ Pro hac ſalute liberatio
nis a fraudibus inimicoꝝ: ſilr offert ꝛ orat ſacer-
dos dicẽs. Pro ſpe ſalutis et incolumitatis ſue.
¶ R Sequitur. Tibiqꝫ reddunt vota ſua eterno
deo viuo ꝛ vero. Hec eſt tertia particula ꝑtis qr
te: in qua vt deus exaudiat bona coꝝ pro quibus
petiſ allegant. vñ diciſ. Memẽto dñe illoꝝ pro q
bus tibi offerimꝰ ſacrificiũ laudis: q tibi reddũt
vota ſua. i. deuotionẽ vel affectionẽ ſuã vel bona

Dubiũ pri mum.

opa ſua. ¶ Sed hic ſunt duo dubia. Primum cir
ca priorẽ textũ: cum dr. ii. Coꝛ. xii. Uirtus in infir
mitate perficiſ. Et cum infirmor tũc potẽs ſum.
Quid eſt ꝙ pro corporis infirmitate offerſ ſacrifi
cium ab eccleſia? Reſpondet Alex. vt infirmitati

Rñſio ad dubium.

nře ꝯdeſcẽdẽs: nobis occaſionem impatiẽtie pre
cludat: ꝛ ꝯſeruata vel reddita ſanitate gratiaruꝫ
actiões dño referamus. ¶ Scõm dubiũ circa ꝑ-

Scõm dubium.

ſentẽ textum. Cũ noſtra donemꝰ: ꝛ aliena redda-
mus: quõ vota ſi ſua ſunt: reddũt fideles ꝛ nõ po
tius donãt? Et ſi reddũt: quõ ſua ſunt ꝛ nõ potiꝰ
aliena? Rñdet Inno. ꝛ Alex. Uotũ ꝛ gñalr opus
bonũ ꝛ hois eſt ꝛ dei. Dei ꝑpter auctoritatẽ gra
tie. Hois propter libertatẽ arbitrii. Propter qḋ
dicit apls. i. Coꝛ. xv. Nõ aũt ego: ſed gra dei me-
cum. ꝛ i. Coꝛ. iii. Coadiutores ſumus dei. Et hoc
cõfirmat btũs Auguſtinus ſuper illud pſ. Adiu
ua nos deus ſalutaris noſter. dicẽs. Hoc verbo

Auguſtinꝰ.

ait: ſalutaris noſter ſatis exponit: quam pauper
tateꝫ voluit intelligi in hoc ꝙ dixit. Quĩ paupes
ſumus nimis. Ipſa quippe eſt infirmitas: cui ſa-
lutaris eſt neceſſarius. Cum vero adiuuare nos
vult: nec ingratus eſt gratie: nec tollit liberũ ar-
bitrium. Qui eñ adiuuatur ipſe etiam per ſeipm
aliquid agit. Concordat magiſter ii. ii. diſt. xxvii.
dicens. Ex gratia incipiũt bona merita: ꝛ cum ex
gra ſola eẽ dñr: nõ excludiſ lib. ar. qꝛ nullũ meritũ
ẽ i hoie: qḋ nõ fit ꝑ lib. ar. ¶ L Pro cuiꝰ itellectu
aduertẽdũ ꝙ i actu meritorio duo eſt ꝯſiderare.
Primũ eſt ipa ſubſtãtia ſiue realitas actꝰ. Scðꝫ
acceptabilitas actus. Subſtantia actus eſt a li-

Duo ſũt cõſideranda i actu meritorio.

bero arbitrio ſeu volũtate ſimul ꝛ a gratia: qꝛ gra
ꝛ voluntas ſunt due cauſe partiales: ꝛ vna cauſa
totalis actus illius Uolũtas tamen eſt cauſa ꝑn
cipalior: quia voluntas habet rationem potẽtie.
Gratia rationem habitus. Potentia autem vti-
tur habitu ꝛ non ecõuerſo. Et propterea ille actꝰ
liber dicitur quantum ad ſuũ ꝑduci. Hec auteꝫ
libertas eſt a voluntate: nõ a gratia vel charita-
te: quia hec eſt qualitas quedam naturaliter acti
ua: ſicut calor in igne: vel alia qualitas quecun-
qꝫ. Ex quibus duobus ſurgit principalitas quo-
ad voluntatẽ reſpectu ſubſtãtie actus eliciti. Ac-
ceptabilitas autem ipſius actus meritorii ſimilẽ
ter eſt a voluntate ꝛ etiam a charitate. Non eniꝫ
actus qcunqꝫ a deo acceptatur in ordine ad bea
titudinem conferendam: niſi ſit libere a volunta
te elicitus. Neqꝫ tamen hoc ſufficit: ſed oportet
ꝙ hoc ſit ſecundum inclinationem charitatis.
Que quia ratio ponitur merendi: ipſa eſt cauſa
principalior quoad acceptabilitatem ꝛ hoc ex or
dinatiõe dei plꝰ acceptãtis actũ: qꝛ ẽ a charitate
inclinãte ꝙ qꝛ ẽ a potẽtia eliciẽte: quis vtrũqꝫ re
qraſ. Et ꝑ illo facit dictũ bti Aug. i. de lib. ar. Gra

Auguſti.

tia ſe habet ad liberum arbitrium ſicut ſeſſor ad
equum. Idem in epiſtola ad Sixtum. voluntate
inquit concomitãte nõ preueniente: pediſſequa
nõ dña: homo meretur. Et ibideꝫ. Quid eſt hois
meritũ ante gratiã: cum oẽ bonũ meritũ noſtruꝫ
nõ in nobis facit niſi gra. In quibꝰ verbis videſ
principalitatẽ immerito attribuere gratie: quis
nõ ſecludat volũtatẽ. Sunt ergo vota ꝛ bona me
rita nra ꝛ dei. Nra vt dictum eſt ex libe. arbi. Dei
ex gra ad ipſa inclinãte. Cõgrue igiſ diciſ: q tibi
reddũt vota quaſi tua ex gra. Cõgrue etiã ſubiũ
gitur vota ſua ex voluntate: qꝛ quaſi libere elici-
ta. Libere eñ exit volũtas in opera talia ſicut in
quecũqꝫ alia. Hic ait propheta. Aĩa mea i mani
bus meis: ſemꝑ quoad opari ſcꝫ nõ quoad eſſe:
qꝛ ſic a ſolo deo eſt. Et illud Eccli. xv. Deꝰ ab ini

Eccl. xv.

tio cõſtituit hoiem: ꝛ reliquit eũ in manu cõſilii
ſui: adiecit ei mãdata ꝛ precepta. Sequitur. Ap-
poſuit tibi aquã ꝛ ignem: ad qḋ volueris: porrige
manũ tuã. Ante hoiem vita ꝛ mors: bonũ ꝛ ma-
lũ: qḋ placuerit ei: dabiſ illi. Ex quibus ſatis in-
telligi datur ꝙ opera hois in ipſius ſunt ptãte.
¶ M Sequitur. Eterno deo viuo et vero. Alex.
Dii dicuntur ꝛ homines ꝛ demones ꝛ ſimulacra
vel imagines: ſed homines adoptiõe: demones
vſurpatione: imagines nuncupatione. Per ad-
aptionẽ vt ibi. Ego dixi dii eſtis: ꝛ filii excelſi om-

Pſ. xcv.

nes. pſal. lxxxi. et Exodi ſeptimo. Moyſi dictum
eſt. Ecce conſtitui te deum pharaonis. Per vſur

Matt. iiii.

pationem: vt ibi. Omnes dii gentium demonia.
Hi deitatem ſibi vſurpant: hoc eſt gloriam deo
debitam. Unde Matt. iiii. Sathan dixit chriſto.

Eſa. xiiii.

Hec omnia tibi dabo: ſi cadens adoraueris me
ſcꝫ latria adoratione vt deũ. ꝛ Eſa. xiiii. In celuꝫ
ꝯſcẽdã: ſup aſtra dei exaltabo ſoliũ meũ: ſedebo
in mõte teſtamẽti: in lateribꝰ aquilonis. Aſcẽdã
ſuper altitudineꝫ nubium: ſimilis ero altiſſimo.

Sap. xiiij.

Per nũcupationẽ appellarũt deos opa manuuꝫ suarũ: lapides scꝫ ⁊ ligna ⁊c. de quibus. Sap. xiij. Infelices aũt sunt ⁊ inter mortuos spes illoꝝ est: qui appellarũt deos opa manuũ suaꝝ. Et in ps. cxiij. Simulacra gentiũ argentũ ⁊ aurũ opa manuũ hoiꝫ. Os hñt ⁊ nõ loquenꝭ: oculos hñt ⁊ nõ videbũt. Primi sunt veri ⁊ viui: sꝫ nõ eterni. Nã de eis dꝛ i ps. lxxxi. Uos aũt sicut hoies moriemini: ⁊ sicut vnꝰ de pncipibꝰ cadetis. Scdi sunt, viui: sed nec eterni: nec veri. Nõ eterni: qꝛ mutabiles: lꝫ qd finis carẽtiã sũt ppetui. Eternꝰ em̃ esse nõ põt nisi imutabilis tã substantialr ꝙ̃ accidentalr. Naꝫ fm Boe. v. de ꝯso. pña. viti. Eternitas est interminabilis vite tota ⁊ simul possessio. Qđ soli deo ꝯuenit: qꝛ est qcqd esse põt: nec transmutatiõe aut vicissitudine variaꝭ. Jaco. j. Apud quẽ nõ trãsmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Neqꝫ veri sunt q̃ in veritate nõ steterũt. Nã ab initio homicida erat ⁊ in veritate nõ stetit: ⁊ veritas nõ est in eo. Tertij nec veri sunt: nec viui: nec eterni qꝛ nec veritatis capaces: qꝛ surdi et muti. Nec sensu ab intellectu pditi: nec icorruptibilitate dotati. Ad hoꝝ olm exclusionẽ dꝛ. Tibi deo eterno vivo ⁊ vero. Solus em̃ deꝰ p essentiã est deꝰ eternꝰ viuus et verus. Esa. xliiij. Absqꝫ me nõ est deꝰ: imo est eternitas ipsa vita ⁊ veritas. Cui neqꝫ vita neqꝫ vitas neqꝫ eternitas accidere põt: qꝛ simplex ⁊ incõpositus: ⁊ nulli oino componibilis. Ens oino pmũ ⁊ independens: ens necessariũ ens pfectissimũ. Hinc ab alio esse non capit. De cuiꝰ eternitate dicꝭ. j. ad Tim. vlti. Qui solꝰ hꝫ imortalitatẽ. glo. vera imortalitas vã est eternitas. de vita. iiij. Reg. xvij. Uiuit deus in cuius cõspectu sto. De veritate Rom. iij. Est autẽ deus verax: ois hõ mendax. ❡ Uel dicꝭ deo eterno vero viuo: ad innuẽdũ ꝙ tres psone diuine operantur in hoc sacramento. Licet em̃ hec tria appropriata psonarum: eternitas: veritas: vita sint cõia oibus tribꝰ psonis: qꝛ eternus pater: eternꝰ filius: eternus spũssanctus. Sic verus et viuus pater: verus viuus filiꝰ: verus ⁊ viuꝰ spũssctũs: tamẽ per appropriationẽ quandã eternitas patri attribuitur: qꝛ principiũ est sine principio originãte: de quo in symbolo Athanasij dicitur. Pater a nullo est: nec factus: nec creatus: nec genitꝰ. Sunt aũt a patre omnia: filius per generationẽ: spiritussanctus per spirationẽ: cetera cuncta per creationẽ. Ueritas appropriaꝭ filio: qꝛ procedit per modũ intellectus vt verbũ ad quem pertinet veritas. Uñ et de seipso Joan. xiiij. Ego sum veritas. Et propheta de filio loquens ait. Ueritas de terra orta est. Uita appropriatur spũisctõ qꝛ pcedit per modũ volũtatis ad quẽ specialẽ ordinem hꝫ vita: vt dico spiritualis. Unde in symbolo niceno dicitur. Et in spm̃sctm̃ dominũ viuificantẽ. Opatur aũt pater trãssubstantiationẽ panis et vini in corpus ⁊ sanguinẽ xpi: qꝛ hoc fieri nõ põt nisi per infinitã potentiã q̃ patri appropriaꝭ. Ordinat filius per sapientiam vt fiat sub speciebus humano vsui ꝯueniẽtibus: panis scꝫ ⁊ vini. Spiritussanctus cõfert grãm digne sumẽtibus p suã clementiã vt recte dicaꝭ eucharistia: quod est interpretatũ bõa gratia. Et licet hec obsecratio vt dicit Jnno. ⁊ Alex. spãlr dirigaꝭ ad prem pp auctoritatẽ pncipij: vt dictũ est: fm ꝙ ipse filius docet nos orare Matth. vj. Pater noster q̃ es in celis ⁊c. Propter qđ etiã in pncipio canonis dicꝭ. Te igiꝭ clementissime pater per iesum xpm dñm no. sup. rogamꝰ ac petimꝰ: tñ indiuidue trinitati sacrificiũ laudis offerꝭ: tã scꝫ patri ꝙ̃ filio ꝙ̃ spũi sctõ quoꝝ sicut idiuisibilis ẽ maiestas: sic ⁊ indiuisibilis adoratio. iuxta quod veritas dicit. Ueri adoratores adorabũt prem in spũ ⁊ veritate. i. in filio ⁊ spũsctõ: qꝛ pꭍ essentialr est in filio: ⁊ filius naturalr in pre: ⁊ spũssctũs substantialr in vtroqꝫ. Fm hoc ergo offerꭍ laudis sacrificiũ deo eterno. i. deo pri. deo vero. i. deo filio: deo viuo. i. deo spũisctõ q̃ lꝫ sint tres in psonis: vnꝰ tñ sunt deꝰ in essentia: que est indiuidua trinitas: cuiꝰ indiuisa est adoratio: q̃ specialr in hoc sacrificio exhibeꭍ.

Sap. xiij.

Ps.

Eternitas quid.

Jaco. j.

Jo. viij.

Esa. xliiij.

Ad rom. iij

Athanasiꝰ.

Joh. xiiij.

Mat. vj.

Jo. iiij.

❡ Lectio. xx. A



Om municãtes ⁊ memoriam venerãtes. ❡ Hec est pars scđa pncipalis totiꝰ canonis: i q̃ post petitionẽ bñdictionis appositoꝝ muneꝝ pro tota ecclia offerendoꝝ in pcedẽte pte pmissa: poniꭍ sctõꝝ inuocatio: quoꝝ precibꝰ ⁊ meritis eorũdẽ donoꝝ nobis a deo sacta est collatio. Et diuidiꭍ in duas ptes. Jn pria sctõꝝ ꝯmemoratio pmittiꭍ. Jn scđa p eoꝝ pces ⁊ merita supplicatio subinferꭍ: ibi. Quoꝝ meritis. Prima pars subdiuidiꭍ in pticulas quatuor. Jn prima tangiꭍ sctõꝝ cõis memoria venerabilr. Jn scđa fit memoria gliose virginis marie primo et pncipalr: ibi. Jn pmis. Jn tertia exprimunꭍ quorũdã aploꝝ ⁊ martyꝝ noia spãlr: ibi. Sed ⁊ btõꝝ. Jn quarta addiꭍ olm sctõꝝ memoria gnalr: ibi. Et olm sanctoꝝ tuoꝝ. ❡ Circa primũ dꝛ. Cõicantes. Pro cuius intellectu aduertendũ fm Jnno. ꝙ extra vnitatẽ ecclie nõ est locꝰ offerẽdi sacrificiũ vnitatis. Jđ sctõꝝ memoriã agimꝰ in sacrificio: quatenꝰ in ipoꝝ ofone cõionẽ hñtes sacrificiũ offeramꝰ. Scriptũ ẽ em̃. Alienigena nõ vesceꭍ ex eis qm̃ sctã sunt. Leui. xxij. (als ibidẽ. Ois alienigena nõ comedet d sctificatis). Jđ solũ illũ ad esum huiꝰ agni recipimꝰ q̃ nr̃e ꝯiũctꝰ est domui: vcꝫ oẽꝫ domesticũ fidei a pnciperꝯqꝫ ad plebeiũ: a pharisco vsqꝫ ad publicanũ. Ex sctis aũt ⁊ fidelibus viatoribꝰ vna domꝰ ⁊ ecclesia ꝯstat: vt. s. habitũ est. Jđ vt nõ rũpatur vnitas offerimꝰ laudis sacrificiũ cũ sctis cõicantes. Cõicantes. s. in vsu ⁊ oblatiõe huiꝰ sacrificij cũ sctis q̃ hoc sacrificio medio salutẽ ꝯsecuti sunt: qm̃ ipm est viaticũ, ad vitã eternã pducẽs. Qui mãducat meã carnẽ: et bibit meũ sanguinẽ hꝫ vitã eternã. Joã. vj. Cõicãtes dixi in vsu: qꝛ de sctis dꝛ ꝙ erãt pseuerãtes in doctrina aploꝝ ⁊ in cõicatiõe fractionis panis. Act. ij. Cõicamus igiꭍ cũ sctis in hoc sacrificio p ꝯtinuationẽ. s. qꝛ ab ipsis dũ viuerẽt: cõionem et vsum illius sacrificij accepimus: et ipsorum patrocinio in ipa pseueramꝰ. Ul cõicãtes in via cũ sctis fm Jnno. in vna fide quã ⁊ ipsi viatores habuerũt. Cõicãtes ⁊ i spe: qꝛ qđ ipi sperabãt ⁊ nos speramꝰ. Jn pria vo cõicabimꝰ sctis p rẽ quã ipi hñt: q̃ñ eã ⁊ nos habebimus. Nos siquidẽ fideꝫ habemus ⁊ spem: ipsi visionẽ ⁊ rem. Nos pcurrimus stadiũ: ipi possidẽt brauiũ. Nos pugnamꝰ in via: ipi triũphãt in patria. Uel fm dñꝫ Alber. Cõicamꝰ cũ sanctis in sacramento altaris: qꝛ qđ

Innocen.

Leui. xxij.

Johã. vj.

Albertus.

Cõio quid.

Ad Hebr. xiij.

Causa qua re ecclesia peragit cõmemoratio nem sctõꝝ.

illi percipiũt in rei veritate: nos frequẽtamus in sacramẽtali specie. Cõio enim est pceptio vnius ⁊ eiusdẽ in quo vniunt qui cõicant: q̃uis diuersi diuersimode illud vnũ participent. Sic eñ in symbolo dicim⁹. Credo sctõꝝ cõionẽ. Et apostolus Heb. xiij. Beneficiẽtie⁊ cõionis nolite obliuisci: talib⁹ eñ hostijs pmeret de⁹. ¶ B Sequitur. Et memoriã venerãtes. Semper venerãda est sanctoꝝ memoria. Et q̃uis multis de causis cõmemorationem sanctoꝝ peragit ecclesia: vna tamẽ sufficiat ad nostrũ ppositũ: q̃ est vt nos fragiles ⁊ mortales: sanctos immortales venerantes: ipsisq̃ nos cõmẽdãtes: mereamur ipsoꝝ meritis ⁊ precib⁹ adiuuari: quatenus ad deũ plene glorificandũ eoꝝ societati cõiũgamur: vt sm̃ Inno. Memoriã apostoloꝝ ⁊ martyꝝ: ⁊ pcipue virginis gloriose vt ipsoꝝ suffragio de fide perducamur ad visionẽ: de spe ad rẽ: de stadio ad brauiũ: de via trãseamus ad patriã. ¶ Et dicit Alex. In hac cõmemoratione sanctoꝝ obseruat ecclia qd̃ antiquit⁹ fieri solebat: vt in orõnib⁹ patruꝫ memoria recoleret: quaten⁹ eoꝝ meritis suffragantibus facilius qd̃ petebãt impetrarẽt. Sic moyses p pplo peccãte intercedẽs inqt. Recordare abraã isaac ⁊ israel seruoꝝ tuorum. Exo. xxxij. Et post pauca sequit. Placatusq̃ est dñs. Sic Azarias in fornace succẽsa. Ne auferas inquit: misericordiã tuã a nobis dñe deus nr̃: ppter Abraaꝫ dilectũ tuũ: ⁊ Isaac seruũ tuũ: ⁊ Iacob sanctum tuũ. Dañ iij. Dñs quoq̃ dixit ad Salomonem. Scindã regnũ tuũ: ⁊ dabo illud seruo tuo: verũ tamẽ in dieb⁹ tuis nõ faciã ppter dauid patrem tuũ. De manu filij tui scindã illud: nec totum regnũ auferã: sed tribũ vnã dabo filio tuo: ppter dauid seruũ meũ ⁊ hierusalẽ quã elegi. iij. Reg. xi. Multis quidẽ patrũ merita filijs suffragant. Unde cũ Ezechias diuinũ postularet auxilium: audiuit. Protegã vrbẽ istã ⁊ ppter me: ⁊ propter dauid seruũ meũ. iiij. Reg. xx. Nõ tamẽ inuocãtur sancti tanq̃ datores bonoꝝ pro quibus oramus: sed vt intercessores apud dñm: vt eoꝝ precibus adiuuemur ad cõsecutionẽ eius qd̃ postulamus. ¶ C Sed circa hũc textũ nostri canõnis: quo sanctorũ implorant auxilia: tres occurrunt dubitationes. ¶ Prima vtrum sancti in patria orẽt p nobis existentib⁹ in via. ¶ Scda cũ deus per suã eternã puidẽtiã et oia nouit futura: ⁊ immutabiliter disposuit facienda: ad quid prosunt sanctoꝝ orõnes quib⁹ deũ nec informare: nec a statuto possunt ordine immutare? ¶ Tertia cuꝫ sancti a nobis distãtia lõgissima seiuncti sunt: quõ orõnes ⁊ clamores nostros pcipiũt? ¶ Circa materiã prime questionis fuit heresis quorũdam nimia temeritate olim sanctoꝝ cultũ penit⁹ tollere volẽtiũ: qui nullũ sanctis honorẽ impẽdi debere mussitabãt: neq̃ preces vllas ad eos dirigi: sed nec eoꝝ reliquias venerari. Huius autor et heresiarcha primo fuit Iouinianus ⁊ Eunomius: ⁊ post hos Uigilãtius. Quẽ errorẽ cũ suis autoribus beat⁹ Hiero. in epl̃a siue libello quẽ contra vigilantiũ quẽ dormitãtiũ nõiat: scripsit egregie recitat ⁊ cõfutat. Tenuit itaq̃ vigilanti⁹ hereticus: q̃ sancti in patria p nobis nõ orant: immo nulli⁹ mortal p alio exaudiẽdã fore orõnes. Et ideo frustra nos ad sanctos clamare predicauit: ac eoꝝ patrocinia implorare: sꝫ vniuersorũ pces orõnesq̃ ad solũ deũ dirigẽdas esse asserebat. Ac p suo errore duab⁹ vijs argumẽtabat scꝫ ex diuina pfectione: ⁊ ex sanctoꝝ statu et conditione. ¶ D Ex primo sic. Nam orando principaliter petim⁹ vitã eternã ⁊ alia dũtaxat inquã-

Heresis q̃rundam.

Error vigilantij.

tum ad illã cõsequẽdã ordinant: vt gratiã ⁊ vite sanctitatẽ: vt docet beat⁹ Aug. ad probã de orãdo deũ. Solus aũt de⁹ est qui beatificat: sol⁹ qui gratiã infundit: qua nos in via sanctificat: sm̃ illud ps. Gratiã ⁊ gloriã dabit dñs. Ideo ad horũ cõsecutionẽ frustra sancti implorantur: qui neq̃ gloriã: neq̃ gratiã que a solo deo creant ⁊ infundunt: nobis tribuere possunt: quippe ad terminum creationis nulla creatura habere penitus põt actiuitatẽ. ¶ Deniq̃ quid opus est sanctos inuocare p quocũq̃ perpetuo vel tpali cõsequẽdo: cũ deus oia solus dare sufficiat: q2 ops. Oia dare velit: q2 liberalissimus ⁊ clemens plus nos amãs q̃ sanctoꝝ singuli immo q̃ pariter vniuersi: quã suã dilectionẽ: vt Ioã. iij. dicit: in hoc ostẽdit deus pr̃: q2 filiũ suũ vnigenitũ dedit: nec pepercit illũ p nobis tradere in mortẽ ignominiosissimã: mortẽ scꝫ crucis: ⁊ q2 filium tradidit quõ nõ oia cũ illo nobis donauit: vt dicit apostolus ad Ro. viij. Iniuria ergo quedã dei videt ad sanctos recurrere in his q̃ dñs ipse paratissimus est donare. Maxime cũ frequẽter dñs sub iuramentia attestatione pmisit oia se daturuꝫ que ab ipso fideliter peterent. Amẽ amẽ dico vobis (ait apostolis Io. xvi.) si quid petieritis patrẽ in nomine meo dabit vobis. Immo ad petẽdũ nos excitat. Petite ⁊ accipietis: querite et inuenietis: pulsate ⁊ aperiet vobis. Lu. xi. ⁊ Mat. xxi. Oia quecũq̃ petieritis in orõne credẽtes accipietis. Neq̃ credendũ est sanctos misericordiores fore: et ad veniã pñptiores: q̃ dñs ipse misericordiaruꝫ pr̃ et deus totius ꝯsolationis ac fons ipse gratiaꝝ. ij. Coꝝ. i. ¶ Ex scdo scꝫ statu ⁊ cõditione sanctoꝝ sic arguunt. Sancti nobis auxiliari nec meritis possunt: nec precib⁹. Et nõ ponit alius subuẽtionis modus a sanctis ⁊ doctorib⁹. Non meritis: q2 neq̃ pteritis: neq̃ recẽtib⁹: nam pro pteritis iam sufficienter premiant: sm̃ illud Apoco. xiiij. Opera eñ illoꝝ sequunt illos. Nec putanduꝫ q̃ premiũ meritis precedentib⁹ sanctoꝝ correspõdẽs diuidatur: ⁊ sanctis que meruerunt pars cedat: ⁊ pars eis p quibus orãt: reseruet. Nã vnusquisq̃ quodcũq̃ fecerit bonũ recipiet a dño. ad Ephe. vi. ⁊ ps. lxi. Tu reddes vnicuiq̃ iuxta opera sua. deniq̃ si nõ plenũ sm̃ merita sua premiũ sancti reciperẽt/ vbi pmissio dñi? Mensuraꝫ bonam: cõfertã: coagitatã ⁊ supefluentẽ dabũt in sinũ vestrũ. Lu. vi. Immo quilibet sanctoꝝ longe ampli⁹ premiat q̃ meruit a dño. Cu⁹ misericordia semp sicut punit citra condignũ (vt dicit Augu. sermo. v. ad fratres de heremo) ita et premiat vltra condignũ. Nõ ergo videt: aiũt illi: q̃ sanctoꝝ merita: quoꝝ retributioneꝫ plenissimã receperũt: alijs pficiãt: vt eis horum intuitu noua bona cõferant. Sicut eñ diuina iustitia non punit bis in idipsum. Naum. i. Nõ cõsurget tribulatio duplex: ita nec diuina misericordia bis premiat idẽ meritũ. Recentia quoq̃ merita quibus aliquid de nouo mereant nõ habent: q2 statum meriti excesserunt: quippe in termino sunt: nõ in via: nõ currũt in stadio: sed brauiũ acceperunt: cursum merẽdi cõsummauerunt: fruunt reposita iustitie iam corona. ¶ Et per hoc videt pbari posse q̃ non orant pro nobis: q2 oratio est opus maxime meritoriũ. Ipsi autẽ nunc mereri nõ possunt: igit nec orare. ¶ Et ex alio idem arguit. Aut vident deũ velle cõferre illud pro quo orant: ⁊ sic frustra fundunt preces: cum videant deũ infallibiliter collaturũ qd̃ affectãt. Si ṽo viderint deũ aut nolle: aut nõ velle ꝯferre nequaq̃ orabũt: q2 in per oia cõcordant diuine voluntati:

Ioã. xvi.

Mat. xxi.

Apoc. xiiij.

Naum. i.

nec vnq̃ petunt aut desiderant fieri qđ deū non facturum recognoscunt. His et similibus ratio nib9 decepti sunt dicti heretici. Decipiunt et nūc nōnulli nřo tpe xpiani. Ideo primo ostendenda est veritas. Scđo argumēta hec sophistica sunt soluēda. ¶ E Credendū est igit firmiter ꝛ nulla tenus dubitādū sanctos in patria ꝑ nobis inter cedere: nobisq̧ suffragari merito et prece sincero to. Merito dum precedentia eorū merita nobis suffragant. Et prece vel affectu: dum nostra vota a dño cupiūt impleri. Et in hoc orant pro nobis desiderio: nō voce: dum affectuose desiderāt hec vel illa nobis a dño cōcedi intuitu suoꝝ merito rum vel affectuū. Hec est sententia magři in. iiij. di. xlv. Que veritas autoritate ostendit et rōne. Autoritate vtriusq̧ testamēti vete ꝛ no. simul et sanctoꝝ patrū. Multa eñ contulisse dñm viuen tibus ꝑpter merita patrū dormientiū et in sinu Abrae quiescentiū: est vete. testa historia. Unde ait ad Isaac dñs Gen. xxvi. Multiplicabo semē tuū sicut stellas celi: daboq̧ posteris tuis vniuer sas regiones has: et bñdicent in semine tuo oēs gētes terre: eo q̧ obedierit abraā voci mee: et cu stodierit ꝑcepta ꝛ mādata mea: ꝛ cerimonias le gesq̧ seruauerit. Et sequit. Noli timere: qꝛ ego tecū sum: benedicā tibi ꝛ multiplicabo semē tuū ꝑpter seruū meū abraā. Itaq̧ frequenter dñs sa cris suis beneficia posteris commemorat se deum Abraam: Isaac ꝛ Jacob: vt patet Exo. iij. ꝛ in ple risq̧ locis alijs. Faciunt ad illud supra allegata. Norunt hec certissime patres vete. testa. ea pro pter cū orabāt dñm nostrū: patrū merita recēse bāt: vt sic eoꝝ suffragātibus meritis facilius au dirent. Ipsos deniq̧ ꝑ nobis intercedere et ora re expressius eadē pagina testat. Nā dñs volēs Hieremie ostēdere q̧ peccatis populi exigētib9 exaudiendus nō esset pro populo ait Hiere. xv. Si steterint moyses ꝛ samuel corā me: nō est ani ma mea ad populū istū. quasi diceret. Si hi qui te maiores sunt: orarent ꝑ populo illo non audi rem: q̃tominus te? Sed nihil esset dictū si nō ali quādo sancti pro pplo orarēt: nec orare possent. Simile esset acsi diceret. Si lapides intercederēt nō audirē: nec te exaudiā. Presupponit igit do minus moysen: ꝛ samuelē aliqñ ꝑ populo orare. Item ij. Mach. vl. dr de propheta Hieremia du dum defuncto. Hic est fratrum amator ꝛ popul israel. Hic est qui multū orat pro populo ꝛ vni uersa sancta ciuitate hierusalē: hieremias ꝓphe ta dei. Quodq̧ exaudita fuerit ei9 oratio: ex eo qđ sequit: manifestū est. Sequit eñ. Et extendit Hieremias dexterā: ꝛ dedit inde gladiū: dicens. Accipe sanctū gladiū aureū mun9 a deo in quo deijcies aduersarios populi mei israel. ¶ F Ex nouo etiā testamento ad idē ꝓferri possunt testi monia. Nā saluator nř sanctꝰ sanctoꝝ: ꝛ beatis simus beatoꝝ sm assumptam humanitatis na turā pro nobis orat in celo ad patrē sicut aplš ait Ro. viij. Qui ꝛ xp̃s iesus etiā interpellat ꝑ no bis. Itē ad Heb. vij. Jesus sempiternū habet sa cerdotiū: vnde et saluare in perpetuū potest: ac cedēs per semetipsum ad deū viuēs ad interpel landū pro nobis. Jo. quoq̧ in prima cano. c. ij. ait. Hec scribo vobis vt nō peccetis. Sed ꝛ siqs peccauerit: aduocatū habemus apud patrē Je sum christum iustum: ꝛ ipse est propitiatio ꝑ pec catis nostris. Cū ergo christus caput nostrum ꝑ nobis intercedat apud patrē: cur hoc nō de mē bris eius (beatis scꝫ) credamus. Maxime cū he reticoꝝ argumenta magis locū habere videant in xp̃o q̃ in sanctis: tanto vtiq̧ magis quo bea

Gene. xxvi.

Hiere. xv.

Ad ro. viij.

tior et patris voluntatem clarius recognoscit. ¶ Intercedit autem pro nobis christus: nō sm naturam diuinam sm quam equalis patri cū eo condonat petita: sed sm humanam: sm quā mi nor est patre: ꝛ meruit in omnib9 exaudiri. Nec dubium sanctos eū in hoc imitari in celis: sicut eum imitati sunt fideliter hic in terris. ¶ Pro batur auto. sanctorum: nam Hiero. contra vigi lantium scribens acerrime eum reprehendit: eo q̧ sanctos negauit pro nobis orare. Aug. etiam de verbis apostoli ait. Iniuria est pro martyre in ecclesia orare: cuius debemus orationibus com mendari. Et iterum loquens de purgādis in cō summatione seculi morientibus. Estimo inquit eum quasi per ignem transeuntem saluari meri tis et intercessionibus celestis ecclesie: qui ꝑ fi delibus semper intercedit: donec impleatur chri stus: scilicet in mēbris suis. Sanctus quoq̧ Joā nes Damas. in suo. iiij. senten. ait. Si quis mul tum laborat ducē inuenire qui ipsum alicui mor tali regi adducat: et pro eo ad ipsum verbum fa ciat: q̃to magis sancti dei duces generis huma ni: qui pro nobis ad deū interpellatiōes faciāt: querendi sunt et honorandi. ¶ Superfluum pu to adducere Ambro. Greg. Bedam: Ber. Ma gistrum: ceterosq̧ innumeros in re tam manife sta: cum ecclesie vniuersalis ritus et doctrina ve tustissimi nos doceant sanctos venerabiliter in uocare: cuius excellētissima est autoritas: a qua dissentire catholico fas non erit. ¶ G Pōt idē ratione breuiter ostendi. Nam q̃to quis ex cha ritate proximum magis diligit: eo amplius ei sa lutem a deo conferri desiderat. Longe autē san cti in celo magis diligūt nos: q̃ existentes in ter ris. Nam charitas non excidit in celo: sed perfi citur et cōsummatur. Salutem autem alteri de siderare a deo: est pro eo intercedere vt dictū est. Item cōstituti in terris iubemur multiplici scri pture exhortatiōe pro nobis mutuo orare: sicut ait Jaco. v. Orate pro inuicem vt saluemini. Qđ et sollicite fecerunt apostoli: nam ardētissime ꝑ alijs orauerunt: et aliorum orationes pro se fieri postulabant: vt patet trāscurrenti epistolas pau li: et recte: quoniam teste Jacobo vbi. s. Multū valet deprecatio iusti assidua. Multum per om nem modum: quoniam orauit vnus homo moy ses: ꝛ sexingentis milibus pugnatorum veniam impetrauit. Orauit helias ꝛ celū clausit ne plue ret annis trib9 ꝛ mēsib9 sex. Rursus orauit: ꝛ plu uiam largissimā arētib9 terre ꝛ holbus impetra uit. iij. Reg. xvij. ꝛ. xviij. ꝛ Jaco. v. Sed ꝛ dñs ami cis iob: q̃ recta locuti nō fuerāt: ꝑcepit vt ab iob se cōferrēt: petētes quaten9 ꝑ eis offerret sacrifi ciū ꝛ oraret: vt nō imputaretur eis stultitia eoꝝ. Sic Stephan9 orās ꝑ ꝑsecutorib9: paulo cōuer sionē impetrauit. Et Paulus orās. ccixxvi. suis cōnauigātib9 vite presidio fuit. Et sic est videre de innumeris qui in carne viuētes: alijs orando bñficiū beneficia plurima impetrarūt. ¶ H Et mira hereticoꝝ hebetudo: cū viuos pro sese fru ctuose orare ꝯcedūt: vtpote coacti apertissimis vtriusq̧ legis testimonijs: idipm negent de bea tis: q̃ certissime apud deū potētiores sunt effecti quo ꝑsentiores ac beatiores: dicente dño de eis. Qui minor est in regno celoꝝ maior est illo: scili cet Joanne baptista. Matth. xi. Si ergo adhuc in carne infirmi et mutabiles in via constituti: et ideo pro seipsis solliciti orationibus suis cete ris profuerunt: quanto magis fortes facti salu tis sue securi: in patria ciues et domestici dei cō stituti; in charitate quoq̧ fraterna consumma

Augusti.

Damas.

j. Coꝛ. xiij.

Exo. xxxij.

Actu. xxvi.

Mat. xi.

ti:pro fratrib9 in vīa relictis instanter ꝛ vtiliter
roūs ꝛ meritis perorabūt. ¶ Hāc ratonē bea.
Hiero.cōtra Uigilātiū tangit:cū ait. Apostoli
Hiero.
ꝛ martyres adhuc in corpore cōstituti ꝑnt orare
ꝓ ceteris qñ ꝓ se adhuc debēt eē soliciti quāto
magis post coronas ꝛ triūphos. Orauerunt in
vīa existētes:ꝛ postq̄ cū xpo eē ceperūt min9 va
lebūt. Tūc ora clausuri sunt:ꝛ pro his qui l toto
mūdo euāgelio crediderunt intuirenō potue
rūt quasi diceret. Nullo mō hoc credēdum est.
Et beat9 Bern. in sermone de vigil. aplor Pe
tri ꝛ Pauli. ¶ Qui potēs erat inquit in terra po
Bernar.
tētior est in celis ante faciē dñi dei sui. Si em dū
adhuc viueret misertus est pctōib9:ꝛ orauit ꝓ
eis:nūc tanto amplius:quāto verius cognoscit
miserias nostras:orat pro nobis patrem:q2 illa
beata patria charitatē eius non minuit:sed au
gmētauit. Et similia multa ponit l scriptꝭ suis.
¶ 3 Demū ex facto eadē ꝟitas nō tā colligitur:
q̄ palā oculis exhibetur. Quis dinumerare suf
ficit quanta beneficia prestita sunt in terris ad
deuotā sanctor inuocationē ꝛ reliquiar venera
tionem? Qd si nō sufficiāt ꝓbatissime historie:
fides adhibeat beato Aug. xxij. de ciui. dei. c. viij
vbi. xxv. miracula recitat qb9 ipse vt plurimum
interfuerat:inter que ꝛ mortuor suscitationē cō
numerat:q martyrū intercessione a domino fūt
exhibita. Neqꝫ deus qui erroris autor esse non
pōt/talia prestaret male petentibus:his scꝫ qui
sanctos inuocarēt:si inuocādi nō essent. Ope
rosissima deniqꝫ ecclesiar ꝛ monasteriorū edifi
cia in memoriā sanctorū:ꝓpter impensa moxta
lium beneficia cor auxilia petētibus cōstructa
predicte testimoniū perhibent ꝟitati. Unā mani
festuꝫ est q̄ temeraria ac blasphema est heresis
eam negantiū. Qui cū honorē gloriose virgini:
oībusqꝫ patriarchis:ꝓphetis:aplis:martyrib9
cōfessoribus:virginib9:cōtinētibus:oibusqꝫ de
bitū electis tollere conant:etiā dñm qui in sctis
suis in quib9 tot operat mirabilia:laudatur:im
pienō desinūt blasphemare. ¶ R Per hoc ad
ratiōes pro heresi inductas. Ad primā dum ar
guūt ex diuina ꝑfectione:ꝓpter quā solus deus
btificat in pria ꝛ gratificat in via. Dicēdū ꝙ lꝫ
de9 sol9 gliaꝫ donet ꝛ graz creet:nec sctī effecti
ue cōcurrāt cōcreādo:possunt tñ cōcurrere im
petrādo ꝛ orādo:vt de9 btificet vel gratificet si
ne quor oronē:tali pro quo oratur:nec btitudi
nē cōferret:nec graz:sicut amicus principis im
petrat qñqꝫ alteri donū a ꝓncipe:respectu cui9
tñ impetras nullā hꝫ actiuitati:qd nihilominus
princeps nō daret:nisi amic9 talis orādo impe
traret. Nō ergo frustra imploram9 sctōs q̄a nō
vt creatores grē siue btificatores inuocam9:sed
vt mediatores quor meritꝭ ꝛ intuitu nobis de9
confert que ex nr̄is accipere sumus min9 digni.
¶ Et ꝙ ꝯtiter arguūt. Deū solū ad oīa cōceden
da sufficere ꝛc. Nihil cōcludūt. Deus em̄ q̄ oīa
efficeret ꝑstare pōt sine cōcursu cuiuscunqꝫ cau
se scđe in ḡne cause efficientis:nō sua necessitate
vel indigētia:sed gratiosa ꝛ suaui voluntate ad
mittit cōcursuꝫ creature cōcausantis in multis
actiōib9 suis. Qñqꝫ ad terminū ipsum ꝓductio
nis:vt in ḡnatione naturali:puta ignis ex igne
ꝛc. Qñqꝫ ad dispositionē ei9 qd recipit effectum
ꝓductū per creationē:vt in ꝓductione hoīs ex
pr̄e ꝛ matre.lꝫ ad aīe creationē naturalis virtus
parētum nō attingat actiua:sed tm̄ ad materie
dispositionē:corpis scꝫ formationeꝫ:cui anima
infundēda est:que a solo deo creat : quo tñ cor
pore nō formato nullatenus aīa a deo crearet.

Qñqꝫ ad mediandū inter se deū datorē ꝛ hoiem
accipiētē. Sic moyses (Deut. v.) sequester ꝛ me
dius fuit inter deū ꝛ ppl'ꝫ:vt sic suauiter inferio
ra reducat ad supiora per media:vt dicit Dio
nysi. in de ange. hierar. c. iiij. Sicut ergo inferio
res talis ordinis angelos illumiat ꝑ superiores:
ꝛ nōnūq̄ ꝑ āgelos hoīes:ita placuit viatores ad
se reducere mediātib9 intercessiōe ꝛ auxilio bea
tor. Nec ita agēdo min9 diligit:q̄ sctī vt hereti
ci assumūt:sed summa ꝛ ordiatissima charitate
hec ita disponit sua sapiētia infinita:qua nō so
lum fortiter ac potēter:sed etiā suauiter omnia
ꝑut nouit vnicuiqꝫ cōuenire ministrādo a fine
vsqꝫ l finē attigit. Sap. viij. Magna q̄ppe digni
tas creature:ꝛ magne charitatis indiciū in crea
tore est:ꝙ suis amicis hāc cōtulit ptātē:vt auxi
lio eis esse possint ad salutē:qui hui9 de sua indi
gnitate minus sunt capaces. Sicut est videre in
hūana republica:in q̄ rex dauid dare vult : vult
nōnūq̄ per intercessionē alicui9 dare alicui:qui
nō eēt statim dign9 exaudiri. Pctōribus deniqꝫ
singularis est ꝯsolatio:q̄ ad sctōr interpellatio
nē qñqꝫ magis aiant q̄ iudicis:quor etiā sctita
tis defectū supplere pōt probitas aliena. Sic lo
quit bea. Bern. in ſmo. de btā ꝟgine:cui9 ꝓnci
Btūs bernardus.
piū est. Signū magnū. circa principiū. Prudē
tissim9 ꝛ clemētissim9 artifex qd cassatuꝫ fuerat
nō cōfregit:sꝫ vtili9 olno refecit:vt videlꝫ nouuꝫ
Adā formaret ex veteri:ꝛ Euā transfunderet in
Mariā. Et quidē sufficere poterat Christus:si q̄
dē ꝛ nūc oīs nr̄a sufficiētia ex ipso est:sed nobis
bonū nō erat hoiem esse solū. Et seqtur. Fidelis
plane ꝛ ꝑpotens mediator dei ꝛ hoīm homo
Christus Jesus:sed diuinā in eo vereītur hoies
maiestatē. Absorpta videt in deitatē hūanitas:
nō ꝙ sit mutata substātia:sed affectio deificata.
Nō sola cātat illi mīa:cātat ꝑiter ꝛ iudiciū. Q2
et si didicerit ex his q̄ passus est cōpassionem vt
misericors fieret:hꝫ tñ ꝛ iudiciariā ptātē. Deni
qꝫ de9 nr̄ ignis cōsumēs ē. Quidni vereat pctōr
accedere:ne queadmodū fluit cera a facie ignis
sic pereat ipse a facie dei? Opus ē ergo mediato
re ad mediatorē istuꝫ:nec alter nobis vtilior q̄
maria. Hec ille. ¶ L De eo qd arguūt ex statu ꝛ
cōditiōe sctōr dr̄ ꝙ nobis subueniūt meritis et
voto siue ꝓce. Meritis dico ꝓteritis ꝛ recētib9.
Meritum quid.
Preteritis:meruerūt em̄ in via vt bōa cōferant
nō mō sibi sꝫ ꝛ alijs. Cū em̄ meritū nihil aliō ē q̄
aliqd acceptatū ab aliq̄ in ordīe ad bonū retri
buēdū alicui. Sūma aūt dei liberalitas opa bo
na sctōr l via existētiū facta ad honorē dei:acce
ptauit vt nō solū ad summa bōa sctis retribuē
da:ꝫ ēt lōge hmōi merita excedētia:sꝫ ēt ad multa
bōa l via vel pr̄ia alijs tribuēda:q̄ ꝑ nouū volū
tatis actū alid bonū sibi applicāt:ꝛ faciūt q̄si suū
ita ꝙ summa dei liberalitas nō solū minori bo
no tribuit mai9 bonū:sꝫ ēt pꝛa bōa:dū meritu
nō solū merēti:sꝫ ꝛ alijs ad ipm recurrētib9 ꝓfi
ciat. Snia est Sco. dist. xxiij. li. iij. Sic ē videre in
filij:nā ꝓnceps aliq̄s militē ꝓpter actū strenuuꝫ
ꝛ multū sibi ḡtū nō solū abūdāter remunerat:sꝫ
etiā ꝓpt ei9 fauorē:aut ꝓces alijs bñficia impē
dit. Sic nabuchodonosor nedū danielē somniū
qd aufugerat sibi narrātē:fideliterqꝫ interꝓtan
tē in sublime extulit:munera multa ꝛ magna de
dit:ꝛ sup oēs ꝓuincias babylōis ꝓncipē ac ma
ḡratū ꝛ ꝓfectū ꝯstituit sup cūctos sapiētes:quo
vtiqꝫ eum liberaliter ꝛ magnifice remunerauit.
Sꝫ etiā ad ꝓbū. ei9 socios suos misac: sydrach:
ꝛ abdenago ꝓfecit sup opa ꝓuincie babylonis:
vt habetur Daniel. ij. Itaqꝫ sancti plenissime ꝛ

Scti longe plus recipiunt a dño q̄ meruerũt.

liberaliter a dño recipiũt lõge plus q̄ meruerũt puta p actu vel passiõe boraria: bonũ sempiternũ: ꝛ p merito finito: pmiũ obiectiue infinituz: summũ. s. bonũ: nihilominꝰ tñ dñs i tãtã sui eos recepit amicitiã: vt ẽt bñficia donare velit alijs ad ipos sctõs recurrẽtibꝰ. Nec ppter quoscũqz aut quotcũqz qbꝰ sctõꝝ succurrũt merita: minꝰ sctis retribuit: vt isti falso imaginanf. Nec ẽ sile qd adducũt de diuina iusticia et mĩa q̄ punit citra ɔdignũ: nec punit bis in idipm: ad bonũ intellectũ quẽ tradit magr dist. xv. lib. iiij. Sz mĩa pmiat vltra cõdignũ: ió nõ solũ maiora: sz etiaz plura bona retribuit: vt dictũ est. Hinc scribit

Exod. xx.

Exod. xx. Ego sum dñs deꝰ tuꝰ fortis zelotes visitãs iniqtates patrũ in filios in tres ꝛ quatuor gñationes eoꝝ q oderũt me: ꝛ faciẽs mĩas in milia his q diligũt me: ꝛ custodiũt pcepta mea. Sic plenissime abraã remuneraf p obediẽtia q filiũ obtulit: ꝛ tñ multa ppt hãc pmisit dñs: ꝛ exhibuit semini eiꝰ. Gen. xxij. Ita de dauid ꝛ plerisqz alijs. ¶ M Subueniũt etiã nobis scti i patria recẽtibꝰ meritis. Nã oȓone sua: lz nõ sibi tñ nobis merenf bñficia. Oȓo em̃ sua dispositio est de cõgruo: vt ppt eã deꝰ ɔcedat id qd impetrat illi cui petit: ꝛ ita ẽ meritũ nõ scti p se: sz illi cui reddif id qd huic oȓoni q̄si p pmio pprio correspondet: vt dt Sco in. iiij. di. xlv. q. iiij. Nec ẽ incõueniẽs

Scotus.

q̄ aliqs existẽs in termino quoad se p oȓonẽ suã alteri mereaf: vt ibidẽ dt. Per hoc soluif qd subijciũt: q̄ qr oȓo est opꝰ meritoriũ nõ ɔuenit sctis in pria. Oȓo em̃ nr̃a nũc duplicẽ habet effectũ.

Oȓo nr̃a nũc hz duplicez effectum.

Unũ qr est meritoria orãti: imo opꝰ valde meritoriũ. Aliũ: qr ex quo specialr dirigif p alio: meritoria ẽ illi p quo offerf. Pr̃o mõ bti nõ habẽt oȓonẽ eis meritoriã: nec oȓo eoꝝ habet pmũ effectũ: sz scdo mõ est meritoria. Siquidẽ rõnabile est q̄ btũs velit merita sua illi valere ad salutẽ qui ipm spãliter innocat: et sibi desiderat p illa merita subueniri. Sctõs autẽ hoc desiderare et velle: ac suũ desideriũ deo ea intẽtiõe offerre: vt ab ipso habeaf acceptũ ad hmõi effectũ: ẽ orare mẽtalr sctõꝝ. Et hec oȓo (vt dt Sco. vbi supra) nõ repugnat btitudini: qr bñ põt aliqs btitudinẽ summã adeptꝰ velle: vt p sua merita p q illã pfectionẽ attigit: alrꝰ p suã oȓonẽ attingat: ita vt sua merita nõ sibi tm̃ sint ppria: sz ꝛ alijs de bñficẽtia dei p sint. Sic posset aliqs summũ gdũ adeptꝰ in amicitia regis: p aliq obseqa velle orare p alijs: nõ vt p oȓonẽ hmõi ad maiorẽ gdũ amicitie attingat: sz vt illa merita p q ad illũ gdũ attigit: alijs ad ea recurrẽtibꝰ succurrat: supposita liberalitate regis acceptãtis illa: nõ tm̃ p illo: sz etiã p alijs. Et p hoc pz quõ oȓone nobĩ auxiliatur. ¶ N Qd ṽo vltio arguũt: q̄rẽdo an videãt deũ exaudire velle vel nõ: neutrũ dare opz: nedũ de finali salute eiꝰ p quo orãt: sz nec de sue oȓonis exauditiõe. Nec opz q̄ si deꝰ reuelet beato petro iohãnẽ petere saluari: q̄ reuelet sibi iohãnẽ saluãdũ: aut oȓonẽ suã p iohãne exaudiẽdaz vel nõ. Uñ si nõ reuelaf põt petrꝰ orare ꝛ expectare effectũ. Si aũt reuelaref petro determinate q̄ deꝰ nollet effectũ istũ pstare: petrus nõ oraret Si ṽo reuelaf q̄ exaudief orabit petrꝰ: ꝛ nõ frustra: qr sicut deꝰ vult iohãnẽ saluare: ita vult per determiata media: vtpote p oȓonez talis sancti ipm cõseq salutẽ. Nõ ergo sctõꝝ intercessiõe pdestinatio mutaf: sz illud impetraf qd ad eoꝝ pcẽ cõferri ordinatũ ẽ ab eterno: vt vult bea. Gre. li. j. dial. c. xx. ¶ Ex qbꝰ pz pces nr̃as: spẽqz cõseq̄ndẽ btitudis per mediatores sctõs in celo inanes nõ eẽ: sz ordie a deo instituto nos ad eorũ auxilia cõfugere debere: ac debita veneratione eos semp iplorare vt saluemur eoꝝ meritis atqz votis. Uñ ꝛ fidẽter ad sctõꝝ pces recurrere deo placere credẽdũ ẽ: cui sctõꝝ honoratio ꝛ veneratio ẽ accepta. Quicqd ei obseqũj ꝛ honoris eis impẽdif: deo ipẽdif: q sic ipos fecit gliosos: eapropter nõ parũ honorãt deũ ꝛ sctõs: q ipoꝝ implorãt auxiliũ apud dei mĩaz. Magnifice siqdẽ de ipoꝝ glia sentiũt: q eos tãte grẽ apd deũ esse credũt: q̄ suffragari nobis viatoribꝰ possunt. In q ꝛ deꝰ summe laudaf de mĩa: ꝛ ipiꝰ summa magnificẽtia: qua cõstituit suos famulos ꝛ amicos in tãta: vt succurrere possint ceteris: potestate.

¶ Lectio. xxxi.



Oluntas qd ne p ria restat rñdere ad seqntes duos q̄ꝝ altera fuit. Cum deꝰ per suã eternã puidẽtiã et oia nouit ꝛ immutabiliter faciẽda disposuit: ad qd psũt sctõꝝ oȓones quibus deum nec informare: nec a statuto possunt ordine immutare? Hec questio partim ex priori pendet: ꝛ rationẽ dubij innuit: quia deus immutabilis est: ꝛ nihil ignorat. Ad quaz rñdef per duas ppositiones. Prima. Alio fine orãdus est deus: alio fine orandus est homo. Prima pz patet: quia deus nõ est orandus quasi nr̃a oratione flectẽdus: aut quouis modo a sue volũtatis instituto immutandus est: qm̃ simpliciter est immutabilis: neqz flecti potest de nolle in velle: vel de vno velle in aliud: neqz aliquid de nouo velle quod non ab eterno voluit. Orandus aũt est deus: vt nosipsos excitemus orantes: ꝛ puocemus ad deuotionem ꝛ nostre miserie compassionem. At econtra non ob aliud hominem rogamus: nisi vt ipsum ad mĩam moueamus. Fine ergo contrario laborat intentio deum orando ꝛ hominem deprecando: ibi quidem finis est immutatio orantis: hic eius cui deprecatio dirigitur. Unde Guil. parhis. in de rhetorica diuina. c. ij. exponẽs differentiam inter oratorem spũalem ꝛ secularem: dicit. Orator secularis intẽdit oratione sua mouere iudicem: ꝛ inclinare in partem suam: vt scz pro parte sua iudicet ꝛ sentẽtiet Orator vero spũalis per orationem suam quam coram altissimo fundit: non intendit ipsum mouere quem scit indubitanter in vltimitate stabilitatis immobilissimum: sed potius semetipsum vel a malo in quo est bonum: vel a bono in melius quod est dicere. Quia intendit semetipsuz facere idoneum per orationem: vt ei cõcedatur qd impetrare intẽdit: vt si petimꝰ liberationẽ a malo: quatenus intuitu istius petitionis malũ a nobis deus auferat. Si petimus donationem alicuius boni: vt intuitu oȓonis efficiamur hoc accipere digni ꝛ idonei. Nõ vt p illã oȓonẽ flectamꝰ deũ: vt hoc nobĩ ɔferat q̄si nũq̄ ɔferre voluerit: ꝛ tũc pr̃o velle ɔferre icipiat: sz ab eterno hoc cõferre disposuit: ad petitionẽ tñ nr̃az factã vel faciẽdã

Quõ deus orandus.

Guillelmꝰ parrhisiensf.

ctiū vernale. Ioā. xiij. Ante diē festū pasche sciēs iesus. Qñqꝫ accipiꝫ ꝓ cibis paschalibꝰ: panibꝰ scꝫ azymis quibꝰ vescebanꝫ tpe paschali: de quo Exo. xij. Primo mēse .xiiij. die mensis ad vesperā comedetis azyma: vsqꝫ ad .xxi. eiusdē mensis ad vesperā: ⁊ sic accipiꝫ Ioā. xviij. Non introierunt pretoriū: ne cōtaminarenꝫ: sed manducarent pascha. ¶ Per hoc patet ad argumenta ꝙ beatus Ioā. cū dixit. Ante diē festum pasche: accepit pascha ꝓ prima die azymoꝝ que fuit .xv. luna mensis primi. Et hoc innuiꝫ cū diciꝫ: ante diē festuꝫ. Differt eñi dicere sm Alex. diē pasche: ⁊ diem festum pasche: nec sunt idē vt ptꝫ ex lege. Dies eñi pasche est .xiiij. luna: dies festus pasche .xv. luna: vñ Leuiti. xxiij. Mēse decimo .xiiij. die ad vesperam phase dñi est .i. pascha: ⁊ decimaquinta die mensis huius solēnitas azymoꝝ dñi est: ⁊ ita ante diē solennē pasche que fuit luna .xv. facta fuit cena dñi .i. .xiiij. luna ad vesperā: ⁊ ita non est pro grecis: sed magis cōtra eos. * In illa aūt auto. Ioā. xviij. vbi diciꝫ. Ut manducaret pascha: accipitur pascha pro azymis panibꝰ: vt dictum est: quod comedebāt septē diebꝰ. ¶ Et per hoc ad illud quod addiꝫ. Non in die festo ⁊c. Dicitur qḋ causa huius dicti ⁊ dispositionis iudeoꝝ addiꝫ: ne forte tumultus fieret in populo. Nō eñi propter festū reuerentiā disposuerāt crucifixionē differre: sed ne tumultꝰ fieret in populo: qui in maxima copia ad festū illud cōfluxerat. Et ita ne de manibus eoꝝ raperetꝫ. Ideo nacta opportunitate: ⁊ submota causa tumultus populi: iuda se offerente ad tradendū illū: sine tumultu fecerunt contrariū: mutātes ꝓpositū: ⁊ hoc diuina dispositione: vt veritas correspōderet figure: qꝛ quintadecima luna eduxerat populū hebreoꝝ de egypto: ⁊ eodē die mors christi eduxit populū suum de tenebris peccati: vt Inñ. Porro dispositio sacerdotū cōtra dispositionē dei preualere non poterat: qui disposuerat vt verus agnus in diebus paschalibꝰ immolareꝫ. ¶ R Ad quartum de sanctis mulieribꝰ vnguēta post dñi sepulturam preparantibꝰ: diciꝫ ab aliquibꝰ ꝙ prima die azymorum: scꝫ die passionis dñi qui solēnis erat: interdicta fuere opera seruilia. vt Leui. xxiij. Primus dies erit vobis celeberrimus: omne opus seruile in eo nō facietis. Hmōi aūt vnguēti preparatio que congruebat defunctis: qꝛ fuit opus mie: non reputabaꝫ inter seruilia: ⁊ ita per hoc qḋ dicebaꝫ Exo. xij. Nihil operis facietis in eis exceptis his que ad vescendū pertinēt: non excludebaꝫ quin opera spiritualia fieri poterant: quale fuit opus mulierū. Dicūt igiꝫ ꝙ mulieres sancte ab hora qua viderāt christū positū in monumēto: sicut diciꝫ Lu. xxiij. vsqꝫ ad vesperuꝫ eiusdem diei: preparauerūt vnguēta que habebāt: ⁊ ad vesperū a preparatione quieuerūt sm legē propter sabbatū: de quo preceptū fuerat in lege: ꝙ a vespera celebrarēt vsqꝫ ad vesperā sine aliquo opere: tunc enim nō licebat preparare que ad cibuꝫ erāt necessaria. Illa etiam dies sabbati inter oīa sabbata celeberrima erat: ⁊ ꝓpt p. f. ha: et ꝓpter sabbatuꝫ. Licuit ergo preparare vnguenta luna .xv. qꝛ hoc fuit opus mie: ⁊ ideo nō seruile. ¶ Sꝫ contrariū videꝫ Marci .xvj. Cum transisset sabbatū: maria magdalena ⁊ maria iacobi ⁊ salome emerūt aromata: vt venientes vngerēt iesum: igitur die veneris dñice passionis non parauerunt aromata: qꝛ nonduꝫ fuerant empta. ¶ Solutio sm glo. Emerūt .i. empta parauerunt: qḋ eñi residuū fuerat nō paratū: die veneris parauerunt dum transisset sabbatū. Uel aliter: iudei multos sumptus facere solebāt circa funera. Nā ⁊ nicodemus: qui venerat ad iesum nocte primū venit ferens mixturā myrrhe ⁊ aloes quasi libras centum. Ioā. xix. Ecce sumptus magnus. Mulieres igiꝫ vidētes nō sufficere vnguēta que parauerāt die veneris: post sabbatū plura emerūt: ⁊ illa parauerunt vt dicit Marcus. ¶ Aliter posset dici ꝙ mulieres ille iam instructe in fide xp̄i nō cura

Inno.

bant hmōi legalia obseruare. vnde Inñ. ꝙ autē mulieres in die pasche dicunꝫ vnguenta parasse nō obest: qꝛ non erant sub litera: sed sub gratia. ¶ Uerū huic videꝫ cōtrariū qḋ Lucas dicit. Et sabbato quidē siluerunt ꝓpter mandatū: ex quo patet ꝙ legis mādata seruabāt. ¶ M Ideo adhuc aliter dici potest: ꝙ ille mulieres cognoscentes xp̄i mortē futurā: ante mortē eius parauerūt necessaria ad cōdendū corpus eiꝰ. vñ Inn. Mu

ADDITIO.

* Controuersia est inter Lyra / et Burgē. quia Lyra dicit / et est communis opinio / qḋ feria .vj. in qua passus est Christꝰ: fuit dies pasche. Sed Burgen. dicit ꝙ nō: sed die sabbati erat pascha / et dies solennis: et habet ad hoc rōnes multum apparentes: inde dicit qḋ Christus fecit cenaꝫ in die Iouis: que erat decimatertia luna: et preuenit dieꝫ: in qua iudei fecerūt cenam: ⁊ comederunt agnum paschalem: qꝛ sm enim fecerunt suā cenā in die venerꝭ post quam crucifixerunt Christum.

lieres reuertentes sm Lucã: portauerũt vngue-
tum & aromata: que ante longe parauerũt: quia
frequẽter audierãt dñm moriturũ. Nonne ma-
gdalena iam parasse videt per inspirationẽ hoc
cepisse ministeriũ inunctionis: teste veritate que
dicit. Mittens hoc vnguentum hec in corpus
meũ: ad sepeliẽdũ me fecit. Et iterũ. Sinite illã
vt in die sepulture mee seruet illud. Sic vnguen
tũ quod prius inceperat: cõsummauit. ¶ Pos-
set adhuc dici q̃ reuertentes mulieres a monu
mẽto & sepultura: parauerant aromata: non sta
tim pro tũc: q̃r nullum vel minimũ tempus vide
tur: sufficienter horã sepulture & vesperam sab
bati qua incepit solẽnitas sabbati. Nã sero de-
positus est dñs de cruce: vt dicit Mat. xxvij. Et
propter parasceuem iudeorũ in monumẽto hor
ti qd̃ prope erat: posuerũt iesum: vt dicit Jo. xix.
c. & Luc. xxiij. Parasceue erat & sabbatũ illuce-
scebat. i. vespera qua incepit solẽnitas sabbati:
sm illud Leui. xxiij. A vespera in vesperam cele-
brabitis sabbata vestra. Sz transacto sabbato:
quo siluerũt: & finẽ habuit in fine sequẽtis diei
tũc quidem emerũt aromata q̃ defuerunt: vt di
cit Marcus. Dũ trãsisset sabbatũ &c. emerunt
aromata vt veniẽtes vngerẽt iesum. Uenientes
nõ statim tũc propter noctẽ de primo imminẽ-
tem: sed expectabãt mane sequentis diei: q̃ fuit
prima sabbati. i. prima post sabbatũ: ideo sequi-
tur in Marco. Et valde mane vna sabbatorum:
veniũt ad monumentũ orto iam sole. ¶ N. Ad
quintũ de glo. Luce. xxij. q̃ dicit: q̃ sola dies mã-
ducationis agni dicatur pascha: & alij dies azy-
morũ. Dicendũ q̃ glo. ponit differẽtia inter illã
dictionẽ pascha in vna significatiõe tñ: sm quã
accipit in illo textu quẽ ibi exponit. Preter autẽ
illã etiã & aliter accipit vt dictũ est. Quod aũt ex
illo infert q̃ xp̃s in fermẽtato cõfecit: illud nõ se
quit: etiã si verũ esset qd̃ greci probare laborãt: scz
q̃ xp̃s tp̃s manducãdi agnũ paschalẽ preuenis-
set: & cum discipulis luna. xiij. cenasset. Qm̃ si ita
preuenisset diẽ legitimũ comedere pascha: sciẽs
qd̃ futurũ erat sup eũ: vtiq̃ preuenisset comedere
agnũ sm cerimonias & dispositionẽ legis: q̃ pre
cepit q̃ nõ nisi cũ azymis comederet: & sicut pre
uenisset comedere agnũ: ita & preuenisset come
dere azymũ. Et discipuli q̃ preparauerũt pascha:
preparassent & azyma: & ita ex hoc greci inten-
tũ suũ habere nõ possent: scz q̃ xp̃s in fermẽta-
to cõfecisset. Falsum tñ est antecedẽs q̃ cena fa-
cta sit luna. xiij. ¶ Ad sextũ quo arguũt ex signi
ficatiõe fermẽtati: propter quã magis cõgruit sa-
cramẽto q̃ azyma: dr̃ & si fermentũ exprimit sm
glo. allegatã qd̃ melius est in xp̃o: scz charitatẽ:
nõ tñ in propria & expressa similitudine xp̃m expri
mit: q̃r nõ solus xp̃s charitatẽ habuit licet solus
summã: quã summã appropriate non significat
fermentũ. Azyma aũt significat puritatem sin-
gularẽ xp̃i solius. s. naturã nostrã sumptam sine
omni corruptiõe infectiõis: vñ Inno. rñdẽs gre
cis dicẽtibus: q̃ fermẽtũ significat tumorẽ vte-
ri virginalis & vinculũ vnionis: dicit. Nam etsi
fermentũ significat tumorẽ vteri virginalis: et
vinculũ vnionis: porro multo religiosius illud
azyma insinuat: q̃ sm ap̃lm: xp̃s de massa pecca
trice corpus sine pctõ suscepit tanq̃ de fermẽto
suscepit azymum. Et vt inter xp̃m & pp̃lm mali-
cie & nequicie nihil sit: sic inter frumentũ & aquã
in azymo nil veteris masse vel aduene corruptio
nis interuenit: nã p frumentũ xp̃s: per aquã po
pulus designatur sm illud. Nisi granũ frumen
ti cadẽs in terrã mortuũ fuerit ipsum solum ma
net. Joã. xij. Et illud. Beati qui seminatis sup
oẽs aquas. Esa. xxxij. glo. i. corda gẽtium emolli
ta. Aqua sine fermento mixta frumẽto designat
populũ sine pctõ xp̃o cõiunctum: q̃ q̃ illud so-
leat designare q̃ sicut azym⁹ panis de pura mas
sa sine fermẽto cõficitur: ita corpus xp̃i de illiba
ta virgine sine crimine est cõceptũ. Sunt & alie
cõgruentie supra tacte. ¶ O Ad septimũ breui-
ter dicit: q̃ dñs nolens nos iudaizare: non hoc
quasi ex lege retinuit: sed de nouo instituit: sicut
& de baptismo in aqua cõstituto. Judei aqua lu
strabantur: & nos aqua lustramur: non autẽ ex
legis ordinatiõe: sed ex xp̃i dñi nostri institutio
ne. De hoc statim infra. ¶ Ad octauũ dr̃ q̃ ad-
ueniente veritate cessare dz figura sub rõne figu
re. Potest tñ manere materia figure: nõ vt figu-
ra veritatis venture significatiua: & ita cessauit
esus agni paschalis: cessauit & panis azymus in
ea significatione qua instituta sunt in lege: qm̃
adhuc paschali tp̃e agnellos manducamus: et
nonnunq̃ panes azymos: nec tñ hec facientes
iudaizamus: vñ btũs Ansel. Facere aliquid qd̃
fiebat sm legẽ: nõ est iudaizare: nisi fiat intẽtiõe
adimplẽdi legẽ: vt qui ex infirmitate circũcidi se
faceret: nõ vt ritũ legis obseruaret: nõ iudaiza-
ret. Quod aũt aiũt nos iudaizare ait Ansel. nõ
est verũ: q̃r nõ sacrificamus de azymo vt legẽ ve
terem seruemus sed vt diligentius fiat: et vt dñm
qui hoc nõ iudaizãdo fecit: imitemur. Cũ enim
facimus aliquid qd̃ vt iudaismũ seruarẽt facie-
bant: nõ iudaizamus: q̃r nõ propter iudaismũ: sz
aliã causam hoc facim⁹. Si em̃ in dieb⁹ pasche
azymũ panem aliqs comedit: siue q̃r nõ hz aliũ:
siue q̃r magis illo delectat q̃ fermentato: aut si
quis propter infirmitatẽ preputiũ circũcidere co
gitur. Aut si boui suo triturãti quis: ne esuriat:
os nõ alligat: nullus nisi insipiẽs: hoc agentem
iudaizare iudicabit. Cũ ergo nos panẽ azymuz
sacrificamus: nõ vt per azymũ tanq̃ p figuram
dñm iesum futurũ esse significam⁹: sed vt ipsum
panẽ in corpus ei⁹ diuina cooperãte virtute san
ctificem⁹: nequaq̃ in hoc legis vetustatẽ obser-
uamus: sed euãgeliũ veritatem celebram⁹. Item
simili rõne nec ipsi deberẽt conficere in fermẽta
to: q̃r preceptũ fuit in lege Leui. xxiij. q̃ offerrent
panes primitiarũ fermẽtatos. vñ Inno. Si pro
pter hoc repudiandũ est azymũ: q̃r lex illud ad-
misit: pari ratione repudiabit fermentatũ: q̃r lex
ait. Offerẽt panes fermẽtatos cũ hostia gratia-
rũ: q̃ immolat pro pacificis. Leui. vij. ¶ P. Ad
nonũ de eo q̃ litera occidit. dr̃. Uerum est si ser-
uatur qd̃ vete. testa. litera precipit vt precepti le
gis: & hoc quantũ ad sacrificia cerimonialia et
figuralia. Secus si tanq̃ de nouo p legẽ grẽ sta-
tuta sint assumpta: vt. s. dictum est. Uerũ argu
mentũ hoc beat⁹ Ansel. retorquet in grecos di-
cens. Sic vos cõficitis de fermentato: q̃ dr̃ a p
pheta scz Amos. iiij. Offerte mane victimas ve-
stras trib⁹ diebus decimas vestras: & sacrificate
de fermentato laudẽ. Aut hoc dicit propheta ap-
probãdo vel reprobãdo. Si reprobando: igit ex
hoc nõ debetis autoritatem assumere cõficien-
di in fermẽtato. Si approbando: & vos seruatis
hoc ad literã: & litera occidit: ergo vos subiacetis
illi damnationi qua dãnatis vos. ¶ Ad decimũ
quod obijciunt de nomine archon: rñdet Ale-
xan. q̃ nomen archon aliquãdo accipitur p fer
mẽtato. Aliquãdo p pane azymo: nã Exo. xxix.
dicit. Archos azymos similiter Nume. vi. vbi
nos habem⁹ canistrũ panũ azymorũ: ipsi habẽt
archos refertos oleo. Aliq̃n accipit p fermẽtato
& azymo

Joan. xij.

Anselmus.

zazymo cōiter: vñ ratio illorū non valet. Patet itaqʒ ex dictis veritas nostri text⁹: quātū ad tpe ceiic designatū: cū dixit. Qui pridie ꝗ pateretur.

Lectio.xxx.

A



Ecce pit panē i sanctas ac venerabiles manus suas. Hec est secūda particula prime ptis subdiuisionis pncipalis pti ꝗrte totius canōis: i ꝗ tāgit lessabilis trāssubstātiatiōis termin⁹ a quo: siue materia. Uñ dr. Accepit: scilʒ xps. Uolens etenī alas nr̃as reficere cibo spūali sio ꝯgruēti: p nil aliō id facere statuit: ꝗ p carnē ꝓpriā ⁊ sanguinē ei⁹ naturalē: vt nulla eēt natio tā grādis q̄ haberet deū tā ꝓpīquū sibi: ꝗ nobis summa ⁊ excellētissima diuinitas adest: in eo qđ corp⁹ suū: cui inseparabiliter ⁊ ineffabiliter vnita est: nobis tradere disposuit in cibū ⁊ sanguinē in potū. Hoc vt perficeret: accepit panē in sanctas. i. sanctificātes: ac venerabiles manus suas ꝓpter vnitā manib⁹ deitatē: ꝓpter quā summa veneratiōe sunt adorabiles scʒ theosebia q̄ est latrie cultus: vt tactu sctāx ⁊ diuinarū manuū suarū pane materiali vim sacri cōferret. Hoc est ipʒ in materiā hui⁹ viuifici sacri deputaret ac ordinaret: quaten⁹ ol tpe in verū corpus xpi trāssubstātiari posset. Sicut em̄ tactu mūdissime sue carnis (fm Bedā) vim regeneratiuā cōtulit aquis: ita ⁊ acceptiōe panis in venerabiles sctāsqʒ manus suas / vim pani tribuit: vt ex eo tanꝗ̄ cōgrua materia corp⁹ suū cōfici possit. Et hoc significatū est Joā. vi. vbi dñs panes quinqʒ quibus refecturus erat turbas: in man⁹ suas accepit ⁊ benedixit priusꝗ̄ turbis distribuēdos discipulis dedit. De his manib⁹ dicit Cañ. v. Man⁹ eius tornatiles: aurec: plene hyacinthis. Tornatiles dicūtur: qr in oēm opationē mobiles ⁊ volubiles. Aureç: qr in oibus cox operationib⁹ splēdet virtus deitatis. Plene hyacinthis: q̄ lapis est celestis ꝟtutis ⁊ coloris: qr i oib⁹ opationib⁹ celestē indicat vitā ⁊ intētionē. B Cū ergo hac acceptione panis i manus sctās ac venerabiles xpi: panis accepit vim essendi materia huius sacri: tractandū est de hui⁹ sacramēti materia. Ubi primo videndū est que sit hui⁹ sacri materia. Scđo de eius cōgruitate ac institutiōis causa. Quoad primū est olim catholicox doctorū cōsors sententia: ꝗ hui⁹ sacri materia simpl̃r necessaria panis est ⁊ vinū. De hoc Alexāder papa: ⁊ in cōcilio carthaginēsi vt hr̃ de cōsec. dist. ij. c. In sacro. Statutū est: imo xpi institutio cōmemorata est: ꝗ in sacro corpis ⁊ sanguis dñi: nihil amplius offeraṫ: ꝗ̄ qđ ipse dñs tradidit: hoc est panis ⁊ vinū aqua ꝑmixtū. Qđ dr aqua ꝑmixtū: cōgruitatis est nō necessitatis. Jđ statim sequiṫ. Nec amplius in sacrificiis offeraṫ: ꝗ̄ de vuis ⁊ frumētis. Uerū de aqua cur vino admisceṫ infra videbiṫ. Item eadē dist c cū omne. Julius papa reprobat errorem cox qui pro vino ausi sunt lac apponere. Unde ait. Cū em̄ magister veritatis: verū salutis nostre sacramentū suis cōmendaret discipulis nulli lac: sed panem tm̄ ⁊ calicem sub hoc sacramēto cognoscimus dedisse. Et sequiṫ. Cesset ergo lac in sacrificando offerri: qr manifestuʒ est: ⁊ euidēs exēplū euāgelice ꝟitatis illuxit: ꝗ preter panē ⁊ vinū aliud offerri non licet. Ex quo sequitur ꝗ nō est conueniens materia huius sacri farina aqua elemētari coagulata: neqʒ pasta: qr materia hui⁹ sacramēti est panis. nō autē pasta hmōi dr panis. Et ꝗ̄uis probabile sit pastā ⁊ panē non differre specie essentiali: qr per decoctionem paste ab igne nō fit vt videtur nisi extractio humoris aquei cōmixti cū partibus farine: que mixtio est p solā iuxta positionē partiū humoris ⁊ farine. Hec aūt sepatio humoris nō mutat speciē: qr p ipsam nihil tollitur pertinēs ad rei essentiā: sicut ⁊ talis cōmixtio speciē nō variat: qr non est ibi vera cōpositio: nec cōstitutio alicui⁹ vni⁹ ex his que adinuicē miscentur: sed quodlibet remanet in natura propria ab alio distinctum. Et ꝗ̄ꝗ̄ ita esse sit probabile: non tm̄ de pasta potest confici: qr instituit christus panē vsualē pro materia huius sacramēti: qr talia cōiter consueuit nobis esse sacramētū: propter cōgruentias infra assignādas. Sed occurrit triplex dubium. Primū vtrū ois panis fm substātiā sit apta cōsecrationis materia. Scđm: vtrū ois panis fm quātitatē. Tertiū: an ois fm qualitatē. C De primo dubio: vtrū ois panis cuiuscūqʒ substantie siue de spelta: siue de siligine: an solus triticeus sit cōsecrabilis: est multorū doctorū snīa: quod solus panis triticeus est materia apta huius sacramēti: ita qđ si in pane spelticeo vel siligineo attentaretur: nihil fieret. Cuius causam precipuam dicūt diuinā institutionē. Hanc aūt institutioneʒ cōuincūt ex cōparatiōe xpi: qua se grano frumenti cōparauit. Frumēti dicūt. i. tritici qr granū tritici nobilissimum est: quod qr inter cetera grana plus habet de medulla: p antonomasiā granū frumenti appellatur. Unde asserūt xpm in pane ex tali grano / cui se cōparauerat / sui corporis instituisse sacramētū. Apostolos quoqʒ in tali pane cōsecrationem frequentasseṫ: ⁊ illius panis vsum ecclesie reliquisse. Pro ista opi. ⁊ snīa allegaṫ beatus Augu. super illud Jo. xij. Nisi granū frumenti cadens in terrā mortuū fuerit: ipsum solū manet. Cū sint multa grana frugū: nulli se cōparat nisi illi: scʒ grano frumenti. Unde mos cepit ecclesie de illo solo grano conficere corpus dñi. Huius opinionis videtur esse sanctus Tho. doctor subtilis / Durādus / Gerson / ⁊ pleriqʒ alij. et Alexā. de ales parte. iiij. q. xxxij. dicit. Sunt autē plura alia grana tritici habētia solūmodo differentias accidētales: vt forte spelta et candith: de quib⁹ cōfici licet: ⁊ cōficitur in quibusdā terris. Cui ꝯsentit Durandus / credēs probabiliter inter speltā ⁊ triticū solū esse differētiā accidentalē cōtra sanctū Thomā: cuius probalitas ex cōi dicto vulgari accipitur: quo dicitur ꝗ in quibusdā partibus seminato tritico in certos agros nascitur spelta: qđ vr̃ argumentuʒ idētitatis fm speciem qr ex granis ⁊ seminib⁹ generātur vt frequēter similia fm speciē. Deducitur etiā hec idētitas specifica ex multitudine accidētiū propriorū ⁊ ꝯmuniū spelte ⁊ tritici. Multū siquidem appropinquant quoad quātitatē: figurā ⁊ colorē: ⁊ quoad alia: q̄ etiā ꝗ̄uis remote: indicāt tm̄ diuersitateʒ et idētitatē in forma specifica. Dñs Albertus dicit in quarto: ꝗ ꝗ̄uis spelta sit alteri⁹ speciei a tritico: est tm̄ panis de spelta materia apta et ve-

Beda.

Canti. v.

Primuʒ dubium.

Augusti.

Albertus.

re consecrabilis. Et hoc qr spelta est species frumēti. Addit q si christus vsus est pane triticeo: tñ i tali vsu videt dedisse virtutē generi fm oēm suam speciē. ¶ Sed illud dicit Durādus: nō videt bene dictū: qr in certis sacramentis. illud qd assumitur pro materia sicut est vnū nole: ita est vnū specie: sicut patet de aqua baptismi: et oleo extreme vnctionis. Nō eñ nisi aqua elemētaris materia est baptismi: ꝛ nō nisi oleum olive: materia vnctionis: nō oleū nucū: aut seminis rapaꝝ: oportet ergo q panis qui est materia huius sacramenti/sit idē fm speciem: nec sufficit idētitas fm gen⁹. ¶ Thomas de argētina dicit. Uellē qd in isto puncto: ꝛ in qbuslibet aliis in qb⁹ tractat de his q ad necessitatē pertinēt sacramētoꝝ: sive quibus nō putat esse veritas in sacramentis: doc. nūq sibi cōtradiceret: ꝛ sicubi hoc fieri cōtingeret: q ecclesia Romana p determinationē suaꝫ remediū adhiberet. Huic addit duo dicta. Primū q cōsulti⁹ est q sacerdos in sua cōsecratione vtat pane triticeo: qr oēs doctores xpiani fatent talē panē cōuerti in corp⁹ xpi: platis certis vbis a ministro idoneo. Multi aūt ꝛ magni doctores ꝛ solēnes negāt panem spelticeū in xpi corp⁹ cōuerti. Scdm dictū est: q nō pbat sufficiēter p alios ista negativa: q panis spelticeꝰ nō est cōsecrabilis. ¶ Ad cui⁹ intellectū sciēdū fore dicit: q fm Isido. li. xvii. ethymo. c. iii. frumētū est in plus q triticū. vñ dicit Isido. Frumēta q aristas habēt: reliqua vero q aristas non habēt: fruges appellant. Ideoqꝫ dicit ibidē siligines: et multa alia de genere esse frumētorum: eo q aristas habēt: imo ipsuꝫ triticū genus dici frumēti multas habēs spēs. Uñ dicit. Siligo gen⁹ tritici a selecto dictū: nā in pane spēs ei⁹ precipua est. Et de ordeo trimēsi dicit. Trimēse triticū ideo nūcupatū: qr satū post tres mēses colligit. ¶ D Cū igit neqꝫ ex fide: neqꝫ ex sacra scriptura: neqꝫ ex statuto ecclie in decreto aut decretalib⁹ cōtento: neqꝫ ex originalib⁹ sanctoꝝ doctoꝝ haberi possit: qd solus panis triticeꝰ sit materia cōsecrabilis: non probat sufficiēter hec negativa: q panis de spelta nō sit cōsecrabilis. Uñ de sum. tri. ꝛ fi. cat. vbi fit mētio spālis de hoc venerabili sacramēto: nō fit limitatio materie ad panē triticeū. Silr in. c. cū marthe. de cele. missa. hec arctatio nō ponit: vbi singulariter de hoc sacro ptractat. Neqꝫ in decretis de ɔse. dist. ii. limitatio ad panē triticeū reperit: vbi rō diffuse de hoc sacro agit: vt patet etiā in ca. supra allegatis. Silr ex euāgelus aliud haberi nō pōt: qr nullibi habet determinatio? locutio de materia hui⁹ sacramēti: q qd dicit. Accepit iesus panē. Nō aūt videt qn panis sit vniuocū ad oēm panē vsualē: sive sit de tritico: spelta: siligine vel ordeo. Sicut ꝛ frumētū vniuocum esse videt ad triticū: speltā: siliginē ꝛ ordeū: quis hec sese excedāt in perfectiōe: sicut hō: asin⁹: leo: de qbus vniuoce dr alal. Ex quo videt ɔcludi: qd nō valet dictū quorūdā dicentiū: q frumētū qn per se stat ponit p suo significato famosiori sive digniori qd est triticū: qr illa regula habet veritatē tñ in analogia: q sunt vere eqnoca: nō in vniuocis. Nunc aūt frumētū nō est analogū: qr nec eqnocū ad triticū: speltā: siliginē ꝛc. quis sit analogia qdā pfectiōis inter significata sua: sicut generaliter in significatis p qdcūqꝫ gen⁹. Gen⁹ siquidē plures sub se ɔtinet spēs pfectiōe differentes: cū nulle due spēs sint eiusdem pfectionis: qr habēt se vt numeri. viii. metaphysice. Nec tñ propter hoc gen⁹ per se positū stat p specie pfectiori: vt patet de alal: lapis: brutū ꝛc. Nō eñ sequit est alal: ergo ē hō. Nec sequit: nō est hō: ergo nō est alal. Quō sequeret i analogia: est hō: ergo est hō viu⁹. Et sequit: nō est hō viu⁹: ergo nō est hō: immo sequit: est hō pictus: ergo nō est hō. Sic in proposito nō sequit: hoc est frumētū: ergo est triticū. Nec sequit hoc nō est triticū: sive hoc ē spelta: ergo nō ē frumētū: cū vt dictū est frumētū vniuoce dicat de olb⁹ hñtib⁹ aristas ēt apud vulgū. ¶ E Uidet igit sufficere ad hoc qd aliqd sit materia apta cōsecrationis: q sit panis: dū tñ sit de granis aristarū. Hinc panis coctus de fabis: pisis: lentib⁹: vel alio legumine nō habēte aristas: nō est cōsecrabilis. Hinc de cōse. dist. ii. in. c. in sacramēto. s. allegato habet. Nec amplius i sacrificus offerat: q de vuis ꝛ frumentis. Pro illo facit q apparat⁹ illius decreti nō excludit ab hoc benedicto sacro aliqd verū frumentū: sed dūtaxat piper ꝛ loliū. ¶ Ad hoc pōt rō adduci. Sancta mr ecclia satagens filios suos in honorē sui spōsi educare: vbi cōspicit occasionē ruine vl deviatiōis: monitis salutarib⁹ ꝛ statutꝫ solicita est obviare: ꝛ vbi maius periculū iminet: pvidet vigilātius. Multa aūt statuta edidit circa hoc sacramētū venerabile: puta q sacerdos sit ieiun⁹: q certis ꝛ benedictis vtat vestib⁹: q nō celebret nisi i loco ɔsecrato nō interdicto/q nō nisi in altari lapideo chrismatis vnctiōe bñdicto: nō nisi tpe certo: nec sine igne ꝛ ministro. Et circa sacramentum sanguinis multa sunt statuta: q scꝫ vino aqua apponat: q non in calice ligneo: vitreo aut cupreo celebret: aut cōsecratus simul sumat et cetera multa: quoꝝ tñ nullū est de veritate ac necessitate sacramēti: qn sine quolibet horū: immo sine olbus simul sacerdos de facto si attētaret ɔsecrare: vere cōficeret: qr tñ illa ɔferūt ad reuerentiā ꝛ honorē xpi ꝛ deuotionē ppli: sive ad quasdā significationes mysticas: placuit ecclie ea oia i ɔsecratiōe tā digni ac ineffabilꝫ sacri obseruare: sed si materia consecrationis corpis xpi est solus panis triticeus: longe maius periculꝫ esset ipm nō assumere: q in cōsecratiōe sanguis vti vino aqua non permixto: aut pretermittere quodlibet predictoꝝ. Qm p assumptionē panis non triticei: omitteretur aliquid essentiale: ac qd foret de necessitate sacramenti: quo frustraretur totus effectus cōsecrationis: qr nihil fieret: eo q deficeret debita materia. In aliis aūt tñ omitteretur aliquid requisituꝫ de bene esse sacramenti vel cōsecrantis: ꝛ tamē nullibi reperitur ecclesiaꝫ precepisse vt solus panis triticeus ad corpis xpi cōsecrationē assumatur: et ecclesia provida circa minus necessaria negligens esset circa necessaria: et prohiberet scillā/et relinqret carybdim: qd de ecclesia sponsa xpi: que sponsi sui spū regit nefas est cogitare. Maxime etiam cum ante multos annoꝝ cētenarios hoc ipsum apud catholicos doctores solennes versum est in dubium: vt pꝫ de Alberto magno ꝛ sequacib⁹ suis. ¶ F Uidetur igitur probabile q panis vsualis de frumēto confectus: sive sit de spelta: vel de alio frumēto: sit apta materia consecrationis. Nihil enim plus conuincitur ex euangelys: nisi qd christus accepit panē. Neqꝫ aliquis sctoꝝ doctorū ex originalibus determinatius locutus est: vnde non videtur tutū ac securū quēcūqꝫ scholasticū doctorē etiam acerrimi ingenii ac profunde sciētie diffinire hanc negativā: ꝛ determinare q panis de spelta: aut alio vero frumēto: nō est apta materia consecrationis: cum vt dictū est: ad hoc nō habeat evidēs canonis auctoritas: nec diuina revelatio: nec cogens rō: nec ecclie determinatio.

Deniqꝫ

Isido.

Improbatio quorundam.

Doctor subtilis.

¶ Deniqʒ periculosum videtur: vt in simi arguit doctor subtilis in.iiij.dist.xxvi. periculosuʒ inquã est articulũ fidei limitare vel restringere ad certũ intellectũ spãlem: dũ saluari potest in generali. Hic eñ faceret a fide apostatare: cum aliquid in hoc sensu credendũ ꝓponeretur: vbi sine repugnãtia scripture rõnis ꝛ autoritatis in alio sane intelligi posset. Hoc preterea esset credibile: certũ ponere in dubiuʒ ꝛ incertitudinẽ. Non enim certũ est qđ ex incerto depẽdet: hoc aũt in proposito fieret. Certũ quideʒ est ex scriptura sacra qđ xp̃s cõsecrans corpus suũ: accepit panẽ: qm̃ hoc euãgeliste scribũt. Dicere aũt ꝙ hoc nõ saluatur nisi in isto sensu particulari ꝙ accepit panẽ triticeũ: ꝛ illũ per hoc tanq̃ materiã cõsecratiõis instituit: est trahere certũ ad dubiũ: qꝛ ille particularis sensus (vt dictũ est) ex nullo autẽtico potest deduci. * ¶ Difficile quidẽ est et forte ĩpossibile xp̃m vsum fuisse in consecratione pane triticeo. Hoc tñ posito adhuc certũ nõ est: neqʒ euidẽs: xp̃m per hũc vsum determinate hũc panẽ vt materiã consecrationis instituisse: ꝛ nõ potius oẽm panem: immo si hoc fecisset: verisimile est euangelistas hoc determinate expressisse: ꝛ nõ in quadã generalitate explicuisse: ex qua in dubiũ quid ꝛ qualiter xp̃s fecit: rõnabiliter posset reuocari: quõ ecclesiã sic in incerto reliquisset: maxime in aliquo simpliciter necessario requisito ad sacramenti veritatẽ. ¶ Preterea xp̃s in cõsecratione calicis vsus est vino mixto cũ aqua: vt inferi⁹ patebit: nemo tñ dicit aquã cũ vino esse materiam necessariam sacramẽti sanguinis ex tali vsu: sed vinum dũtaxat. ¶ Amplius: xp̃s (ponam⁹) vsus est vino albo in cõsecratione sanguinis: ꝛ q̃s dicet ex tali vsu vinũ rubeũ nõ esse materiã aptam cõsecrationi: cũ tñ ꝓbabile sit vinũ rubeũ differre specie a vino albo: ꝓpter diuersas ꝓprietates ꝛ operationes quas habẽt: q̄ diuersitatẽ vt videt̃ arguunt quarũdã qualitatũ ꝓpriarũ cõsequentium formas specificas diuersas. Vinũ q̃ppe rubeum (vt fertur) cõstipat: albũ laxat: qđ nõ cõpetit eis ex aliquo humano artificio aut industria: sed ex naturali ꝓprietate: q̄ formã cõsequit̃ specificã. Immo forte nõ oĩa vina alba sunt eiusdem speciei specialissime: sicut nec oĩa pira: nec omnia poma: vbi arguitur diuersitas ex vapore: teneritudine folliculorum: vitium: ꝓpaginum: foliorũ: que videnť tantũ differre: quantũ arbores diuersorũ fructuũ: diuersorũ scʒ pomorũ ꝛ diuersorũ pirorũ. Accidẽtia aũt maxime propria media sunt arguendi differentiã specificã in naturarũ quoad nos: qui proprios substantiarũ conceptus nõ habemus. Preterea xp̃s ſm omnes doctores: apl̃os sacerdotes ordinauit: dicens ad eos. Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Facite hoc inquã qđ ego feci. Quid autem fecit xp̃s? Accepit panẽ ꝛ fregit ꝛc. dicens. Hoc est corpus meum. Ergo sacerdos hoc ipsum nũc faciens: et certa verba proferens: consecrat: sicut xp̃s consecrauit. Accipiens aũt panem de spelta: aut alio frumento: accipit panẽ: ergo consecrat sicut xp̃s. ¶ Quod aũt beatus Tho. ꝛ ceteri arguunt xp̃m vsum fuisse pane triticeo: non cõcludit propositũ: qꝛ hoc certum non habetur. Et si hoc poneretur: adhuc nõ haberet̃ intẽtũ: qꝛ de vino hoc nõ sequitur: est vsus vino albo: ergo vinũ rubeũ nõ est materia sacramenti sanguinis: inter que tñ apparet differentia specifica. ¶ G Ex eodẽ fundamento non concludit ratio Durandi dicẽtis ꝙ materia corporis xp̃i est vna ſm nomen: ergo debet esse ſm speciem: qꝛ hoc fallit: vt apparet in materia sanguinis. Quod autem dicit sic esse in ceteris sacramentis: propositũ suum non concludit. In baptismo quidem sic est: qꝛ xp̃s instituendo materiã baptismi: vsus est hoc nõie aqua dicens. Nisi quis renatus fuerit ex aqua. Qđ etiaʒ ſm Porphi. est species specialissima: dicẽte pħo in topi. Omnis aqua omni aque est eadem specie. Instituendo aũt materiã corporis xp̃i: dicũt euãgeliste: ꝙ accepit panẽ: vtunť ibi euangeliste nomine panis: qđ genus esse videť sub se certas continẽs species. ¶ Qđ dicit de materia vnctionis: ꝙ sit oleũ oliuarũ nõ oleũ nucũ: si hoc veruʒ est: habetur ex determinatiõe ecclesie: q̄ si in ꝓposito haberet̃ cessaret questio: sed si nõ habetur: nec sancti hoc exprimũt: stat dubiũ ibi sicut hic. Dum addit ꝙ vsus panis triticei ab apostolis ad nos vsqʒ descendit: non videtur hoc vniuersaliter verũ: cũ dicat Alexã. de Ales pte. iiij. q. xxxj. membro. iiij. ꝙ in quibusdam terris conficit̃ de spelta ꝛ candith. Hic rit⁹ quoad panẽ triticeũ q̄ ad nos descẽdit: forte plus ĩtroductus est ꝓpter reuerentiam sacramenti: q̃ propter necessitatẽ: qꝛ triticum est nobilior species frumenti: ea propter plusq̃ alia frumẽta est assumptũ. Sicut laudabiliter in quibusdã bene ordinatis ecclesijs vinũ optimũ qđ ex crementis haberi põt: datur celebrantibus ꝓpter reuerentiam magis q̃ necessitatẽ. ¶ Quod etiã adducit̃ cõparatio xp̃i: qua comparauit se grano frumenti: nihil videtur facere ad propositum: qꝛ non comparauit se grano tritici: sed grano frumenti indifferenter ꝛ indistincte. Pro quo facit autoritas allegata Aug. dicẽtis. Cũ multa sunt genera frugũ: nulli se cõparat nisi illi: volẽs per hoc a cõparatione secludere fruges nõ verũ frumentũ. Et preterea ex tali cõparatione null⁹ panis factus est materia sacramenti: sed ex speciali institutione xp̃i materia eius effecta est. ¶ Et qđ dicit beat⁹ Aug. ꝙ inde cepit mos ecclesie in tali grano conficere: verum est: ꝛ hoc institutione subsequente: que si subsecuta non fuisset: quis panẽ assumeret ad consecrãdum corpus xp̃i? Hec dicta non tanq̃ conclusio certa accipiantur ꝛ sufficienter ꝓbata: sed tanq̃ ꝓbabiliter causa scholastici exercitij adducta: et neqʒ ecclesie determinationi: nec canonice scripture: neqʒ originaliũ patrum sanctorum dictis repugnantia: melius sentiẽti in nullo preiudicãtia. Hec de materia primi dubij. ¶ H Quantuʒ ad scđm dubium: de quãtitate materie. Dicunt quidam ꝙ sacerdos nõ potest consecrare materiam panis nisi in determinata quãtitate: in tanta scʒ quanta cedere debet in vsum fidelium. Cuius rationẽ assignant ex verbis Hugonis de sancto victore. Sacramẽtuʒ irritũ reputat̃ si contra institutionem celebretur. Debet igitur intentio ministri (aiũt) concordare institutioni sacramẽti. Institutio autem sacramenti est ꝓpter vsum fidelium: vt scʒ vtantur ipso in ꝓfectum gratie ꝛ virtutũ: igit̃ si minister intendat consecrare tãtũ panem quãtus cedit in vsum fideliũ: verũ est sacramẽtum: aliter non. ¶ Preterea ministris ecclesie data est ptãs: non in irrisionẽ fidei ꝛ sacramẽtorũ: sed in edificationẽ ecclesie ꝛ fideliũ: ſm apl̃m. ij Cor. x. Potestatẽ dedit nobis dñs ĩ edificationem: ꝛ nõ in destructionẽ. Sed irrisio esset fidei ꝛ sacramenti: si sacerdos ꝯsecrare posset totũ panem qui est in foro: ꝛ omne vinum qđ est in cellario. Sed rñsio illa alijs nõ placet: naʒ vt arguit btũs Tho. pte. iij. q. lxxiiij. ar. ij. Si sacerdos intẽdat ꝯsecrare ꝓpter finẽ malũ vt irrideat: veneficia faciat: aut incãtet: nihilomin⁹ ꝓpter po-

Additio. * ¶ Quid agẽdũ si panis apposit⁹ ꝑcipiat̃ esse corrupt⁹. Sol. Quia panis corrupt⁹ dr̃ q̄ substãtiã ꝛ speciẽ panis ꝑdidit vel ex putrefactiõe/ vł vetustate/ vel alio hm̃ói/ qđ ꝑcipi potest/ cũ cõtinuitas soluit̃: ꝛ sapor/ odor/ color/ aliaqʒ accidẽtia mutata sunt: idẽ nõ ẽ panis neqʒ ꝯsecrabilis.

Alexan. de Ales.

Augusti.

Hugo de scto victore.

Thomas aquinas.

testatem sibi datā perficit sacꝫm: et tn̄ hec intentio magis est difformis institutiōi ꝙ̄ prior. ¶ Preterea intentio ministri requiritur ad sacramenti ꝑfectionē: sed nō quecūq;: sed illa q̄ est de his q̄ intrinsece pertinent ad ipm: ⁊ nō illa q̄ est de cōtingentibus. Nā si q̄s baptizaret puerū non ea intentione vt baptizat⁹ cōsequeretur salutē: sed cupiditate pecuniarū: vel alia ꝑuersa intētione: puta q̄: baptismū ad salutē nil credit ꝓficere: huius intentionis defect⁹ effectū sacramēti nō euacuat: quo minus sit vere sacꝫm: dū tn̄ seruat formā et ritū ecclesie: intendēs qd̓ ecclesia facere cōsueuit: ꝗ̄uis baptismū nihil valere credat: vt. s̄. dictū est lec. vi. Propter qd̓ etiā beat⁹ Augu. concedit hereticos baptizare. Sic in ꝓposito vsus sacramēti eucharistie nō est de illis q̄ sunt intrinseca sacramēto: cum illud sacramentū quoad fieri cōsistat precise in cōsecratione materie: imo ꝑ vsum desinit esse sacramētū: ⁊ nō consistit in vsu sicut cetera sacramēta. Ideo intētio de vsu sacramenti nō est de necessitate sacramēti. ¶ Qd̓ aūt dicit Hugo de sancto victo. ꝙ sacꝫm irritū habetur si ꝯtra institutionē celebref: intelligendū est qn̄ celebraf cū omissione eoꝝ q̄ instituta sunt obseruari: tanq̄ ꝑtinentia ad necessitatē ⁊ essentiā sacramenti: de quoꝝ numero nō est intentio vsus sacramenti. ¶ Dicif ergo fm̄ illos: ꝙ quilibet sacerdos pōt cōsecrare panē in tāta quātitate: quantā pōt habere presentē. Cuius ratio est q: concurrentibus oībus que sunt de necessitate sacramēti: est verū sacꝫm: sed pane quantūcūq; magno presente sacerdoti: si ipsum cōsecrare intendat: ⁊ profert verba ad hoc a xp̄o instituta: iā concurrūt oīa q̄ ꝑtinent ad hoc sacꝫm intrinsece ⁊ q̄ absolute requirunf: ergo vere cōficit. ¶ Dicitur aūt notanter: quātocūq; pane presente: q: panē absentem etiā modice quātitatis ꝯsecrare nō potest. Hinc sacerdos existens in ecclia non potest cōsecrare panem in foro. Cū eñ forme verborum cōsecrationis cōtineāt in se ꝓnomen demonstratiuū: ideoq; requirit presentiā materie cōsecrande. ¶ Et per hoc ad scd̓m argumētū inductū r̄ndetur: ꝙ lꝫ ministris ecclesie nō sit data potestas ꝓpter hoc vt abutanf: nihilominus tn̄ abuti possunt: tā illa q̄ est iurisditionis: ꝙ̄ illa q̄ est consecrationis. Sententia est beati Tho. et Durandi. ¶ De tertio dubio: qualitate scꝫ materie panis: vtrum in azymis seu fermentatis confici possit: satis dictū est precedenti lectione: ideo de hoc non plura. ¶ Iā placet simul tractare de materia consecrationis sanguinis: ne eiusdem repetitio fastidiū ingerat relegenti. Est aūt materia consecrationis sanguinis/vinum de vua vitis expressum. Ratio ꝑncipalis est institutio xp̄i: qui in vino vitis hoc sacramentum instituit. vnde Luc. xxij. Accepto calice dixit. Dico vobis: nō bibam de generatione vitis donec regnū dei veniat. ⁊ Mat. xxvi. Iam non bibam de genimine vitis: vsq; ad diem illū cum illud bibam nouū in regno dei. De congruentia postea dicetur. ¶ Ex quo sequif ꝙ vinū pomorū: aut artificiale nō est apta materia consecratiōis sanguinis xp̄i: quia non est vinum vitis: nec est simpliciter vinū: sed equiuoce ⁊ fm̄ quid. ¶ Secūdo sequitur ꝙ vinū in vua non expressum: non est materia apta consecrationis sanguinis: q: liquor ille in vua magis hꝫ rationem comestibilis/ꝙ̄ potabilis. Et de hoc d̓r de ꝯsecra. distin. ij. didicimus. ⁊ ca. sequē. cū omne. vbi prohibetur cōiunctio vuarū in hoc sacrificio: ⁊ cōceditur in necessitate expressio vini de botro in calice. ¶ Sequif tertio qd̓ agresta

Materia ꝯsecratiōis sanguinis.

Mat. xxvi.

nō pōt esse huius sacri materia: q: nōdū hꝫ vini speciē: sed est in via ad vini generationē: ⁊ ꝙ̄uis nō videatur differre nisi per maturum ⁊ immaturū: hoc tn̄ arguit diuersitatē specificam. Requiritur eñ ad veritatē vini: ꝙ sit digestū in vua: nā digestū ⁊ indigestū variat speciem. Agresta aūt non est digesta: iō sicut nō ex pasta corpus: ita nec ex agresta sanguis dn̄i conficif. ¶ Quarto sequif ꝙ nec acetū est materia ꝯsecrabilis. Patꝫ: q: nō est eiusdē speciei cū vino: sed est vinū corruptū: vn̄ non fit reditus de aceto in vinum. Uerū Alexan. de ales distinguit de aceto: q: vel deductū est ad vltimū corruptionis a qua non contingit regredi in vinū: qd̓ simpliciter est alterius speciei: ⁊ de illo sanguis xp̄i nō conficif. Uel nondū ad tantā corruptionē est deductū: sed est quasi vinū acidū nondū plene corruptū: ⁊ de illō potest fieri cōsecratio. Ad hoc allegat Innocen. dicentem. Licet diligēti studio vinū optimum sit inquirendū vt in sacrificiū offeratur: vitiū tamē vini nō maculat mundiciā sacramenti. Quocirca siue nouū vinum: qd̓ d̓r mustum: siue vinū acidum: qd̓ appellatur acetum in sacrificiū offeraf: sacramētū cōficitur: ⁊ diuinitus cōsecratur. Et dicit Alexā. ꝙ in aliquibus regionibus solū conficitur ex aceto: q: ad illas regiones non pōt deferri vinū manēs in suo esse potissimo. Item quedā glo. de cōse. di. ij. sicut. j. dicit. De aceto cōficitur si ex vino factum fuerit: alr̄ nō: q: prope eadem vsia est. Ex quibus tn̄ si caute attendantur verba: manifestū est ꝙ nō loquūtur de aceto proprie: qd̓ iam vini speciem mutauit: sed de aceto large. i. de vino acido/qd̓ est in via ad corruptionem: nondū corruptum: sed adhuc propriā speciem vini seruans. ¶ Quinto sequif ꝙ in musto pōt fieri cōsecratio q: mustum vinum est qd̓ attestaf eius dulcedo: q̄ signum est digestionis: ⁊ proprietas q̄ vini facit opus. Nā letificat: calefacit: ⁊ inebriat: qd̓ vini speciē arguit. Nō tn̄ vsq;quaq; cautū est qualecūq; mustū assumere ꝓpter eius impuritatē: q: feces cōmixte substantie vini in sanguinē nō cōuertuntur: sed dumtaxat substātia vini. Idcirco magis videtur ad reuerētiam huius sacramenti pertinere vinum purū ⁊ defecatū: ꝙ̄ vinū nouū siue mustum turbidū. ¶ R Sed dubia quedam circa hanc materiā occurrunt. Primū: vtrum solum vinum sit materia apta consecrationis: an requiratur aque admixtio? Scd̓m: vtrū aqua vino admixta in sanguinē cōuertaf? Quod autem aqua requiratur de necessitate sacramenti: ita ꝙ sine aque admixtiōe vinū nō cōuertaf in sanguinē: arguitur multis medijs. Primo autoritate canonis: nam Alex. papa/vt habef de cōse. dist. ij. c. j. omnibus orthodoxis scribens: dicit. Non debet in calice dn̄i aut vinum solum: aut aqua sola offerri: sꝫ vtrūq; ꝑmixtū: q: vtrūq; ex latere ei⁹ in passione sua ꝓfluxisse legif. Et Cyprianus papa eadem distin. c. sicut. j. dicit. In sacrificando calicem dn̄i offerri sola aqua nō pōt: quō nec vinum solū pōt. Nā si vinū tm̄ q̄s offerat: sanguis xp̄i incipit esse sine xp̄o. Qn̄ eñ vtrūq; miscef/⁊ adunatione cōfusa sibi inuicē copulantur: tunc sacꝫm ⁊ sp̄uale ⁊ celeste efficitur. Et statim sequitur. Sic vero calix dn̄i nō est aqua sola et vinū solum: nisi vtrūq; misceatur: quomodo nec corpus dn̄i potest esse sola farina: nisi vtrunq; adunatū fuerit ⁊ copulatum/⁊ panis vnius compage solidatū. Ex his arguif sic. Ex aqua sola nō potest confici sanguis xp̄i: igitur nec ex vino. Dicit enim quod aqua sola nō pōt offerri sicut nec vinū solū. Silr̄ ex alia silitudine. Ex farina sine aspersione nō pōt

Attende de aceto.

Innocen.

Alexan.

confici

confici corpus xpi: igitur nec sanguis ex vino sine aqua. Dicit enim: calix dñi non est vinum solum: sicut nec corpus dñi potest esse sola farina. Cõcordat Julius papa eadem dist. cũ omne. vbi dicit. Non potest calix dñi aqua sola esse aut vinũ solũ: nisi vtrũq; misceatur. Et quasi rõnem ꝓmisit. Cum in calice inquit vino aqua miscetur: christo ppl's adunatur: ⁊ credentium plebs ei in quẽ credit: copulat̃. Sequitur. Nam si vinum tñ quis offerat: sanguis xpi incipit esse sine nobis. Si vero aqua sit sola: plebs incipit esse sine christo. Facit ad idem Martinus papa eadem dist. nõ oportz. vbi dicitur. Non oportet aliud aliq̃d in sacramento offerri preter vinũ ⁊ aquã ⁊ panẽ: que in typo christi bñdicuntur: q; dum in cruce christus pẽderet: de corpore eius effluxit sanguis ⁊ aqua: hec tria vnũ sunt in christo iesu. Hec hostia ⁊ oblatio dei in odorẽ suauitatis. Sil'e habetur in ca. statim sequente. ¶ Itẽ rõne ad idẽ: aut christus instituit aquã admisceri vino: aut non. Si primũ: igitur videtur necessario apponenda: q; nihil aliud offerre licet: q̃ȝ quod dñs tradidit: eadẽ dist. in sacramento. Si 2m: tũc temeraria ꝓsumptiõe apponit̃ ab ecclia Romana: q; sacramenta neq; instituere h; nec mutare: vt. 3. pbatũ est lectione. ¶ Itẽ illud est de substantia sacramenti qđ directe ducit in illud ꝓpter quod institutum est sacramentũ: sed hoc sacramentũ institutũ est in recordationẽ passionis dñice. Lu. xxij. Hoc facite in meã 9memorationẽ. Hoc autẽ facit aqua in hoc sacramẽto vt ex canone Alexã. pape paꝫ supra allegato. Itẽ res hui⁹ sacramẽti necessario significari debet ipso sacramẽto: sed res huius sacramenti est vnio corporis mystici cum capite. Hec aũt per admixtionẽ aque significatur: nã aqua pplm significat fidelẽ. Apo. xvij. Aquas quas vidisti ppli sunt: vñ Beda super Marcũ. Quia nos i xpo: ⁊ christũ in nobis manere oportet: vinũ cũ aqua misceť: q; teste Joan. aq̃ populi sunt. ¶ L Sed istis nõ obstantibus: rñdetur ad dubiũ: ꝙ aque admixtio nõ est de necessitate sacramenti: licet sit de necessitate ministri 9secrantis. Distinctio harũ necessitatũ supra lectione. j. declarata est. Primũ patet per magistrũ. iiij. sententiaꝝ dist. xj. Si quis nõ intendẽs introducere heresim obliuione/aut ignorantia aquã ꝓtermiserit: nõ videt̃ irritũ esse sacramentũ: sed ille grauiter est corripiẽdus. Ad hoc facit autoritas Cypriani pape de 9se. dist. ij. scriptura: vbi dicit. Si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vl' simpliciter hoc nõ seruauerit: ⁊ tenuerit qđ nos dñs facere exemplo ⁊ magisterio docuit: põt simplicitati eiusdẽ indulgentia dñi venia 9cedi. Nobis vero nõ põt ignosci qui nũc a dño admoniti ⁊ instructi sumus: vt calicẽ dñi cum vino mixtuȝ (ꝭm ꝙ dñs obtulit) offeramus. Non aũt ignorãtia vel simplicitas excusaret: si aqua nõ apposita nõ fieret 9secratio. Item dicitur grecus aquã nõ apponere: ⁊ tamẽ non negat ecclesia latinoꝝ eos vere cõficere. Item nihil est de necessitate huius sacramenti materialiter qđ nõ remanet: neq; ꝭm substantiaȝ: neq; ꝭm accidẽs: sed aqua admixta nõ manet ꝭm substantiã: q; 9uertitur in vinum neq; ꝭm accidẽs: q; non manet odor neq; sapor. Panis vero ⁊ vinũ etsi transeũt ꝭm substantiaȝ: manent tñ ꝭm accidentia ⁊ ꝓprietates. ¶ Itẽ in nullo euangelio legit̃ dñm apposuisse aquã vino in institutione hui⁹ sacramẽti: sed solũ cõfecisse de pane ⁊ vino. Si aũt esset aqua de substãtia sacramẽti: vtiq; facta esset mẽtio sicut de pane ⁊ vino. ¶ Itẽ in sacramẽtis noue legis/nihil ẽ de substantia ex parte sacramentoꝝ nisi quod efficit qđ figurat: sed aqua apposita nihil efficit: q; nec verum corpus: nec mysticum: quia effectiue ⁊ significatiue est ibi vtrũq;: etiã si aqua nõ apponat̃. ¶ M Scđm scꝫ ꝙ aqua sit apponẽda: ⁊ si minister non apponeret: grauiter peccaret. Patet satis ex allegationibus in ꝑncipio dubij adductis tum quia contra ecclesie preceptũ multipliciter expressum ageret: tum quia sine aqua ecclesia xpm non imitaretur: tum quia dñicam passionẽ nõ sufficienter exprimeret: tũ quia significatiões mysticas tolleret. ¶ Christus siquidẽ quoad ꝭm creditur vinũ cum aqua miscuisse anteq̃ȝ vinum in propriũ sanguinẽ conuertisset: vnde Damasc. iiij. snīaꝝ suarũ. Christus inquit calicem ex aqua ⁊ vino mixtũ tradidit discipulis suis: dicẽs. Bibite ex hoc oẽs: hic ẽ calix sanguinis mei. Cui cõsonat illud. In sacramento corporis ⁊ sanguinis dñi nihil amplius offerat̃: q̃ȝ quod ipse dñs tradidit: hoc est panis ⁊ vinũ aqua mixtum: de 9se. dist. ij. in sacramẽto. Ad idẽ facit. c. scriptura. eadẽ dist. Quotienscũq; calicẽ in 9memorationem dñi/⁊ passionis eius offerimus: id qđ cõstat dñm fecisse faciamus. Et sequit̃. Calicẽ dñi cũ vino mixtũ (ꝭm qđ dñs obtulit) offeram⁹. Huius autem probabilitas sumit̃: q; vinũ terre illius forte est ⁊ substantiosum. Cũ aũt xps vixit temperatissime: probabile videtur vinum cum aqua miscuisse. ⁎ ¶ Denuq; Paschasius quantũ ad tertiũ inquit. Cur in calice aqua misceatur: illa permaxime inquit causa est: q; de latere xpi: vbi passio cõpleïur sanguis pariter et aqua manauit. Qđ certe apli mysteriũ plene intelligentes: fiendũ in calice censuerunt: vt nihil deesset nobis de sacramento ad 9memorationẽ passionis qđ tunc extitit in cruce in 9summatiõe nře redẽptiõis. Hoc q̃ad passionis sufficientẽ expressionẽ. Tolleret̃ etiã mystica significatio: scꝫ vnio: que vt argutum est: aptissime per hãc aq̃ admixtionem designatur. ¶ Per hoc ad rões in oppm̃ factas: q̃ ꝓbare nitunt̃ ꝙ aqua requirit̃ de necessitate sacramẽti. Ad autoritatẽ Alex. pape: q̃ ad hoc sonat ꝙ vinũ solum sine aqua offerri nõ debet. Et in autoritate Cypriani. Nõ põt. Rñdet Inno. ꝙ ṽba illa determinari debent: q; recipiunt exceptionẽ hoc modo. Non potest nisi ex simplicitate ⁊ ignorãtia fiat. Ul' nõ põt. i. nõ dꝫ: q; illud dr̃ fieri nõ posse: qđ de iure siue licite fieri nõ põt. Solũ em̃ vinũ legitime ⁊ sine ꝓcepti trãsgressiõe nõ põt offerri. Ita expõit magister dist. xj. quarti ⁊ ceteri doctores. Sil'r dicit̃ ꝙ illa aduerbia sic ⁊ sicut/dicunt nõ omnimodã silitudinẽ: cũ aqua sola vino solo 9paratur: et vinũ sine aqua farine nõ asperse: dicũt em̃ silitudinẽ decẽtis ⁊ legitime 9secratiõis. Uñ neutrũ põt fieri legitime, ⁊ sine ꝓcepti trãsgressiõe. Sed in hoc ẽ dissimilitudo: q; ex aq̃ sola ⁊ farina nõ 9spersa nullo mõ confici põt: ex vino aũt solo 9fici põt licet nõ legitime. ¶ Et p hoc pꝫ solutio ceteraruȝ autoritatũ. Sic ẽt qđ dr̃: si offertur vinũ solũ: incipit esse sanguis vel xps sine nobis ⁊c. i. nobis nõ proficit huiõi oblatio: vt exponit glo. in. c. cũ oẽ. allegato. Uel sanguis incipit esse sine nobis: quãtũ ad significationeȝ: q; deest aqua que nos xpo vniẽdos significat. Sic si aqua sola/plebs icipit esse sine xpo. i. significat̃ esse absq; significatione xpi. ¶ N Ad rõnẽ cũ arguit̃. Aut xps admiscuit aquã aut nõ: dicit̃ ꝙ admiscuit vt dictum est: nec impedit ꝙ null⁹ euãgelistarũ hoc scribit. Multa enim et alia signa fecit iesus in cõspectu discipuloꝝ suoꝝ: que non sunt scripta ⁊c. vt habet Joan. xx. Et maxime in institutione huius sacramenti.

Apo. xvij. Beda.

Damasce.

A D D I T I O.

Quid agendũ/si sacerdos post cõsecrationeȝ recolat/vel deꝑhendat aquam nõ fuisse admixtam vino: vtrũ veȝ adhuc debeat admiscere. Sol. nullo mõdꝫ aquã vino 9secrato admiscere: q; sequeret̃ corruptio sc̃i/ad minus in aliq̃ pte: qđ cauendꝫ si fieri possit Sꝫ pcedat sine admixtiõe aque: admixtio em̃ aq̃ nõ est de necessitate cõsecrationis sꝫ 9secrãtis

Hoc est eniꝫ corpus meũ. ¶ Premissa huius sacramẽti institutione quãtũ ad tp̃s ⁊ materiã: modũ: finẽ: ⁊ rõnes motiuã facta a xp̃o: subditur ỽbor̃ forma q̃b9 perficit ipsa cõsecratio. * Quãuis enim (vt. s. dictũ est) xp̃s dñs dei patris naturalis filius eidẽ consubstantialis natura: equalis virtute ⁊ potentia sua diuina potestate panem in corpus suum conuertere potuit absq̃ verborũ quorũlibet plationem: sola sua q̃ celũ ⁊ terram creauit: ⁊ vniuersa de nihilo omnipotenti voluntate: vsus tñ est paucis certisq̃ verbis: q̃b9 panẽ in corp9 suũ trãsubstãtiauit. Perfecturus em̃ hoc sacramentũ ait cõcenãtibus apostolis. Accipite ⁊ comedite: hoc est corpus meũ. Nec solus ipse his verbis vti voluit in sua personali cõsecratione: verũ ⁊ ap̃los: q̃bus se primũ dedit in cibũ: nec tm̃ ap̃les: sed oẽs eor̃ in sacerdotio legitimos successores rite ab ecclesia ordinatos prout supra lect. ij. ⁊ vi. latius est probatum. His ergo verbis contulit dñs vim consecratiuã eucharistie. De quo Paschasius in quodam tractatu de sacramẽto sic ait. Nulli dubiuꝫ q̃ sicut q̃n in nomine patris ⁊ filij ⁊ sp̃ussancti: ter mergimur in fonte vtiq̃ baptizamur: non in virtute ⁊ ptãte illius qui hoc dicit: sed in virtute xp̃i qui hoc precepit: dicens. Ite docete oẽs gentẽs: baptizantes eos in noie ⁊c. Sic ⁊ hoc sacr̃m nõ meritis: nõ verbis humanis. i. in persona hominis prolatis: sed procuidubio diuinis efficitur ⁊ consecratur mandatis. Idcirco estimandũ nõ est quod alterius verbis: ꝙ vilis meritis: ꝙ ptãte alicuius ista fiant: sed ỽbo vtiq̃ creatoris. Et post modicũ. Propterea veniẽdum est ad verba xp̃i: ⁊ credendum ꝙ in eisdem verbis id conficiatur. Reliqua oia q̃ sacerdos dicit: aut clerus canit: nihil aliud quã laudes et gratiar̃ actiones sunt: aut certe obsecrationes: fideliũ postulationes ⁊ petitiones. Verba autem xp̃i sicut diuina sunt: ita ⁊ efficacia vt hoc scꝫ proueniat: quod iubet. Celũ inquit xp̃s ⁊ terra transibunt: verba autem mea nõ trãsibũt: sed faciẽt oia ad que missa sunt. Cuꝫ igitur dicit xp̃s. Accipite ⁊ manducate ex hoc oẽs: hoc est corpus meum. Ilico ibi comparuit corpus suum. Et subdit. Paschasius. Sane forte putares quod de illo solo vno pane: ⁊ in illa hora hoc esse iusserit. Ad quod tollendum adiungit. Hoc facite in meam commemorationẽ. Unde fatendum ꝙ quicquid illud fuit q̃d apostoli a xp̃o perceperunt: hoc totum est istud quod sacerdotes ⁊ fideles percipiunt. Et si velis audire q̃d est. Hoc est inquit corpus meum: quod pro vobis tradetur. In hoc ergo ỽbo creatur illud corpus: qꝛ diuinũ verbum ⁊ omnipotentia plenum est. Et quod dicit: hoc est corpus meum quod ꝑ vobis tradetur: crede o fili quia ita est: quoniam ipse dixit ⁊ factum dubitare non potes. Ipse mãdauit et creatum est. Preceptum ergo posuit in meam cõmemorationem hoc facite: et ideo quotienscũq̃ fit catholice: vere hoc fit q̃d dictum est hoc est corpus meũ. ¶ Ex quibus verbis Paschasij satis habetur: quod his ỽbis xp̃i: hoc est corpus meum: corpus xp̃i consecratur. Hoc ipsum expresse dicit Ambro. de conse. distin. ij. panis est in altari. Ubi inquit: sacramentum cõficitur: iaꝫ non suis sermonibus sacerdos: sed sermonibus vtitur xp̃i: ergo sermone xp̃i conficit sacramentum. Accipe que sunt verba Christi. Accipite et manducate: hoc est corpus meum. Idem Inno. in. c. cũ marthe. de celebr. missa. Forma ait: verborum qua Christus vsus est: cũ panem ⁊ vinum in corpus ⁊ sanguinem transsubstantiauit: est q̃ ponitur in canone misse: qua vniuersalis vtitur ecclesia: quã apostoli acceperunt a xp̃o: ⁊ ab ipsis eorũ acceperunt successores. ¶ B Sed pro intellectu dicendorum de forma huius sacramenti notandum quod proprie loquẽdo refert loqui de forma huius sacramenti: ⁊ de forma consecrationis huius sacramenti: quod singulare est in hoc sacramento. Siquidẽ sm Scotũ. q. i. distin. viij. libro. iiij. omnia alia sacramenta consistunt solũ in vsu quodã ⁊ in fieri: ita quod idem ibi est sacramẽtum ⁊ perceptio sacramenti: sicut idem est baptismus: et perceptio baptismi. Non enim baptismus est aqua: aut confirmatio chrisma. Sed hic est lotio facta in aqua cum certa verborũ forma: et hec est vnctio hominis in fronte facta a põtifice sub forma verborum debita. Nec in his permanet sacramentum transeunte vsu seu tali perceptione aut actu. Sacramẽtum vero eucharistie est quoddam permanens etiam ante vsum eius: qui consistit in eius sumptione: ⁊ hoc congruum erat: qꝛ xp̃s permanenter voluit esse nobiscũ: ergo in aliquo signo permanente: cuiusmodi signum est sacramentum istud. Habet ergo sacramentum eucharistie esse permanens ⁊ nõ successiuũ. Est enim sacramentum eucharistie species panis ⁊ vini: corpus ⁊ sanguinem Christi cõtinens: vel etiam ipsum corp9 xp̃i sm certã sacramenti acceptionem: ⁊ tam species continẽtes: q̃ corpus xp̃i contentum res sunt permanẽtes. Rei autem permanentis forma esse nõ potest q̃d successiuum: cum res habens formam non possit esse sine forma: ꝑmanens autem manet: successiuũ vero non: quia eius esse consistit in quodam fieri. Et qꝛ verba nõ possunt esse nisi in quadã successione prolationis: saltem vocalia: de quibus nunc est sermo: ideo manifestum est ꝙ non possunt esse forma sacramenti eucharistie: alioquin cessantibus verbis: nõ esset sacramentum eucharistie. Quod dicere foret hereticum: immo cessantibus verbis consecrationis: incipit esse sacramẽtum eucharistie. Desinunt em̃ verba per primuꝫ nõ esse: ⁊ primum nõ esse verborum: est primũ instans eucharistie. Unde patet ꝙ non sunt simul ỽba consecrationis eucharistie ⁊ sacramentum eucharistie. Consecratio autem huius sacramẽti: q̃ est quedã via ad sacramẽtum: est res successiua consistens in fieri: et ita requirit certam formã ỽbor̃: q̃ dici pñt verba sacramẽtalia sm Scotũ lib. iiij. dist. viij. qõne. i. Verba vtiq̃ sunt forma ꝯsecrationis sacramẽti: nõ forma sacramenti: qꝛ pertinẽt

ADDITIO.
* Utrũ hec ꝯfectio em̃ fit ỽ substãtia forme/⁊ de necessitate est ꝓferẽda? Sol. nõ ẽ ỽ sub̃a forme: neq̃ ỽ necessitate ꝯsecrationis sacri nõ tñ oꝫ scilicet omitti: alioq̃ sacerdos grauiter peccaret.

ADDITIO.
Utrũ sacerdos si obmissa eib9 illis q̃ i missa dici solẽt diceret solũ ꝓdicta ỽba sup panem aptũ consecraret? Sol. si ea dicere cũ intẽtione cõsecrãdi/tunc cõsecraret: sꝫ grauiter peccaret faciens ꝯ ritũ ⁊ ordinationẽ ecclesie: vñ in nullo casu hoc fieri debet.

Mat. xxvj.
Mar. xiiij.
Luc. xxij.

Ambro.

Innocen.

Scotus.

Scotus.

quia pertinēt non ad esse sacramenti: sed ad fieri sacramēti: pertinent autē ad esse ꝯsecrationis qḋ cōsistit in fieri: vt dictū est. Aliorū autem sacramētorum forme sunt verba: qꝛ alia sacramenta non sunt nisi in fieri sicut ⁊ ipsa verba.

Questio. Rn̄sio ad q̄stionem.

℄ C Si queris ergo que est forma sacramenti eucharistie: pōt dici ſm doctorem sup̄adictū: ꝙ in sacramento eucharistie non est aliquid tanꝙ̄ materia: ⁊ aliud tanꝙ̄ forma sicut in sacramentis ceteris. Cuius ratio est: qꝛ istud sacramentū est permanens: ⁊ id (vt dictū est) nō possunt aliqua verba ad eius essentiā ptinere. In quocūqꝫ enim sacramento distinguūtur materia ⁊ forma. Signū visibile dicitur esse materia: verba vero forma. In isto aūt sacramento sole species panis ⁊ vini sunt sacramētū: que sunt forme quedā accidētales sine materia: vt infra dicetur: quarū nō est alia forma.

Obiectio.

℄ Si dicis: species iste nō sunt sacramētū nisi inquantū sunt signa rei sacramentalis: nō ḋſit ergo esse sacramentū ex eo ꝙ species panis ⁊ vini sunt: sed ex representatione rei ꝯtēte: igitur saltē significatio erit forma sacramenti: q̄ dat esse sacramento.

Rn̄sio ad obiectionē.

Rn̄deo breuiter ꝙ in sacramento eucharistie. i. in eo qḋ est sacramentū tantum ⁊ nō res: nō est aliqua realitas p̄ter species illas sensibiles. Neqꝫ representatio aut significatio addit aliquā rem speb⁹ que sit aliquid sacramēti. Sed qꝛ sacr̄m nō est terminus absolutus sed ꝯnotatiuus: ideo supponit pro speciebus panis ⁊ vini: ꝯnotando institutionē: que institute sunt a xp̄o ad efficaciter significandū rem ꝯtentā: sed illa institutio vel est christus instituens. vel species institute: aut vtrunqꝫ simul.

Sacr̄m est termin⁹ cōnotatiuus.

Et nihil dicit distinctū a specieb⁹ quod sit aliquid sacramenti: nisi q̄s diceret ꝙ sacramentū diceret relationē vel respectū superadditum: quē nō opinor esse ponendū. Quotiens ergo dr̄ verba esse forma sacramenti eucharistie: intelligendū est ꝙ verba certa sint forma ꝯsecrationis eucharistie: ⁊ ita ꝯſr loquendum erit de forma.

℄ D Quia aūt inter cetera diuine pietatis bn̄ficia humane saluti prestita: institutio huius sacramenti mirabilis excedensqꝫ humanā intelligentiā predicatur: ſm illud prophete. Memoriam fecit mirabiliū suorū misericors ⁊ miserator domin⁹ escam dedit timentibus se.

Ps. c.

Sunt quoqꝫ in eo nō nulla cursui nature ꝯtraria: ac intellectui difficillima: ideo presupposita fide certissima: absqꝫ temeritate scrutandi diuinā tremendāqꝫ maiestatē cū omni hūilitate ⁊ timore ex doctorib⁹ orthodoxis querendū nobis est ⁊ laborandū: si ad aliq̄lē creditorū indulgentiam pertingere valeamus: quatenus innotescat quid vere: quid pie: quid sobrie: de hoc mirifico ac mirabili sacr̄o asseri: q̄d ve negari: q̄d denique veritatē fidei impugnātib⁹ possit catholice responderi. Diuino ergo consili⁹ auxilio: vt in dicēdis vitet̄ ꝯfusio: hoc ordine statui p̄cedendū. Ut in ꝯsecratione forme quatuor principaliter inquirant̄. Primo de forme integritate. Scḋo de forme efficacia ⁊ virtute. Tertio de forme veritate. Quarto de ꝯuenienti dictorū expressione. ℄ Circa primū inuestigabit̄ q̄ ⁊ qꝛ v̄ba sint de forme ꝯsecrationis essentia. Scḋo an in illa forma ad ꝯsecrandū sufficiat si p̄termitterent̄ verba canonis p̄cedētia ⁊ sequētia. Tertio vtrū ꝓpter mutationē quorundā verborū forme impediat̄ ꝯsecrationis efficacia. ℄ Circa secūdū principale tractabit̄ quis effectus sequitur ad prolationē debitā forme. ℄ E Et q̄m ſm oēs catholilicos tractatores ibi incipit eē corpus xp̄i: qḋ cōsiderari pōt ſm habitudinē oīm predicamentorū qꝛ viris scholasticis loquor: placuit ſm ordinem eorum inquirere mirabilia dei in hoc sacramēto.

℄ Quantum ad predicamentum substātie: vtrū ibi sit verum ⁊ substantiale corpus Christi. Qua substātiali mutatione inceperit esse corpus christi ī sacramēto. Quid etiam in quid ꝯuertatur. Que substantia maneat: que desinat. Et an desinens annihiletur. ℄ Quantū ad predicamentum quātitatis: vtrum corpus xp̄i sit quantū in sacramēto secūdū proprias dimensiones quas habet in celo. Utrum habeat positionem situs in loco. Utrum totus in toto sacramento: ⁊ totus in qualibet parte: cum ceteris etiam predicamentum situs ꝯcernentibus: pro eo ꝙ vtraqꝫ predicamenta quātitatis ⁊ situs positionem respiciunt: illud in toto: istud in loco. ℄ Quantum ad predicamētum relationis. Utrum accidentia panis ⁊ vini manentia afficiant corpus xp̄i. Utrum inhesiue sint in aliquo subiecto: aut stent per se sine subiecto. ℄ Quātū ad predicamētū qualitatis. Utrū omnes ꝓprietates ⁊ qualitates naturaliter corpori xp̄i inexistentes in celo: insint sibi in sacr̄o. ℄ Quātum ad predicamentū actionis. Utrum oīs actio sibi ꝯueniens in loco in quo est circunscriptiue possit sibi ꝯuenire in sacr̄o. ℄ Quātum ad predicamentū passionis. Utrum corpus xp̄i in sacramento possit a causa naturali trāsmutari. ℄ Quantum ad predicamentum habitus: qꝛ de predicamento situs vt supra: vidēdum erit cū predicamento quātitatis. Utrum in sacramento corpus xp̄i sit ornatum dotibus glorie. Itē an sit ab oculo corporali vel intelligibili vt in sacramēto visibile. ℄ Quantū ad predicamētū vbi. Utrū localiter descēdat de celo vt esse incipiat in sacramēto. Utrū sibi vt in sacramento possit inesse motus localis. Utrum sit in sacramento circūscriptiue vel diffinitiue. Utrum simul ⁊ semel esse possit in diuersis vbi. ℄ Quantū ad predicamentū q̄n: q̄n incipit esse in sacramento. Utrum corp⁹ christi ⁊ substātia panis pro aliquo instāti sint simul. Q̄n desinat esse sub speciebus sacramenti. ℄ Ad finē secundi principalis. An respectu corporis christi: ⁊ eius presentie in sacramento: verba ꝯsecrationis formā integrantia: habeant aliquā virtutem effectiuā naturalē vel sup̄naturalē. ℄ Circa tertium principale tractabitur quō formalis oratio in se vera. Quid demonstrat pronomē hoc. Et de singulis dictionibus in ea positis: est: corpus: meū: qua congruentia ibi dicant̄. ℄ Circa quartū principale quō loquendū sit: vt ꝯuersio panis in corpus xp̄i: ⁊ cetera apte exprimantur an per verbum est: vel fuit: aut erit. Item an per p̄positionem ex: vel prepositionem de: vel in: aut aliam. Et q̄m ex oīm p̄dictorum inuestigatione patebit in sacramēto verum corpus christi existere. Utrū vt ibi sit adorandū latrie adoratione? ℄ De his oībus ⁊ alijs eis adherētibus tētandū est inuestigare priusq̄ ad sequētia textus procedat̄. Ad horū tamē executionē me noui inidoneum penitus ⁊ obtusum: ⁊ nisi diuina preueniat gr̄a: in executione deficientem. Idcirco patres humanissimi: domini ac fratres deuoti orōnū vestrarū supplicia imploro suffragia: quaten⁹ diuine sapiētie se nobis petētibus in hoc sacramēto benignissime offerētis ducatu fretus: vera inueniā: inuēta quoqꝫ sermonib⁹ ꝯgruis clare intelligibiliterqꝫ merear doctrinaretamen. ℄ F Quantum ad primum intelligendū est ꝙ forme ꝯsecrationis eucharistie īregritas ponitur ꝯsistere ex his quatuor verbis xp̄i: scꝫ pronoīe hoc: verbo est: noīe corpus: ⁊ pronoīe meū. Nā sicut in ceteris sacramētis forme illud significāt quod efficiunt: vt exempli causa.

forma baptismi interiorē purgationem aīe: forma pnie: absolutionē a pctis: p hec verba baptizo: absoluo ita ⁊ hec forma significat corpus xpi: qḋ ad verboꝝ prolationē presentialiter exhibet. Sacerdos enim proferens hec verba: debita cū intentione: ⁊ super debitam materiā vere cōficit hoc diuinissimū sacramentū. * Et licet hec verba tantū sint de necessitate sacramenti: vt infra docebit: sunt tñ cetera verba canonis de necessitate ministri: vt riteꝫ legitime ꝯsecrationē pficiat. Quilibet eñ sacerdos celebrās ordinationi sanctorum patrum ⁊ ecclie se tenet cōformare. Hec forme ꝯsecrationis ꝯiunctionem (enim) inseruit rōnabili ex causa vt dicetur: que ceteris quatuor connumerata dici solent quinqꝫ esse ꝯsecratiōis verba. Quod nō vacat a mysterio: sic enim quinqꝫ verbis corpus xpi ꝯsecratur in sacramēto: qḋ totidē verbis ꝯcipiebatur in virginis vtero: ipa nāqꝫ āgelo salutāti: ꝯsentiēte ⁊ dicēte. Fiat mihi sꝫ vbū tuū: incarnatū ē patris verbū. Peccatorum etiā (q̄ huius sacramenti digna pceptione delentur) publicanus veniā meruit quinqꝫ verborum oratione: cum percutiens pectus suum orauit dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Similiter quinqꝫ verbis crimina paralytico relaxauit dicens. Fili remittūtur tibi peccata tua. Paradisus quoqꝫ ad quam xpi corpus tanꝙ viaticū ducit: quinqꝫ verbis latroni promittitur: dicente in cruce dño. Hodie mecum eris ī paradiso. ¶ Qḋ ergo hec verba: hoc est corpus meum: integrent formam ꝯsecrationis eius tanꝙ essentialia forme sic potest ostendi. Hec verba integrāt formā ꝯsecrationis quibus xps ꝯsecrauit corpus suum ⁊ sanguinem: his aūt verbis xps ꝯsecrauit: ergo. Maior videtur manifesta: quia ad hoc solū verbis xps consecrauit: vt nobis formam id faciendi traderet: alioquin sola voluntate panem ⁊ vinū in suū corpus ⁊ sanguinē ꝯuertere potuisset. Minor declarata est lectiōe pmā. Itē forma debet esse ꝯueniēs in significando sacramentali signo: sacꝫm autē eucharistie significat presentiā corpis xpi: non in vsu sed in esse permanēti. Hoc aūt significāt hec verba: hoc est corp⁹ meū: ⁊ nulla alia a xpo in ministratione huius sacramenti dicta: aut in canone misse scripta: igitur ipsa sūt ꝯsecrationis forma. ¶ B In hoc etiā differt hec forma a formis alioꝝ sacramentorum: nā qꝛ cetera scꝫa consistūt in vsu quodā: forme ceterorū sacramētoꝝ important vsum materie puta actū baptizādi vel ꝯsignandi chrismate vel ablnēdi: ⁊ iō proferunt in psona ministri exercētis hmōi act⁹. sicut dicit. Ego te baptizo. Ego te ꝯfirmo. Uł ministri imperantis: vt in sacramento ordinis. Accipe ptātē. Uel ministri deprecātis: sicut in sacro extreme vnctiōis. Per ista vnctionē ⁊ suā piissimā misericordiā ldulgeat tibi ⁊c. Hoc aūt sacramentū tanꝙ res pmanēs non ꝯsistit in vsu: lꝫ ordinet ad vsum: ideo ei⁹ forma non debet exprimere aliquē actū: sed existentiā rei pmanentis. Nec dꝫ proferri in psona ministri: sed ex psona ipsius xpi loquētis: vt detur intelligi ꝙ minister in perfectione hui⁹ sacramēti nihil agit: nisi ꝙ profert verba xpi. Ostēditur hāc etiā eē formā: hoc est corpus meū: sctōꝝ patrū autoritatib⁹. Nā Eusebi⁹ emissenus: vt hꝫ de ꝯse. dist. ij. qꝛ corpus: ait. Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiā corporis ⁊ sanguinis sui verbo suo secreta potestate conuertit: ita dicens. Accipite ⁊ comedite hoc est corpus meū. Et sanctificatione repetita. Accipite ⁊ bibite ait: hic est sanguis meus. ¶ Itē Amb. lib. de sacra. vt habetur de conse. dist. ij. panis est in altari: inquit. Cōsecratio autem quib⁹ verbis: ⁊ cuius sermonibus est dñi iesu. Et sequitur. Ubi aūt sacrificiū ꝯficitur: iā nō suis sermonibus sacerdos sed vtitur sermonibus xpi: ergo sermonibus xpi conficitur hoc sacramentū. Et sequitur. Accipe que sunt verba xpi. Dicit sacerdos. Qui pridie ꝙ pateretur. Accepit inquit in sanctis manibus panem. Anteꝙ consecraretur panis est: vbi aūt verba xpi accesserunt: corpus xpi est. Audi dicentē: accipite ⁊ comedite ex hoc omnes: hoc est enim corpus meum. Ad idem loquitur Amb. in eodem lib. de sacra. ⁊ habetur dist. qua supra. c. vere. prope finem. Ipse clamat dñs Jesus: hoc est corpus meum. Ante bñdictionem verborum celestium alia species nominatur: post consecrationē corpus signatur. Simile dicitur li. iiij. de sacra. ⁊ habetur in ca. in calice. eadē dist. Iteꝫ btūs Aug. in ca. vtrū sub figura. eadē dist. Credendū est inquit: ꝙ in verbis xpi sacramēta ꝯficiantur. Cuius enim potentia creantur prius: eius vtiqꝫ verbo ad melius procreantur. Reliqua omnia que sacerdos dicit: aut clerus chori canit: nihil aliud ꝙ laudes aut gratiarum actiones sunt aut certe obsecrationes ⁊ fideliū petitiones. Unde ⁊ sacerdos dicit prius euangeliste verba assumēs. Qui pridie ꝙ pateretur. In hoc ergo creatur illud corpus. Hec Aug. Iteꝫ magister di. viij. iiij. li. sententiarum. Cum proferūtur hec verba: hoc ē corpus meum. hic est sanguis meus. cōuersio fit panis ⁊ vini in substantiā corporis ⁊ sanguinis xpi. Reliqua ad laudem dei dicuntur. Ad hoc faciūt verba Paschasij ⁊ aliorum in principio huius lectionis allegata. Ex his satis patet ꝙ forma huius ꝯsecrationis est verba xpi illa que dicta sunt. Hoc est corpus meū. ¶ D Sed diceres: xps ī cena discipulis ait. Accipite ⁊ comedite: hoc est corpus meuꝫ. Si ergo in verbis xpi fit ꝯsecratio: ad formā ptinēt etiā illa verba xpi: accipite ⁊ comedite. Et per ꝯsequens forma nō est solū hec quatuor vba: hoc est corpus meū. Et ad hoc videt sonare autoritates suprascripte Eusebij ⁊ Ambrosij. Respōdet Alex. de ales: ⁊ post eum sctūs Tho. ꝙ solū hec quatuor verba sunt essentialia forme hoc est corpus meū: ⁊ nō illa: accipite ⁊ comedite. Cuius ratio est: qꝛ per formā exprimi debet aliqḋ pfectū vel faciendū circa materiā ꝯsecrandā vel trāssubstantiandā in corpus xpi: p ista aūt verba accipite ⁊ comedite: nō exprimit aliquid ptinens ad ꝯsecrandū: nec ad ꝯsecrationē ipsam vt perfectā: sed respiciūt vsum sacramēti qui non est de necessitate sacramēti: ⁊ sequit perfectionē seu cōuersionē. Significāt eñ ꝙ sumi dꝫ sacꝫm: que sumptio presupponit trāssubstantiationē iā pfectā: ⁊ ita per hec verba. Hoc est corpus meū. exprimit tota perfectio huius sacramēti: scꝫ presentia veri corporis xpi q̄ est de essentia sacramēti: ⁊ sufficit etiā sine vsu ei⁹. Qḋ aūt addūtur illa accipite et comedite: ab Eusebio. Amb. dꝫ: ꝙ qñqꝫ addunt qñqꝫ nō: vt ptꝫ in diuersis autoritatib⁹. Qn aūt addūtur siue a sctis siue in canone: nō addūtur tanꝙ sint essentialiter de forma cui virtus transsubstantiādi data est: sed qꝛ illis exprimit ꝙ propter hoc fit ꝯsecratio hmōi sacramēti: vt id quod ꝯsecratur sumatur in vsum. i. in cibū fideliū. Ipa enim ꝯsecratio nō est simpliciter finis ꝯsecrātis: sed potius vsus fideliū: ad hoc eñ ꝯsecratur corpus ⁊ sanguis: vt fideles eoꝝ vtātur manducādo ⁊ manducātes capiti ⁊ mēbris fortius vniantur: qḋ insinuare volētes addunt forme. Accipite et comedite. Pōt etiam dici ꝙ aliqua dupliciter dicūtur esse de forma: vel qꝛ eis data est virt⁹ transsubstantiandi

Marginal notes:

* Lꝫ hec verba hoc ē corpus meuꝫ: sint tñ de necessitate sacri: sunt tñ cetera vba canonis de necessitate ministri ⁊ precepti vt. s. riteꝫ legitime pficiat consecrationem.

Luce. j.

Lu. xviij.

Mat. ix.

Lu. xxiij.

Eusebius.

Ambro.

Augustinus.

Obiectio.

Rñsio.

substātiandi: ꝛ illa sunt essentialia de necessitate forme: vel illa q̄ nō sunt solū essentialia: sed preci piūt vsum sacramēti: ꝛ sic verba. Accipite et come dite: sunt de forma. Hec de primo.

Dubium.

¶ I Quantū ad scḋm: est dubiū: vtrū pretermissis verbis pre cedentib9. Qui pridie ꝗ̄ pateref: cū alijs que se quunf per hec sola: hoc est corpus meū: fieret cō secratio? Hic Sco. videf declinare ad partez ne gatiuā: q2 verba sacramētalia ex vi verboꝝ debēt significare illud qḋ efficiunt in sacrō: sed q2 ex vi cōsecrationis efficif ꝙ ibi vere incipit esse corp9 christi: ergo hec verba debēt significare corpus xp̄i ibi cōtineri. Prefata aūt verba: hoc est corp9 meū: plata a sacerdote sine alijs ꝓcedentib9 ad iunctis: nō significāt corpus xp̄i: sed significant magis corpus sacerdotis pferētis: q2 per meuz: corpus restringif ad corpus loquentis. Unde lz minister possit intendere loqui velle in persona xp̄i: cū dicit. Hoc est corp9 meū: nō tn̄ ꝓpter hoc significatū terminoꝝ illoꝝ esset ꝙ (meū corpus) ex vi verboꝝ importaret corpus xp̄i: sed corp9 pferentis: sicut si ego dicerē: doctrina mea non est mea. Sed si dicerem: xp̄s dixit: doctrina mea nō est mea: sed eius q̄ misit me patris. Iaz significo ꝙ hec doctrina nō est mea: sed xp̄i rōne eius qḋ premittif xp̄s dixit. Qḋ si nō ꝓmitteref nō signi ficaf doctrina esse alteri9: ꝗ̄ hec verba loquētis. Meū eñ ꝗ̄tū ad possessoiē: demōstrat primā p sonā: q̄ est psona loquētis. Si vero loquēs nō in sua: sed alterius persona loquitur: hoc designari opz p aliqua vba adiūcta: alioquin ſm ꝓprieta tem sermonis importaf persona loquēs: sicut in proposito. Nisi ꝓmittanf verba quib9 significe tur ꝙ sacerdos illa verba. Hoc est corpus meū: pferat in psona xp̄i: de vi verboꝝ denotaf corp9 sacerdotis: in qua significatione manifestum est nō fieri cōsecrationē.

Scotus.

Addit etiā Scotus: ꝙ non est intelligendum ꝙ ex necessitate ꝛ essentialiter sint pertinētia ad cōsecrationem: sed necessario sunt ꝓmittēda: ꝛ nō solū illa: sed plura ꝓcedētia in canone. Illa videlicet q̄ ad hoc faciūt vt ex vi sermonis haberi possit: ꝙ hec verba: hoc est cor pus meū pferanf a sacerdote in persona christi: vt̄ dicit. Nō sine causa ecclesia ita connexuit to tum canonē misse: ꝙ ab illo loco. Cōmunicātes: vsq3 ad illū locuz. Supplices te rogamus: nō est aliqua orō q̄ nō cōnectaf cū ꝓcedēte: vel p cōiū ctionē sicut. Hāc igif: vel per ꝓnomē infinitum: vt. Quā oblationē tu de9 ꝛ Qui ꝓdie ꝗ̄ pateref. Et post cōsecrationē. Supra q̄ propitio. Uel per relationē: vt ibi. Simili modo postq̄.

Reprobatur opinio Scoti.

¶ R Sed hec opinio nō videf satis fundata: ꝛ verbis san ctoꝝ. s. allegatis cōtraria: quib9 dicif ꝙ ola ver ba: reliqua sc3 ꝑter verba christi nihi aliud quaz laudes sunt ꝛc. Ideo dicūt alij ꝙ ad consecratio nem sufficiāt minister idoneus: intentio debita: forma instituta ꝛ materia req̄sita. Forma autē a christo instituta hec est: hoc est corp9 meū. Qua si vtitur sacerdos cū debita intentione sup ma teria cōuenientē: vtiq3 videtur cōsecrare: omnib9 alijs circūscriptis. Consequenter dicūt: ꝙ ad for mam cōsecrationis nō requirif ꝙ ipsa significet illud qḋ cōtineſ in sacramento: seu qḋ efficitur p sacramentū vel per cōsecrationē: ꝛ hoc ex ordine et serie verboꝝ ipsius. Sed sufficit ꝙ forma hoc significet ex ordinatione christi: ꝛ intētione mini stri vtentis hac forma. Ordinauit autē christus instituens hanc formā: ꝙ quotiēs sacerdos ipsa vtitur super debita materia: totiens vult assiste re ꝛ efficere qḋ significat. Potest autez sacerdos ex intentione loqui velle ex persona christi: cū di cit: hoc est corpus meuz: sine quibuscūq3 alijs. Sufficit ergo ꝙ predicta verba significent id qḋ efficif ex intētione ministri proferentis: ꝗ̄uis id nō significēt ex proprietate sermonis.

Durandus.

Et preter ea arguit Durandus. Si oporteret verba conse crationis ex serie precedentiū verboꝝ significa re corpus christi hic cōtineri: tūc nō fieret conse cratio solū per hec quatuor verba: hoc est corp9 meū: alijs nō premissis. Sed eadē ratione nō fie ret etiā alijs verbis pretermissis vel nō ꝓmissis. Quod patet: q2 verba precedentia recitantur vt prolata a christo: scilicet accipite ꝛ māducate ꝛc. Constat autē ꝙ per hāc seriē verboꝝ non signifi caf ꝙ corpus christi sit presens sub his specieb9 panis ꝛ vini quas tenet sacerdos in altari: sz so lum sub speciebus panis: quas accepit christus in vltima cena ꝛ benedixit: ergo per illa vba nō esset ꝓsens corpus christi speciebus panis existē tibus in altari: qḋ est simpliciter erroneū. Suffi cit igif dicit Durādus: ꝙ vt dictū est: forma con secrationis significet corpus christi vt ꝓsens spe ciebus: quas tenet minister ex intentione mini stri: ꝗ̄uis aliud significēt ex serie verboꝝ. Idē te net Petrus de cādia: similiter sanctus Tho. par te. iij. q. lxxviij. ar. i. In solutione vltime rationis addēs rationē: q2 canō nō est idē apud omnes: nec ſm omnia tēpora sed diuersa sunt a diuersis apposita. Et addit sanctus Tho. Unde dicendū est: ꝙ si sacerdos sola ꝓdicta verba proferret: cū intētione cōficiendi hoc sacramentū: perficeref hoc sacramentū: q2 intētio faceret vt hec verba intelligerenf quasi ex persona xp̄i prolata: etiā si verba precedētia nō recitarenf: grauiter tamen peccaret sacerdos sic cōficiēs vtpote ritū eccle sie nō seruās. ¶ Nec arguit cōnexio verboꝝ ca nonis vt arguit Sco. q2 etiā canō ipse connexus est hymno angelico: et hymnus ꝓfationi: ꝓfatio secretis: ꝛ ita omnia ista requirerenf de necessi tate ad cōsecrationē. Fit autē cōnexio ꝓpter sen tentie cōtinuationē: sicut totus canō scripture: tota scilicet biblia accipif sicut vna oratio copu latiua: vt sit vna scripturaꝛ sententia indiuisa. Et ista vltima opinio cōmunior est ꝛ verior: q2 verba sacramētalis forme nō sortiunf suā efficaciaz ex significatione qua significāt id qḋ in sacramen to efficif ex ordine ꝛ serie verborū: sed ex institu tione xp̄i. Potuisset aūt xp̄s instituisse verba nō significatiua p forma cuiuslibet sacramēti sicut nonnulli dicūt hec verba: hoc est corpus meū dū proferunf in canone accipi materialiter. Unde quecūq3 verba xp̄s institueret pro forma: ex xp̄i institutione significarēt id qḋ efficiūt. Propter qḋ Hugo dicit: ꝙ sacra ex similitudine represen tāt: ꝛ ex institutione significāt: ex sanctificatione ꝯtinēt gratiā spūalē li. i. pte. ix. c. i. Hec de scḋo.

Hugo.

¶ L Nūc ꝗ̄tū ad tertiū: videndum est de muta tione forme: an aliqua ꝛ que impediat eius effe ctū. De hoc querit Inno. de ofi. misse. Queritur inquit vtrū additio vel subtractio: vel transposi tio: vel mutatio fiat in illa forma verborū quam xp̄s expressit: vt si dicaf: hoc est corpus meuz qḋ sumpsi de vgine. Uel subtrahēdo: hoc est corp9. Uel trāsponēdo: corpus meū hoc est. Uel inter ponēdo: hoc vtiq3 est corpus meuz. Uel mutādo hoc est corp9 iesu: si effectū ꝯsecrationis īpediat.

Questio.

Rn̄det. Sane fecit dn̄s hominē rectū: sz ipse infi nitis miscuit se questionib9. His itaq3 ꝓtermis sis que quādoq3 magis subuertūt animū: ꝗ̄ edi ficēt. Illud pro certo sciaf: ꝙ grauiter peccat qui quodlibet hoꝝ quorūcūq3 mutare attentauerit: maxime si formā intēdit mutare: vel heresim in

Responsio. Eccle. vij.

troducere: q̄ forma verboꝝ quā xp̄s expressit: p oīa dꝫ illibata seruari: Quis ſm philosophū: nomina ⁊ verba trāſpoſita idē ſignificāt: ne vtile p inutile vitieꝫ. ¶ Particularius tamen hāc queſtionē tractat Sco. ⁊ ceteri doctores: ſm quē aduertēdū ꝙ ſm philosophū. v. phyſicoꝝ quadruplex eſt mutatio: ſm ſubſtātiā: ſm q̄titatem: ſm qualitatē: ſm vbi ſiue locū: ſm iſta quatuoꝛ pōt intelligi fieri mutatio in forma conſecrationis vel etiā alterius ſacramēti: vt etiā tāgit Inn. vbi ſupra. ¶ M Scd̄m ſubſtātiā fit mutatio: ſi loco vnius verbi ponitꝛ aliud verbū. Et hoc cōtingit dupliciter. Uno modo ponēdo aliud verbuꝫ ſm quid: puta ſm vocē tm̄: idē tn̄ ſignificās: vt ſi fiat mutatio ſm idiomata: ſic ꝙ loco huiꝰ dictionis corpus latine: ponitur dictio greca vel hebraica huic ſynonyma: ⁊ hec mutatio nō impedit cōſecrationē. Unde ſi preſbyter partim pferret latinū: partim hebraicū vere ꝯficeret: q̄ nihil omitteret neceſſario requiſitū ad cōſecrationē. Accidit eñ forme cōſecrationis eſſe grecā: latinā: vel hebraicā: vel ex his mixtā: dūmodo ſit ex verbis exprimētibꝰ id qđ xp̄s per ea exprimi voluit. Peccaret tn̄ ſacerdos ſic v̄ba cōmutās: q̄ ordinauit romana eccleſia: ꝙ officia eccleſiaſtica dicanꝛ et ſacramēta miniſtrenꝛ in latina grāmatica: ⁊ hoc rōnabiliter: q̄ illud pōt diſtinctiꝰ ſcribi ⁊ proferri. Scd̄o modo fit variatio ponēdo aliud verbū ſm vocē ⁊ ſignificatū. Et hoc dupliciter. Primo modo ponēdo verbū oīno diſparatū in ſignificādo: vt ſi loco illiꝰ termini corpus: ponaꝛ terminꝰ veſtimētū: dicēdo hoc eſt veſtimētū meū: et tunc nihil fit: ⁊ cenſeꝛ forma ſimpliciter variari. Secūdo modo ponēdo verbū generaliꝰ ad aliqđ verboꝝ in forma poſitoꝝ: vt ſi diceretꝛ: hoc eſt mea ſubſtātia. Et ſic iterū nihil fit: q̄ cū in xp̄o multe ſubſtātie ſint: nō ſignificauit p̄fata locutio p̄ſentiā determinate ⁊ certe ſubſtātie: quā tn̄ xp̄s p cōſecrationis formā exhibere voluit. Si eñ anima p̄ſens fieret vi cōſecrationis: hec eſſet vera: hec eſt ſubſtātia mea: ſicut modo corpus eſt p̄ſens: ⁊ ita ex p̄dicta locutione neſciretꝛ q̄ ſubſtātia eſſet que cōtineretꝛ ſub ſpeciebꝰ panis ad prolationē forme ſacꝛalis. ¶ N Scd̄o modo pōt fieri variatio in dicta forma verboꝝ ſm q̄titatē dictionuꝫ diſcretā: vel per additionē vel ſubtractionē. Additio aūt nō pōt fieri vel in principio: vel in medio: vel in fine. ¶ In principio vt ſi diceret ſacerdos. Accipite ⁊ comedite cum reuerētia: hoc eſt corpꝰ meū. Hec additio nō impedit ꝯſecrationē q̄ nō variat formā: ſed omnino eſt ad ipſum impertinēs. Determināt eñ verba iſta: accipite et comedite q̄ nihil ſunt forme. Secus ſi ſeipſuꝫ formā aut eiꝰ partē diſtraherēt a ꝓpria ſignificatione: vt ſi quis diceret: accipite ⁊ comedite dico in perſona mea: hoc eſt corpꝰ meū. ¶ In fine: ⁊ tūc aut addiꝛ terminꝰ diſtrahēs aliquē terminum a ſuo ſignificato: ⁊ hec impedit cōſecrationē ⁊ mutat formam: vt ſi dicat ſacerdos. Hoc eſt corpus meū aereū: vel phantaſticū: aut aliq̄d ſimile: aut addiꝛ aliq̄d ſpecificās magis formā aut impertinens: vt ſi dicaꝛ: hoc eſt corpus meū: qđ traxi de virgine: nō impedit conſecrationē: q̄ forme integritatē ſeruat. Similiter ſi diceret cōſecrās: hoc eſt corpꝰ meū: adorate hoſtiā. ¶ Aut fit additio in medio: ⁊ hoc fit per aliquod diſtrahēs aliquē terminū forme a ſuo vero ſignificato: ⁊ tūc nihil fit: vt in priori exēplo. Ut dicēdo: hoc eſt aereum corpus meū: vbi corpus diſtrahiꝛ a veritate corporis xp̄i per hoc additū aereū: vel etiā a veritate corporis xp̄i: ita ꝙ dictio corpus: nō ſupponeret pro corpore xp̄i: vt ſi diceretꝛ: hoc eſt mortale corpꝰ meū: vbi corpꝰ ſupponit ꝓ vero corpore: ſꝫ nō ꝓ corpore xp̄i qđ nō eſt nunc mortale. ¶ Aut fit per cōiūctionē diſiūctiuā et alterū terminum impertinentē: vt dicēdo hoc eſt corpus vel veſtimentū meū: ſiue hoc eſt corpꝰ vel aīa mea: q̄ ibi nō ſignificaꝛ determinate id qđ p conſecrationē cōficiꝛ: cū diſiūctiua verificari pōt ꝓ altera partiū indifferēter: ⁊ ſic cenſeꝛ forma variari. ¶ Aut fit per verba impertinētia: ⁊ hoc dupliciter. Aut eñ tunc ſoluiꝛ per illa vnitas forme qđ iudicari pōt ex cōi modo loquēdi: ſi ſcꝫ p talē interpoſitionem ſic ſoluiꝛ ſermonis cōtinuitas: ꝙ non generat talē ſenſum in audientibꝰ quē forma talis generaret ſine hmōi interruptione: ⁊ tunc impediꝛ conſecratio: vt ſi dicat ſacerdos hoc eſt. Et ſubdat. Trahe nolā ⁊ dic ſabulantibꝰ vt exeāt eccleſiā: ⁊ tūc ſubderet: corpꝰ meū: ⁊ ſic iterū nihil efficiꝛ. Aut per talē interpoſitionem cōtinuitas forme nō ſoluiꝛ: nec impediꝛ oratio a cauſando ſenſum in audiēte: quē faceret tali interruptiōe circūſcripta: tūc fit conſecratio vt ſi dicat. Hoc (tace) eſt corpus meū. Sic nō cēſeꝛ forma mutari: et nō impediꝛ ꝯſecratio: nec opꝫ ꝓpter talē interruptione ōrōnē rurſus incipere: ſꝫ ſufficit cōtinuare. ¶ O Si aūt fit variatio in q̄titate forme per ſubtractionē. Aut tunc ſubtrahiꝛ aliqđ quatuoꝛ verboꝝ q̄ ſunt de eſſentia forme: tūc nihil fit: q̄ illud qđ remanet nō determinate ſignificat illud eſſe qđ per cōſecrationē efficiꝛ: vt ſi dicat: eſt corpus meū: vel hoc corpꝰ meū: aut hoc eſt meū: ſeu hoc eſt corpꝰ. Aut ſi ſubtrahiꝛ aliq̄d adiectū per eccleſiā: ſcꝫ cōiunctio eñ: hec mutatio nō impedit cōſecrationē. Aut ſubtrahiꝛ aliqua ſyllaba p ſyncopā: vel omittiꝛ aliq̄ litera vt dicendo. Hoc eſt corpꝰ me. vel hoc eſt corps meū: quia per talē ſubtractionē nō impediꝛ ſenſus quin audiēs capiat verū ſenſum ſermonis p̄lati: nec variaꝛ forma ⁊ fit ꝯſecratio. ¶ P De tertia variatione ſm qualitatē q̄ maxime cōmittiꝛ ex incōgrua vel inepta locutione: ſeu prolatione ſm finalē terminationem: ⁊ hec fit: aut ex imperitia lingue. Ut ſi ſacerdos grecus volēs celebrare dicat ignorās latinā grāmaticā: hoc eſt corpu meum: vel hoc eſt corpū meū: aut corpꝰ meus: ſic iterū nō impediꝛ cōſecratio: qđ verū eſt ſi talis ſit incongruitas: q̄ nō ꝓhibet quin capi poſſit ſenſus verus forme cōſecrationis: ⁊ quō hoc ſit poſſibile: ex hoc ſcire poſſumꝰ: q̄ñ literati audiunt loqui illiteratos incōgrue: ⁊ tn̄ cōcipiūt q̄d dicere velint q̄tuꝫ ad ſingula v̄ba. ¶ Aut fit ex quadaꝫ inaduertentia aut etiā ſciēter ⁊ volūtarie: ⁊ ſic iterū nō impeditur cōſecratio dū audiēs cōcipere poſſit q̄d per orationē ſignificetur: q̄uis grauiter peccet celebrās nō cōformādo ſe p̄ceptis eccleſie: q̄ ſtatuit formā illibatā obſeruari. Hic eñ magis cauēdū eſt: q̄ in alijs verbis: immo q̄ in alijs ſacramentis ꝓpter reuerētiā ſacramēti ineffabilis dignitatis. Nec tamē auderē dicere ait Sco. q. iij. diſ. iij. quarti: ꝙ nō vitās talē variationē peccet mortaliter: ſi nō ex contēptu: ſed ex quadā infirmitate: vel incōſideratione humana non precaueret in omnibꝰ q̄tum poſſet ¶ Q De quarta variatione que fit ſm vbi: per tranſpoſitionem dictionum: dicenduꝫ eſt ꝙ vix in propoſito fieri pōt vt effectus ꝯſecrationis impediaꝛ: q̄ qualitercūq̄ fiat tranſpoſitio horum quatuoꝛ verborum: hoc eſt corpus meum: ſemper eundem ſenſum faciūt in audiente. * Unde ſiue dicatur: hoc meum eſt corpus: vel hoc eſt meum corpus: vel meum eſt hoc corpus: ſiue eſt hoc meū corpus (niſi queſitiue

Quadruplex eſt mutatio.

ADDITIO.
* Sola trāſpoſitio verboꝝ nō impedit cōſecrationē: ſed tamen fieri nō debet. Si aūt cum hoc variareꝛ ſenſus / tūc nō fieret conſecratio: vt ſi interrogatiue diceretur. Eſt hoc corpꝰ meū?

tiue pferret: ⁊ tūc nihil faceret: ꝗ tūc sensus oratiōnis variatꝰ esset: ⁊ per cōsequens forma sine qua nō fit cōsecratio. In aliis quidē transpositionibꝰ quatuor dictionū effectꝰ cōsecrationis nō impedit. Intelligēdū tñ in oībꝰ pmissis variationibꝰ cōsecrationē nō impedientibꝰ sine ſm substantiā: quātitatē: qualitatē: siue vbi: qđ vere est ꝙ nō impediūt sacramēti effectū: dum sacrarians nō intēdit per istā suā variationē inducere heresim vel errorē in ecclesiā: neqꝫ abijcere formā ecclesie quasi inutilē vel inefficacē: ⁊ suā introducere vt sufficientē ⁊ magis efficacē: aut precisam ⁊ necessariā. Quū si aliqđ dictor̄ intendat nō cōsecrat: quia deficit intētio requisita ad cōsecrandum: que est ꝙ vti debet verbis prefatis tanꝗ forma qua vtitur ecclesia: qđ sufficit etiaꝫ si crederet eā esse inefficacē ad cōsecrādū. Hoc aūt sic variās nō facit dū vtitur verbis illis variatis nō tanꝗ forma ecclesie. Intelligitur autē qđ dictū est de variatione ꝙ nō impedit: dū sic variāti deficit itētio ecclesie: q̄ est velle per dicta verba cōsecrare tanꝗ p sufficientē ⁊ efficacē formā a xp̄o institutā: ⁊ ab aplīs ⁊ scīs pr̄ibꝰ vsqꝫ ad nostra tpā frequētatā. Que si deest: nō fit cōsecratio ſm btm̄ Aug. ¶ R. Hec omnia sunt de mente doctoris irrefragabilis Alexan. de ales parte. iiij. q. xxxij. ar. iij. mēbro. iij. qui sub breuibus que dicta sunt summās ait. Dico sine preiudicio: ꝙ si mutatio verbor̄ nō variat intellectuꝫ forme tradite a dño: dūmodo fiat ex simplicitate pferentis: aut ex defectu naturali: sicut si aliquis diceret: hoc est colpus meū: vel corpu meū cōficit: si ppter heresim introducēdū: nequaꝗ. Si aūt mutatio intellectū variat forme tradite a dño: verba variata virtutē trāssubstantiandi nō habēt. Et subdit. Si diceret: hec ē caro mea: nō cōsecraret: qꝛ est aliꝰ intellectꝰ huius verbi ⁊ illius: sicut nō baptizaret q̄ diceret. In nomine gignētis ⁊ geniti ⁊ procedētis ab vtroqꝫ: qꝛ aliꝰ est intellectus huiꝰ ſmōis ⁊ illiꝰ: cui dñs cōtulit vim regeneratiuā. ¶ Et si cōtra predicta replicaret. Dñs istis verbis: hoc est corpus meum: sub hac forma expressis dedit virtutē trāssubstātiandi vt nūc supponit: igit qualitercūqꝫ variantur nō habent hāc virtutē: ⁊ per consequens nihil efficiūt. Rndet Alexā. ꝙ dñs dedit hāc vim huic forme ⁊ nō alij: sed nō est alia nisi varietur intellectus verbor̄. Uñ quacūqꝫ lingua proferātur verba instituta ꝟtutē habent: ⁊ hoc est qꝛ intellectꝰ verbi nō mutat: quo non mutato: forma mutari non censetur. Et iter̄ obijceret: cū dꝫ. hoc est colpus meū: vel hoc est corpu meū: hec verba non habent ſm veritatē intellectū verbor̄: quibus dñs virtutē dedit. Dicēdū ꝙ si nō habent ſm veritatē institutionis: habēt tamen ſm vsus accōmodationem: ⁊ hoc sufficit. Hec Alexander.

Alexan. de ales.

¶ Lectio. xxxix. A

Nuncquātū ad tertiū principale premisse diuisionis: restat cōsiderare de forme efficacia: hoc est: quis sit effectus huiꝰ forme: siue qđ sequatur ad platio nem debitam horū verbor. Et primo quātum ad predicamentum substantie: videndum est vtrū prolatio rite consecrationis verbis: sub speciebus panis sit verum corpus xp̄i. Et in hoc qđ dico rite prolatis: volo omnia intelligi que requirūtur de necessitate huius sacramenti: scꝫ minister idoneꝰ: forma instituta: materia debita ⁊ intentio requisita. ¶ Recitat aūt magister lib. iiij. sententiarum. dist. x. heresim quorūdā: primā heresim inter discipulos xp̄i exortā imitantiū: qui diuinam virtutem iuxta modum naturaliū rer̄ metientes audacius ⁊ piculosiꝰ veritati contradicūt asserentes corpus xp̄i vel sanguinē nō esse in sacramento: nec substantiā panis vel vini in substātiā carnis ⁊ sanguinis cōuerti: sed ita xp̄m dixisse: hoc est corpus meū: sicut apl̄s dicit. i. Cor. x. Petra aūt erat xp̄s. Dicūt corpus xp̄i ibi esse in sacramēto tm̄. i. in signo māducari a nobis. Qui errādi occasionē sumunt a verbis veritatis: vnde prima heresis facta est in discipulis xp̄i: de cōse. dist. ij. prima quidem. Cum enim diceret. Nisi quis mā ducauerit carnē meam: ⁊ biberit sanguinē meū: nō hēbit vitā eternā. Jo. vi. Illi ꝟo nō itelligētes dixerunt adinuicem. Durus est hic sermo: quis pōt eū audire: ⁊ abierunt retro. Illis abscedētibus instruxit duodecim remanētes. Spūs est inquit qui viuificat: caro nō prodest quicꝗ. Uerba que locutus sum vobis: vita ⁊ spūs sunt: quasi ſm expositionē Aug. super ps. iiij. diceret. Intellexistis spūaliter spūs ⁊ vita sunt. Intellexistis carnalr: etiā sic spūs ⁊ vita sunt: sꝫ tibi non sunt spūs ⁊ vita qui spūaliter non intelligis. Spūaliter intelligite q̄ locutus sum. Non hoc corpꝰ qđ videtis: manducaturi estis: ⁊ bibituri illū sanguinē quē effusuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum qđ vobis cōmendaui: spūaliter intellectū viuificat vos: caro aūt nō prodest qcꝗ. Et sequit ibidē de cōse. dist. ij. prima quidē. Donec seculū finiat sursum est dñs: sed tamen etiaꝫ hic nobiscuꝫ est veritas dñi. Corpus eñ in quo resurrexit vno loco esse oportet: veritas aūt eius vbiqꝫ diffusa est. Itē vna persona deus ⁊ homo: vbiqꝫ per illud qđ deꝰ est: in celo per illud qđ hō est xp̄s etiaꝫ dicit. Pauperes semper habebitis vobiscum me autē nō semper habebitis. ¶ B His alijsqꝫ similibꝰ vtunt prefati heretici in assertione sui erroris. Periculosissimus est error iste et perniciosissimꝰ cōtra fidei vtilitatē: cōtra diuine charitatis magnitudinē: contra sacramenti dignitatē ⁊ excellētiā. Magna est eñ vtilitas fidei ex hoc ꝙ sub specie panis cōtinetur verum corpus xp̄i. Ex illa eñ cōtinētia multa accidunt circa hoc sacramētū: q̄ sunt supra potestatē nature: quor̄ fides est fidelibꝰ valde vtilis ⁊ meritoria. Hoc idē est etiā charitatis xp̄i maximū iudiciū: q̄ sua pn̄tia corpali voluit nobis vtilissime prouidere: vt docēt sacramēti huiꝰ fructꝰ diligēter masticati. Ex pn̄tia deniqꝫ xp̄i eo modo quo ibi est declarat multiplr potētia dei: ex quo sacri huiꝰ dignitas elucescit. ¶ C Cōtra hanc heresim cū oībꝰ doctoribꝰ catholicis a romana ecclesia approbatis q̄ de eucharistie sacramēto scripserūt: imitās i hoc clarissimū doctorē Guil. ockā in trac. suo glōso de sacramēto: pono hāc cōclusionē. Corpꝰ xp̄i qđ sumptū est de virgine maria qđ passum est ⁊ sepultū: quodqꝫ resurrexit: ⁊ ad celū ascēdit: ac sedet ad dexterā dei patris: i quo filiꝰ dei ventur9 est iudicare viuos ⁊ mortuos: sub specie panis vere ⁊ realiter cōtinet. Hec cōclusio per rationē naturalē ostendi non pōt: sed ad huiꝰ veritatis noticiā accedere oportet per fidē. Est eñ silr de articulis fidei eo modo quo ꝟitas alicuius sacramenti pertinet ad articulos fidei vt dicit Scotꝰ di. x. scrip. iiij. q. j. De hoc itaqꝫ ar-

I. Cor. x.
Joan. vj.
Augustinꝰ
Mat. xxvj.
Mar. xiiij.

Conclusio summe notanda.

ticulo dubitare nõ lz: cum constet ip̄m per vni-
genitũ dei filiũ fuisse ap̄lis reuelatum: ⁊ a prin-
cipio expresse traditũ: ex quo eucharistie sacra-
mentũ fuit ab ipso d̄no institutum. Testes sunt
euãgeliste: nam sanctissimus euangelista Mat.
xxvi. c. Accepit inquit panem ⁊ benedixit ac fre-
git: dedit q̄ discipulis suis: ⁊ ait. Accipite et co-
medite: hoc est corp us meũ. De quo ⁊ Marcꝰ
ca. xiiij. ait. Manducãtibꝰ illis accepit iesus pa-
nem ⁊ b̄n̄dicens: fregit ⁊ dedit eis ⁊ ait. Sumite
hoc est corpꝰ meũ. Quibꝰ consentit Luc. xxij. di-
cens. Accepto pane gratias egit ⁊ fregit: ⁊ dedit
eis dicẽs. Hoc est corpus meũ quod pro vobis
datur. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Joã-
nes quoq̄ euãgelista refert verba saluatoris: si-
mul ⁊ veritatẽ ⁊ vtilitatem huius sacramẽti de-
notans. Panis quẽ ego dabo caro mea est pro
mũdi vita. Et sequit. Nisi mãducaueritis carnẽ
filij hois: ⁊ bibe. eius sanguinẽ: nõ habe. vitam
in vobis. Qui mãducat meã carnẽ ⁊ bibit meũ
sanguinẽ habet vitam eternã. Similiter ⁊ Pau-
lus. j. Cor. xj. D̄ns inquit iesus in qua nocte tra-
debat: accepit panẽ ⁊ grãs agẽs fregit ⁊ dixit. Ac-
cipite ⁊ mãducate hoc est corpus meũ quod pro
vobis tradetur. Hoc facite in meã cõmemora-
tionẽ. Itẽ. j. Cor. x. Panis quẽ frangimꝰ nonne
cõicatio corporis d̄ni est. Ecce tot auctoritates
canonice scripture cõcorditer affirmãt corpꝰ xp̄i
realiter ⁊ veraciter sub specie panis datũ fuisse
ap̄lis: ac eisdẽ fuisse a saluatore preceptũ: vt in
memoriam passionis d̄nice: corpus xp̄i sub spe-
cie panis offerrent. Hoc facite inquit in meã cõ-
memorationẽ. ¶ D Hec aũt verba xp̄i figura-
tiue dicta nõ sunt: sicut illa. Ego sum vitis vera
aut Petra aũt erat xp̄s. vbi vitis: ⁊ petra nõ ac-
cipiũtur s̄m p̄prietatẽ: sed s̄m similitudinem. i.
ego sum vitis. i. ego sum similis viti ⁊ petre: pro-
pter qḋ per vitẽ ⁊ petrã significor. Sic etiã verꝰ
dicere potuisset xp̄us de agno paschali: hoc est
corpꝰ meũ: q̄ de azymo pane. Nã agnꝰ pascha-
lis vtiq̄ corpus xp̄i figurabat: cuius oblatio et
comestio euanuit: cum xp̄s seip̄m in cruce obtu-
lit. seip̄z nobis in cibũ dedit: quẽadmodũ cessat
figura adueniẽte veritate: ⁊ vmbra accedẽte lu-
ce. ¶ Ut aũt sciat q̄n verba xp̄i figurate intelli-
genda sunt vel p̄prie: seruanda est regula b̄ti
Augu. in lib. lxxxij. questionũ. q. lxx. non longe
a principio. Solent in quit: circũstantie scriptu-
re illuminare sententiã cum ea que circa scriptu-
ram sunt p̄sentẽ questionẽ cõtingentia diligẽti
discussione tractant. Hec Aug. Uniuersalr cuiz
intellectus verborũ xp̄i an loquatur figuratiue
an nõ: colligi põt ex p̄cedentibꝰ vel sequentibꝰ
ibidẽ: vel ex alijs scripture locis. Uñ cũ xp̄s ait.
Ego sum vitis vera: subiũxit vos palmites. Cõ-
stat aũt q̄ discipuli nõ erãt palmites naturalis
vitis: sed dũtaxat sp̄ualis: sic dicti propter quã-
dam similitudinẽ repertã in vtrisq̄. Nã sicut pal-
mites veri trahũt originem ex vite: que est ipsis
viuẽdi principiũ: vt fructꝰ afferant carpẽtibus.
ita ⁊ discipuli sp̄ualẽ vitã a xp̄o sp̄ualis vite p̄n-
cipio ⁊ origine receperũt: ⁊ multos fructus vite
perẽnis: per suas operosas predicatiões attule-
rũt. Cũ aũt dixerat. Hoc est corpus meũ. subdit
qḋ pro vobis tradet. Et iterũ cum dixisset. Hic
est sanguis meus: addit qui pro multis effunde-
tur: vt dixit Mat. Per que manifeste significat
se nõ locutũ fuisse de corpore suo figuratiue: cũ
dixerat: hoc ē corpꝰ meũ: hic est sanguis meꝰ: sed
de corpore illo qḋ tradẽdũ erat in mortẽ pro sa-
lute generis humani: ⁊ sanguine ex eodem cor-
pore fundendo. Ad hoc late valent dicta Augu.
vbi supra. q. lxx. Hoc aũt corpus morti traditũ
verũ corpus xp̄i fuit: qui vere in corpore suo na
turali crucifixus est. Et sanguis in cruce fusus
verus xp̄i sanguis fuisse a nullo fideli dubitat.
Patet hoc idem ex diffusa predicatione huius
sacramenti. Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis
meus vere est potus. Et panis quẽ ego dabo: ca-
ro mea est pro mundi vita: ⁊ cetera que ibi habẽ
tur. Nec vnq̄ aliquis hoim hoc predicare pre-
sumpsisset: nisi xp̄s qui veritas est: hoc primum
docuisset. dum accipiens panẽ fregit ⁊ dixit. Ac-
cipite ⁊ comedite: hoc est corpus meũ. ¶ E Sic
quoq̄ xp̄m locutũ fuisse: ⁊ hanc fuisse eius intẽ
tionẽ: sancti patres scripture sacre expositores
vita ⁊ doctrina probatissimi: nos scriptis suis
multipli͛ docuerũt quor̄ perplures sententias
Gratianus collegit de conse. dist. ij. vnde Euse-
bius emissenus. ea. dist. quia corpus ait. Quia
corpus assumptũ ablaturus erat ab oculis: ⁊ il-
laturus syderibus necessariũ erat vt in die cene
sacrm̄ nobis corporis ⁊ sanguinis cõsecraret: vt
coleret iugiter per mysteriũ: qḋ semel offerebat
in precium: vt quia quotidiana ⁊ indefessa cur-
rebat pro oim salute redẽptio: perpetua esset re-
demptionis oblatio ⁊ perennis victima illa vi-
ueret in memoria: ⁊ semper presens esset in grã.
Et sequitur. Recedat ergo oẽ infidelitatis am-
biguũ: q̄m quidẽ qui autor est muneris: ipse etiã
testis est veritatis. Nã inuisibilis sacerdos visi-
biles creaturas ĩ substantiã corporis ⁊ sangui-
nis sui verbo suo secreta potestate cõuertit: ita
dicens. Accipite ⁊ comedite: hoc est corpꝰ meũ
⁊c. ¶ Itẽ Leo papa in synodo Romana ea. dist.
in quibus. Est cibus refectionis ⁊ cibꝰ sanguis:
sicut eñ caro d̄ni vere est cibus: ita sanguis ve-
re est potus. Est corpus de quo dictum est. Ca-
ro mea vere est cibus: ⁊ sanguis meꝰ vere est po
tus. Circa hoc corpus aquile sunt: q̄ alis circũ-
uolãt sp̄ualibus. vnde idẽ corpus xp̄i edimꝰ: vt
vite eterne possimꝰ esse p̄ticipes. ¶ Itẽ Hilariꝰ
papa ea. dist. corpus xp̄i. Corpus xp̄i qḋ sumit
de altari: figura est: dum panis ⁊ vinũ videtur
extra: veritas aut dum corpus ⁊ sanguis xp̄i in
veritate credit interius. ¶ Itẽ Hilarius. viij. de
trinita. statim post principiũ multa de hoc scri-
bit: ⁊ habent aliq̄ ea. dist. in xp̄o. Si vere carnẽ cor
poris nr̄i xp̄s assumpsit: ⁊ vere hõ ille qui: ex ma
ria natus fuit: xp̄s est Nosq̄ vere sub mysterio
carnẽ corporis sui sumimꝰ ⁊c. ¶ F Itẽ btũs Hier.
in sermo. d̄nice. v. post epiph̄. dicit. Singli autẽ
totũ accipiũt xp̄m d̄nm: ⁊ singlis portiõibꝰ totꝰ
est: nec per singulos minuit: s̄z se in singulis pre-
bet. ¶ Itẽ idem ad heluidiũ. Nec moyses dedit
vobis panẽ vex: sed d̄ns iesus ip̄e cõuiua ⁊ cõui
uiũ: ip̄e comedẽs ⁊ q̄ comedit ea. dist. nec Moy
ses. ¶ Itẽ bea. Ambro. lib. de sacr. ea. dist. panis
est in altari. ait. Panis est in altari vsitatꝰ ante
verba sacramẽtor̄: vbi accessit cõsecratio: de pa
ne fit caro xp̄i. Et infra. Qḋ erat panis ante cõ-
secrationẽ: iã corpus xp̄i est post cõsecrationem
q̄z s̄mo xp̄i creaturã mutat: sic ex pane fit corpꝰ
xp̄i: ⁊ vinũ cũ aq̄ in calice permixtũ fit sanguis
cõsecratione verbi celestis. Et sequit. Christꝰ te
stificat q̄ corpꝰ suũ ⁊ sanguinẽ accipimꝰ: de cu-
ius fide ⁊ testificatiõe dubitare non debemus.
¶ Itẽ idẽ in eodẽ: ea. disti. reuera. Reuera inq̄t
mirabile est q̄ deus mãna pluerit p̄ribꝰ: ⁊ quoti
diano celi pascebant alimẽto: vñ dictũ est. Pa-
nẽ angelor̄ mãducauit hõ: sed tñ panẽ illũ q̄ mã
ducauerũt: oẽs ĩ deserto mortui sũt. Ista aũt esca
quã accipitis:

Mat. xxvi.
Mar. xiiij.
Luc. xxij.
Joã. vi.
Augustinꝰ
Joã vi.
Eusebius emissenus.
Leo papa.
Hilarius papa.
Hierony.
Ambro.

quã accipitis: iste panis viuus qui de celo descẽ
dit: vite eterne substantiam administrat. Et qui
cũqȝ hũc panem manducauerit nõ morietur in
eternum: quia corpus est xpi. Considera vtrum
prestantior nũc sit panis angelorũ: an caro xpi
que vtiqȝ corpus est vite. Manna illud de celo:
hoc super celum. Illud celi: hoc dñi celorum. Il-
lud corruptioni obnoxiũ si in diem alterum ser-
uaretur: hoc alienũ ab omni corruptione. Qui-
cunqȝ religiose gustauerit: corruptionem senti-
re nõ poterit. Illis aqua de petra fluxit: tibi san-
guis ex xpo. Illos ad horã satiauit aqua: te san-
guis diluit in eternũ. Iudeus bibit ⁊ sitit: tu cũ
biberis sitire nõ poteris. Illud in vmbra: hoc in
veritate. Et sequitur post pauca. Potior est lux
q̃ vmbra: veritas q̃ figura: corpus creatoris: q̃
mãna de celo. Et post multa miracula recitata:
quibus ostendit possibilitatem cõuersionis sub
stantiarum panis ⁊ vini in verum corpus christi
subdit. Sed quid argumentis vtimur? Suis vta
mur exemplis. Incarnationis astruamus myste
rij veritatem. Nũquid nature vsus presensit cũ
dñs iesus ex maria nasceretur. Si ordinem que-
rimus: viro mixta femina generare cõsueuerat.
Liquet igitur q̃ ꝑter nature ordinẽ virgo gene-
rat: ⁊ hoc qd̃ conficimus corpus ex virgine est.
Quid hic nature ordinẽ queris in xpi corpore:
cum preter naturam sit ipe dñs iesus partus ex
virgine. Vera vtiqȝ caro xpi est que crucifixa est
que sepulta est: vere ergo illius carnis sacramẽ-
tum est. Ipse clamat dñs iesus: hoc ẽ corp⁹ meũ.
Ante benedictionem verborum celestiũ alia spe
cies nõiat: post cõsecrationẽ xpi corp⁹ significa-
tur. Ipe dicit sanguinẽ suũ: ante consecrationẽ
aliud dr̃: post cõsecrationẽ. Sanguis nũcupat
tu dicis amẽ: hoc est verũ est qd̃ os loquit: mẽs
intẽta fatet: qd̃ smo sonat: affect⁹ sentiat. ¶ Et
Idẽ in. c. oĩa qcũqȝ. eadẽ dist. Oĩa q̃cũqȝ voluit
dñs (ait) fecit in celo ⁊ in terra. Et q: voluit sic:
factũ est ita. Licet figura panis ⁊ vini videatur
nihil tñ aliud q̃ caro xpi ⁊ sanguis post cõsecra
tionẽ credẽdũ est. Vñ ipsa veritas ait ad discipu
los. Hec (inqt) caro mea est ꝓ mũdi vita. Et mi
rabili⁹ loqr: nõ alia plane: q̃ q nata est de maria
⁊ passa in cruce: ⁊ resurrexit de sepulcro. hec in-
quã ipsa est. Et ideo xpi caro est que pro mundi
vita adhuc hodie offert. Et cũ digne accipit vi-
tã vtiqȝ eternã in nobis opat. Panẽ quidẽ istũ
quẽ sumimus in mysterio: illũ vtiqȝ intelligo pa
nẽ qui manu sancti spũs format⁹ est in vtero vgi
nis: ⁊ igne passiõis decoctus in ara crucis. Pa-
nis eñ angelorum fact⁹ est cib⁹ hoim. vnde ipe
ait. Ego sum panis viuus qui de celo descendi.
Et itẽ panis quẽ ego dabo caro mea est pro mũ
di vita. Ex his nãqȝ duab⁹ sentẽtijs: apte datur
intelligi: q: panis iste ⁊ ille nõ duo: sed vn⁹ pãis
⁊ vna caro: procul dubio vnũ corpus efficit. Illud
vere: illud sane: qd̃ sumptũ est de vgine: qd̃ pas-
sum est ⁊ sepultũ: qd̃ resurrexit: ⁊ in celũ ascẽdit
⁊ sedet ad dexterã dei pr̃is: ⁊ qd̃ est venturũ iudi
care viuos ⁊ mortuos. ¶ Ad idẽ loqtur idẽ in. c.
in calice. eadẽ dist. idẽ in lib. vij. de sacra. eadem
dist. sicut est. Sicut est ver⁹ dei fili⁹: dñs nr̃ iesus
xps: nõ queadmodũ hoies per gratiã: sed filius
ex substãtia pr̃is: ita vera est xpi caro: sicut ipse
dixit: quã accipim⁹: ⁊ ver⁹ sanguis ei⁹ pot⁹. Ego
sum inquit panis viu⁹: qui de celo descendi. Et
rñdens cuidã replice que fieri posset: addit: sed
caro nõ descẽdit de celo: quõ ergo descẽdit de ce
lo panis viu⁹? Rñdet. Quia idẽ dñs iesus ꝯsors
est diuinitatis ⁊ corporis: ⁊ tu qui accipis carnẽ
diuine eius substantie in illo participas alimẽ-
to. ¶ Idẽ in libro de mysterijs eadẽ dist. in illo.
In illo sacramẽto xps est: quia corp⁹ est xpi: non
ergo corpalis esca: sed spũalis. Vnde ⁊ apostol⁹
de typo eius ait: quia patres nostri eandẽ escaȝ
spũalem manducauerunt. Corpus enim dei cor
pus est spũale: corpus xpi corpus diuini spũs ẽ.
¶ Huic dicte veritati egregi⁹ doctor Aug. etiam
multiplex perhibet testimonium: vñ in lib. sen-
tentiarũ ꝓsperi eadem dist. nos autẽ: ait. Nos
autẽ in specie panis ⁊ vini quã videmus res in-
uisibiles. i. carnẽ ⁊ sanguinẽ honoram⁹. Nec si-
militer cõprehendim⁹ has duas species: queãd
modũ ante cõsecrationẽ apprehẽdebam⁹: cũ fi-
deliter fateamur añ cõsecrationẽ eẽ panẽ ⁊ vinũ
qd̃ natura formauit: post consecrationem vero
carnem xpi ⁊ sanguinẽ qd̃ bñdictio cõsecrauit.
Et in eodẽ lib. idẽ dicit eadem dist. hoc est. Hoc
est qd̃ dicim⁹: qd̃ modis oĩb⁹ approbare contẽ-
dimus. Sacrificium ecclesie duobus modis cõ-
fici: duobus cõstare: visibili elementorum specie
⁊ inuisibili dñi nostri iesu xpi carne ⁊ sanguine:
⁊ sacramento ⁊ re sacramenti. i. corpore xpi. Itẽ
Caro eius est quã forma panis opertã in sacra-
mento accipimus. Et sanguis eius quem sub vi
ni specie ⁊ sapore potamus. ¶ Idem lib. de trini
ta. eadem dist. q: morte. Quia morte dñi libera-
ti sumus: huius rei memores in edendo ⁊ potã-
do carnem ⁊ sanguinẽ que ꝓ nobis oblata sunt:
significamus. ¶ Item eadem distin. vtrũ sub fi-
gura. Vtrũ sub figura: an sub veritate hoc mysti
cum calicis sacramẽtũ fiat vitas ait. Caro mea
vere est cibus: ⁊ sanguis me⁹ vere est pot⁹. Alio
quin quõ magnũ erit. Panisquẽ ego dabo caro
mea est pro mũdi vita: nisi vera sit caro? Sed q:
fas nõ est vorare dentib⁹: voluit dñs hũc panẽ
⁊ vinũ in mysterio: vere carnẽ suam ⁊ sanguinẽ
suũ cõsecratiõe spũssancti potẽtialiter creari: et
quotidie ꝓ mũdi vita mystice immolari: vt sicut
de virgine per spm̃sctm̃ vera caro sine coitu crea
tur: ita per eãdẽ ex substantia panis ⁊ vini mysti
ce idem corp⁹ xpi consecretur. Corpus xpi ⁊ ve-
ritas ⁊ figura est. Veritas: dũ corpus xpi ⁊ san-
guis virtute spũssancti in virtute ipsius ex pãis
⁊ vini substãtia efficitur. Figura vero id est qd̃ ex
teri⁹ sentit. Et sequit. Credẽdũ est q̃ in vbis xpi
sacramenta cõficiant: cuius eñ potẽtia creant
prius eius vtiqȝ vbo ad meli⁹ ꝓcreantur. ¶ Idẽ
in epla ad hireneũ. ⁊ habet ea. dist. c. corporeũ.
Corporeũ illud manna nũc est tanti res miracu
li: q: venit qd̃ perfectũ est. Perfectus autẽ pãis
de celo corpus est ex virgine. ¶ Item super ps.
xxxiij. homel. ij. Accesserũt ad iesum iudei vt cru
cifigerent: nos accedam⁹ vt corp⁹ eius ⁊ sangui
nẽ accipiam⁹. Itẽ vere magn⁹ de⁹ ⁊ magna mia
eius: qui dedit nobis mãducare corpus suuȝ in
quo tanta ꝑpessus est: ⁊ sanguinẽ bibere. Iteȝ in
ps. xxxiij. ad iudeos. Iã ⁊ securi bibite sanguinẽ
quẽ fudistis. Itẽ in ps. lxv. Ipm sanguinẽ queȝ
per insaniã fuderunt: per gratiam biberũt. Iteȝ
in ps. xxvij. de carne marie carnẽ accepit: ⁊ ipaȝ
carnem ad mãducãdũ ad salutẽ dedit. Similia
multa in varijs psalmorum expositionibus ponit:
quorũ quedã in ca. accesserunt. eadẽ distin. no-
tant. ¶ Beatus quoqȝ Greg. in homel. pascha
li eadẽ distin. qd sit. similiter docet: ait eñ. Quid
sit sanguis agni non iam audiendo sed bibẽdo
didicistis: qui sanguis super vtrunqȝ postẽ po-
nitur: qñ nõ solũ ore corporis: sed etiam ore cor-
dis hauritur. Hec salutaris victima illam no-
bis mortẽ vnigeniti per mysteriũ reparat: qui tȝ

j. Cor. x.

Augustin⁹

Gregorius

resurgens ex mortuis: iam nõ moritur: mors illi vltra nõ dominabit: tñ in seipso immortaliter ꝛ incorruptibiliter viuẽs iterum in hoc mysterio moritur: eius quoqꝫ vbiqꝫ corpus sumitur: eius caro in salutẽ populi patitur: eius sanguis non iam per manus infidelium: sed fidelium in ara perfunditur. Et sequitur. Uno eodẽqꝫ tempore ac momento in celo rapitur ministerio angelorꝫ corpori xp̄i sociãdus: ꝛ ante oculos sacerdotis in altari videtur. Tãta est ecclesie vnitas in xp̄o vt vnus vbiqꝫ sit panis corporis xp̄i: ꝛ vn⁹ sit calix sanguinis eius. Calix enim quẽ sacerdos catholicus sacrificat: non alius nisi ipse quem dominus aplis tradidit: quia sicut diuinitas ṽbi dei est vita que totum implet mũdũ: ita lꝫ in multis locis: ꝛ innũerabilibus diebus illic consecretur corpus: non sunt tñ multa corpora xp̄i: neqꝫ multi calices: sed vnũ corpus xp̄i ꝛ vn⁹ sanguis cum illo: qđ sumpsit in vtero virginis: ꝛ qđ dedit aplis. Diuinitas em̄ ṽbi replet id qđ vbiqꝫ est ꝛ coniũgit ꝛ facit vt sicut ipsa vita est: ita et vnum corpus eius sit in veritate. Uñ aduertendum est ꝙ siue plus siue minus quis inde percipiat: oẽs equaliter corp⁹ xp̄i integerrime sumũt ꝛ gñaliter oẽs ꝛ specialiter vnusqqꝫ. Item idem. Quotidie ipse comeditur ꝛ bibitur in veritate: sed integer ꝛ viuus atqꝫ imaculatus manet. Et ideo magnũ ꝛ pauendũ est mysterium: qꝛ aliud videtur ꝛ aliud intelligitur. Hec Greg. ¶ Nec tñ quẽq̄ moueat ꝙ corpus xp̄i verum in sacramento mysterium đr. Ex quo verbo heretici nutrimentũ trahunt erroris: vt dicit dñs Inno. c. cum marthe. de celebra. missa. dicẽtes. In sacramento altaris non esse corporis xp̄i ꝛ sanguinis veritatem: sed imaginẽ tm̄: ꝛ speciẽ ꝛ figurã: pro eo ꝙ scriptura interdũ cõmemorat id qđ in altari suscipit esse sacr̄m ꝛ mysterium ꝛ exemplum. Sed tales ex eo laqueũ erroris incurrunt: quia nec autoritates scripture cõuenienter intelligũt nec sacramẽta dei suscipiunt reuerenter. Si em̄ qꝛ figura est sacr̄m altaris: veritas negat: ergo nec mors: nec resurrectõ xp̄i (cũ sit figura) ṽitas est credẽda. Siquidẽ mortẽ ꝛ resurrectionẽ xp̄i: similitudinẽ ꝛ imaginẽ esse apl's manifestat. Ipse

Rom. iiij.

inquiens mortuus est pro delictis nr̄is: ꝛ resurrexit ꝓpter iustificationẽ nostrã. Aplorꝫ em̄ princeps petrus in ep̄la sua scribit. Christus passus

i. Pet. ij.

est pro nobis vobis relinquẽs exẽplũ vt sequamini vestigia ei⁹. Sic ergo tã mors xp̄i: q̄ resurrectio eius est exẽplũ: vt nos peccatis mortui iustitie iã viuam⁹. Quare si non fuit ṽitas: qꝛ fuit exẽplũ: ergo nec ṽitas fuit xp̄s: nec vere a mortuis resurrexit. Sꝫ absit a fideliũ cordib⁹ error

Esa. liij.

iste: cũ ꝓpheta de ipso testet: ꝙ vere languores nr̄os ipse tulit: ꝛ dolores nr̄os ipse portauit. Dicitur tñ mysteriũ fidei: qm̄ aliud ibi credit q̄ cernatur: ꝛ aliđ cernit q̄ credat. Cernit species panis ꝛ vini: ꝛ creditur veritas carnis ꝛ sanguinis xp̄i. Hec ibi. ¶ R Itẽ Eusebius. Cũ reuerendũ ad altare cibis spiritualibus satiãdus ascendis sacrum dei tui corp⁹ ꝛ sanguinem fidei respice. Honora: mirare: mente continge: cordis manu

Eusebius.

suscipe. ꝛ habet de cõse. dist. ij. qꝛ corp⁹. Itẽ Leo

Leo papa.

papa. Sic ꝛ sacre mẽse cõmunicare debetis: vt nihil prorsus de ṽitate corporis ꝛ sanguinis ambigatis. Itẽ Basilius. O miraculũ / o dei nimia

Basili⁹ paschasius.

beniuolentia: qui sursum sedet ad dexterã p̄ris: sacrificiũ tñ tp̄e manib⁹ hoim continet. Itẽ paschas. vt. ĩ. in prin. lec. xxxiiij. Ad idem magister sententiarum lib. iiij. distin. x. multas sanctorũ

Hugo

adducit autoritates. Venerabilis quoqꝫ Hugo lib. ij. de sacris parte. viij. ꝑ multa capitula hãc fidei veritatem ꝛ cõfitetur ꝛ probat. vñ. c. vij. ait. Quod videmus: spẽs panis est ꝛ vini. Quod autem sub spẽ illa credimus: verum corpus xp̄i est ꝛ verus sanguis iesu xp̄i: qđ pependit in cruce ꝛ fluxit de latere: nec per panem ꝛ vinum corpus ꝛ sanguinem tm̄ significari credimus: sed sub specie panis ꝛ vini verum corpus ꝛ verum sanguinem consecrari: ꝛ speciẽ quidem visibilem sacramentũ esse veri corporis ꝛ veri sanguinis. Corp⁹ autem ꝛ sanguinẽ sacramẽtũ esse grẽ spũalis. Et quẽadmodũ spẽs illic cernit: cuius res vel substantia ibi esse nõ creditur: sic res ibi veraciter ꝛ substantialiter presens creditur: cuius spẽs non cernitur. Uidetur em̄ species panis ꝛ vini: ꝛ substantia panis ꝛ vini nõ credit: creditur aũt substantia corporis ꝛ sanguinis xp̄i: ꝛ tñ species non videtur. Quod ergo videtur ꝭm speciem: sacramentum est: et imago illius quod sc̄dm corporis veritatẽ. Et qđ creditur ꝭm corporis veritatẽ sacr̄m est illi⁹ qđ percipit ꝭm gratiã specialẽ. Sacramẽtũ ergo altaris: ꝛ eucharistia diuina l ṽo corpꝫ ꝛ sanguine dñi nostri iesu xp̄i: imago ẽ ꝭm speciẽ panis ꝛ vini in qua cernitur: ꝛ res est ꝭm substantie sue veritatẽ in qua creditur illic atqꝫ percipit. Et rursum. Quod nunc visibiliter ꝭm sacramẽti speciẽ: ꝛ corpaliter ꝭꝫ carnis ꝛ sanguinis ṽitatem: xp̄m in altari sumim⁹: sacr̄m est: et imago ꝙ ipsum eũdẽ inuisibiliter ꝛ spiritualiter ꝭm gratie infusionẽ ꝛ spũssancti participationẽ in corde sumere debemus. Ergo diuinissima eucharistia: q̄ in altari ꝭm panis ꝛ vini speciẽ: ꝛ ꝭꝫ corporis ꝛ sanguinis xp̄i veritatẽ visibiliter ꝛ corporaliter tractat: sacr̄m est ꝛ signum: ꝛ imago inuisibilis ꝛ spũalis participationis iesu: q̄ intus in corde per fidẽ et dilectionẽ ꝑficit. Hec Hugo

Innocen.

¶ L Item Inno. in de offi. mis. Cũ sacerdos illa xp̄i verba ꝓnũciat. Hoc est corpus meũ: hic est calix meus: panis ꝛ vinũ in corpus ꝛ sanguinem cõuertunt: illa verbi ṽtute qua ṽbũ caro factũ est: ꝛ habitauit in nobis: q̄ dixit ꝛ facta sunt mãdauit ꝛ creata sũt vniuersa. Ego igit q̄ vitã eternã habere desidero: carnẽ xp̄i veraciter comedo ꝛ sanguinẽ ei⁹ veraciter bibo: illã vtiqꝫ carnem quã traxit de ṽgine: ꝛ sanguinẽ quẽ effudit in cruce. Ego corde ꝛ ore cõfiteor: ip̄m dñm iesum xp̄z in hoc sacr̄o mãduco: fret⁹ autoritate ipsi⁹ dñi. ¶ Probat idẽ cõfessio berengarij facta in gñali concilio Nicolao papa ꝑsidẽte: ꝛ ht in. c. ego berengarius. de cõse. dist. ij. qua ait. Consentio sc̄tẽ romane eccl'ie ꝛ apostolice sedi: ꝛ ore ꝛ corde ꝓfiteor panẽ ꝛ vinũ q in altari ponunt: post ꝯsecrationẽ nõ solũ sacr̄m: sꝫ etiã verꝫ corp⁹ ꝛ sanguinẽ dñi nr̄i iesu xp̄i esse. ¶ Demũ hãc veritatẽ vniuersalis ecclesia (cuius post euãgeliũ nulla maior est autoritas) determinauit in ꝯcilio generali sub Innocẽ. iij. celebrato vt ht in. c. firmiter de summa trinitate ꝛ fide catholica. vbi đr. Una ṽo est fideliũ vniuersalis ecclesia: extra quã nullus omnino saluat: in qua idẽ ipse sacerdos est ꝛ sacrificiũ iesus xp̄s: cuius corpus ꝛ sanguis in sacramẽto altaris sub speciebus panis ꝛ vini ṽaciter cõtinet. ¶ M Hac etiã ṽitatẽ Guilhel. parrhis. in tractatu solẽni: quẽ de sacramẽtis edidit in pte de sacr̄o eucharistie. c. sine p̄ncipio ꝛ iuxta p̄ncipiũ persuadet ex trib⁹ officijs: que xp̄s pro nobis suscepit: scꝫ presbyteri: aduocati ꝛ medici

guilhelm⁹ parrhisien.

Unde quia in missa fit populi sanctificatio necesse est christum vt sacerdotem fidelissimum interesse pro expletione officij sacerdotalis. Hoc em̄ exigit fidelitas sacrificãtis vt adsit cũ ad sacrificium

crificiũ postulat aduenire. Est aũt officiũ sacer-
dotale: sacramẽtare siue sanctificare: qđ certe nõ
implet nisi ꝑ hostiã: qua gratia sanctificationis
ꝑplo impetrat. Nulla autẽ hostia est qua possit
sctificari ppls: nisi illa quã xp̃s in cruce obtulit:
que ẽ ipsemet xp̃s: scđm ꝙ homo: sicut dicit aplś
ad Heb. ix. ꝙ semel in ꝯsummatione sclo℞ ad de
structionẽ pctõ℞ ꝑ hostiã apparuit. Et ibidẽ. x. c.
Sctificati sumus ꝑ oblationẽ iesu xp̃i semel. Ne
cesse est igit huc venire ex officio sacerdotali su-
scepto ad sacrificãdũ pplm ꝑ hostiã. Nõ est aũt
xp̃s sacerdos nisi i forma hũana: ꝛ i eo ꝙ hõ: igr
vt sic p̃ntẽ se facit i altari sacro. Juxta hũc modũ
qꝛ fidelis est nr̃ aduocat⁹: necesse hꝫ iteresse cau-
se quã agendã suscepit quotiẽs causa nostra agi
tur: ꝛ presentia eius desiderat. Causa aũt totius
ecclesie in missa agit: scꝫ coram deo patre: ꝑ sacer
dotẽ tanq̃ ꝓcuratorẽ. Necesse igit hꝫ interesse ꝛ
causam agere hic noster aduocat⁹. Non est aũt
aduocatus: neqꝫ causam agit nisi inquantũ ho-
mo: ergo inquantũ homo necesse habet assistere
procuratori sacerdoti: maxime qꝛ causa ista non
agitur nisi per interpellationẽ: si nõ nisi ex ore ei⁹
digna est suscipi ꝛ per munus quod ipsemet est.
Tertio qꝛ fidelis medic⁹ egrũ quẽ curãdũ susce-
pit: habet visitare quotiẽs hoc requirit infirmi-
tas: ꝛ hoc cũ vnguẽtis ꝛ medicinis que curationi
eiusdem sunt necessaria. Quia igit vnusquisqꝫ de
ecclesia eger est: et medicatione indiget siue ad
curationem: siue ad ꝯseruationem: siue ad preser
uationẽ: siue ad confortationẽ: ꝛ vnũquẽqꝫ curã
dũ mirabili miseratione suscepit: necesse habet
ad curandũ quotiẽs opus erit: aduenire. Opus
aũt est quotiẽs de medicatione eius agitur: ꝛ sa-

Ad qđ missa agitur.

nationẽ eius intendit. Quia ergo ad hoc missa
agit: ꝛ quicq̃d i ea fit: fit vt hmõi egro medicatio
nis impendat officiũ ꝛ sanitatis beneficiũ: neces
se habet misse officio interesse: ꝛ hoc i eo ꝙ medi
cus: hoc est in forma humana: cũ corpore suo qđ
est velut antidotum solidissimũ cõtra oẽs humo
res noxios vitio℞: ꝛ cũ sanguine suo qui est velut
syropus mulcebris ꝛ dulcissim⁹: ꝛ medicina liqui
da valẽs cõtra oĩa aĩa℞ languores atqꝫ vulnera:
quo℞ duorum virtutes in ipsa dñica passione po
tissimũ claruerũt. Scđm hoc igit qꝛ venerandũ
corpus xp̃i medicina est saluberrima: qua curan
tur quotidie nr̃e infirmitates: ꝛ sacramentũ eius
est placabilissimum quo lapsi deo patri recõcilia
mur: ꝛ sctificationis nr̃e est sacr̃m sacratissimũ: q̃
deo p̃ri vt filij charissimi ꝯiũgimur: ꝛ incorpora-
mur: ꝛ cibus est nr̃e refectionis: quo in vita spũa
li subsistim⁹ ꝛ solidamur: necesse est ipsius in mis
sa℞ solẽnijs in quibus oĩa ista peragunt sacratis
simã ꝛ verissimã adesse presentiã. Non eñ suffi-
cit designatio siue figuratio corpis istius viuifi-
ci ꝛ sanguinis ad ista ꝑdicta peragẽda: sed neces
sario reqrũt istius viuifici panis ꝑsentissimam
veritatẽ. Neqꝫ enim figura: neqꝫ aliq̃ designatio
medicine prestare põt vllo modo salutẽ: sed sola
ipsius p̃ns veritas salutẽ facit. Similiter impos-
sibile est per solã ꝛ inanẽ figurã ꝛ designationem
sacrificij placari iratũ: aut reconciliari offensum
absqꝫ sacrificij veritate: similiter neqꝫ sacrari aut
sanctificare possibile est quenq̃ absqꝫ sacramẽti
veritate: cũ sacramẽti scꝫ sola figura. Eodem mo
do impossibile est aliquẽ refici: pasci / aut potari
sola figuratiõe panis ꝛ vini: alioqn sufficerẽt no-
bis figure ꝛ picture ad ista quatuor peragẽda: et
frustra laboraret circa missarũ solẽnia. Suffice-
rent inquã picture sacrarũ oblationũ ꝛ sacrificio
rum ad reconciliationẽ ꝛ placationem: figure pa
nis ꝛ vini ad medicationẽ ꝛ refectionẽ. Hec au-
tem insania ad hoc deduceret vt pictura diluuij so
la sine veritate mũdũ submergat: ꝛ pictura ignis
quo mũdus inferior ꝯflagrandus est: iam mũdũ
exurat: atqꝫ pictura sola panis pascat atqꝫ refi-
ciat: sic ꝛ pictura vini potet: ꝛ inebriet: que certe
nemo admittit cõpos ratiõis. Venit autẽ in par
tem sic loquentiũ dementia: vt omnino non distin
guãt quantũ ad virtutẽ ꝛ efficaciã inter signa et
res: inter figurã ꝛ veritatẽ: cum eandẽ virtutẽ at
tribuãt signis et veritati. Nimiũ ergo desipiunt
heretici atqꝫ falluntur astruentes corpus christi
nõ realiter vere in sacramento altaris contineri:
sed dũtaxat in quadã designatione ꝛ figura con-
tra christi euangeliũ ꝛ tot sancto℞ testimonia pa
trum: in quo elucet ipsorum detestanda temeri-
tas: ꝛ presumptio temeraria qua sensui proprio
proterui innitũtur: sententiã suã maiorũ autori-
tatibus preferendo cõtra sapiẽtis exhortationẽ.

Prouer. iij

Fili ne innitaris prudentie tue: neqꝫ sapiens sis
apud temetipsũ. Verũ he persuasiões Gabriel.
magis ostendũt congruitatẽ corporalis presen-
tie christi: q̃ demõstrent assistentie necessitatem.

Albertus.

¶ N De eodem etiam loquit Alber. in lib. de sa.
par. ij. Quid inquit: necesse est tantum facere ap-
paratũ pani ꝛ vino: nisi significarẽt corp⁹ ꝛ san-
guinem christi? Quid ad hoc ordinarentur sacer
dotes: cõsecrarentur altaria: tẽpla ac cetera que
ad ritum ꝛ altaris cultum pertinẽt: si nihil in his
fieret nisi ꝙ panis benediceret: qui corpus chri-
sti tñ significaret. Adhuc autem adoratio ꝛ vene
ratio que fit a ꝑplo exhiberet creature. Sicqꝫ in
oĩ missa idololatria ꝯmitteret: qꝛ cultus debitus
creatori pure exhiberet creature: qđ nefariũ est
dicere. ¶ Quõ etiã btũs Dionysi⁹ de hoc sacro lo
quẽs: ꝑhis vtit q̃ soli deo digne attribuũtur. Ait

Dionysius

eñi in de ecclesiastica hierarchia. c. iij. loquẽs de ve
nerabili eucharistie sacro. At ꝟo põtifex cũ diui-
na munera laude ꝓsecutus fuerit sacrosctã ꝛ au-
gustissima mysteria ꝯficit: ꝛ que ante laudauerat
venerandis operta ꝛ abdita signis in conspectu
agit diuinaqꝫ munera reuerenter ostendens: ad
sacrã illo℞ comunionẽ ꝛ ipse cõuertitur: ꝛ reliqs
vt cõiicent hortat. Et post multa. Describit enim
põtifex in his ferme sensibiliter muneribus in cõ
spectu dans xp̃m iesum nostram spiritalem vt in
imaginibus vitã: ex diuinitatis occulte ꝑfecta et
incõfusa nostre mortalitatis assumptiõe clemen
tissime ꝓprietatẽ ex nobis accepisse: atqꝫ ad diui
sibile nostrum sine mutatione sui ex vnitate na-
turali ꝓcessisse. Perqꝫ hãc beatificã clemẽtiã ad
participationẽ sui suorũqꝫ bono℞ inuitare gen⁹
humanũ. Si tñ ipsius clementie inseramur ipam
quãtũ fas est imitãdo: sicqꝫ veraciter ꝯsortes dei
diuino℞ũqꝫ ꝑticipes efficiamur. Hec Diony. fm
nouã trãslationẽ. In qb⁹ satis pꝫ eũ sensisse dñm
iesum xp̃m in sacramẽto realiter: sꝫ opertum spe-
ciebus panis ꝛ vini ꝯtineri. ¶ O Ex oib⁹ ꝑcedẽ
tib⁹ satis reor ꝓbatũ esse hãc fidei nr̃e veritatem
ꝙ sub specieb⁹ panis ꝛ vini post ꝯsecrationem ri
te sactã verũ xp̃i corpus verusqꝫ ei⁹ sanguis: nõ
sicut in signo: sed in se realiter continet: contra
damnatam heresim hanc veritatem negantium.
Neqꝫ pro eis facit quod pro se adducunt: ꝙ cuꝫ
hec verba christi: hoc est corpus meum: non sint
accipienda sicut illa. Ego sum vitis vera. Aut si-
cut illa apostoli. Petra autem erat christus: sa-
tis supra declaratum est. Verba vero beati Au-
gust. supra pro sua heresi allegata: magister di. x.
quarti determinat dicẽs. Non his negat Augu.
corpus xp̃i a fidelibus sumi vel esse in altari: sed

bis veritas apostolos: ⁊ in eis nos instruxit: ꝙ ip
sius corpus nõ per partes discerptũ vt putauerũt
illi discipuli qui retroierũt: sed integrũ: nec visibi
liter in forma hũana: sed nobis inuisibiliter sub
forma panis ⁊ vini / corpus ⁊ sanguinẽ traderet.

Augustin⁹.

Quem sensum beatus Aug. confirmat dicẽs. Ip
sum quidẽ ⁊ nõ ipm corpus qđ videbat mandu
cabant: ipm inuisibiliter: ⁊ nõ ipm visibiliter. Iterũ
etsi necesse est illud visibiliter celebrare: necesse ẽ
tñ inuisibiliter intelligi. Ita etiã intelligendũ est
corpus xpi esse in vno loco: scȝ visibiliter in for
ma hũana: veritas tñ eius. i. diuinitas vbiqȝ est:
veritas etiã eius. i. verũ corpus in omni altari ẽ
vbicũqȝ celebratur. Sic etiã illud intelligendum
est. Pauperes semp habebitis vobiscũ: me autẽ
nõ semp habebitis: ẜm corporalẽ p̃sentiã ẜȝ quã
cũ eis conuersabat. Silr ⁊ illud: ꝙ homo est: in celo
est visibiliter: inuisibiliter autẽ est in altari: quia
nõ in forma humana apparet: sed forma panis ⁊
vini operit. Unde ⁊ inuisibilis eius caro dicitur
q̃ vere est in altari: sed qꝛ non in specie sua appa
ret dicitur inuisibilis. Ait enĩ August. Sacrificiũ
ecclesie duobus cõstat: visibili elementorũ specie
⁊ inuisibili domini nostri iesu christi carne ⁊ san
guine: sacramento ⁊ re sacramenti. i. corpore xpi
Ecce inuisibileȝ dixit carnem christi: quia forma
panis operta sumitur et tractatur.

¶ Lectio. xl.

A



Sicẽ
sa corpo
rali pre
sentia cor
porꝫ xpi
sub spe
ciebꝰ pa
nis / ad
prolatio
neȝ for
me sacra
mẽtalis
consequẽn
ter inq
rẽdũ est
qua mu
tatione incipit corpus christi esse in sacramẽto.
¶ Circa qđ notandũ: ꝙ quãuis expsse tradat in
scriptura: ꝙ corpus xpi veraciter sub speciebus
panis cõtinet: ⁊ a fidelibꝰ sumit: vt patuit lectio
ne p̃cedente: tñ quõ ibi sit xpi corpus an p conuer
sionẽ alicuius in ipm: an sine conuersione incipiat
esse corpus xpi cũ pane manẽtibus substãtia ⁊ ac
cidentibus panis: nõ inuenit expssuȝ in canone
biblie. Unde de hoc antiqtus fuerũt diuerse opi
niones: vt recitat magister di. xi. quarti. Uñ colli
gunt tres opiniones q̃ hñr. c. cũ marthe. in glo.
extra de cele. missa. ⁊ Inno. de offi. mis. par. iiij. ca.
xxiiij. easdẽ recitat. ¶ Una ꝙ panis substãtia ma
net simul cũ corpore xpi: ⁊ nihil preexistẽs ibi añ
consecrationẽ desinit esse. ¶ Scđa tenet ꝙ substan
tia q̃ fuit panis primo: postea est caro xpi. ¶ Ter
tia tenet ꝙ substãtia panis ibi desinit esse: ⁊ ma
nẽt accidẽtia tñ: sapor: color: põdꝰ ⁊ silia: et sub
his accidẽtibus incipit esse corpꝰ xpi. ¶ Quartã
opinionẽ addit magr vbi supra ꝙ panis substan
tia nõ cõuertitur: sed annihilat: vel in preiacentẽ
materiã resoluit. Sed nũc opinio tertia ab omni
bus doctoribus catholicis acceptat: scȝ ꝙ substã
tia panis nõ manet: sed realr veraciter in substã
tia corporis xpi conuertit trãssubstantiat seu commu
tatur. Tũ qꝛ de sacramentis tenendũ est sicut te
net scã Romana eccl̃ia: vt habet de hereticꝭ. ad
abolendã. Nũc aũt ipa tenet ⁊ determinauit pa
nem transsubstantiari in corpus christi: ⁊ vinuȝ
in sanguinẽ: vt hr de sum. tri. ⁊ fi. ca. firmiter. vbi
sic dicitur. Ipe iesus christus sacerdos est ⁊ sacri
ficiũ: cuius corpus ⁊ sanguis in sacramento alta
ris sub speciebus panis ⁊ vini veraciter cõtinet.
Et seqtur. Trãssubstantiatis pane in corpus ⁊ vi
no in sanguinẽ ptãte diuina. ¶ Ad idẽ sunt auto
ritates plurime scõꝝ: quarũ plures ca. preceden
te sunt allegate. Unde Eusebius emissenus de cõ

Eusebius emissenus.

se. dist. ij. qꝛ corpus. Inuisibilis inqt: sacerdos vi
sibiles creaturas in substantiã corporis sui ⁊ san
guinis verbo suo secreta ptãte cõuertit. Et sequi
tur. Nouũ tibi ⁊ impossibile esse non debet: ꝙ in
xpi substantiã terrena ⁊ mortalia conuertũtur. Itẽ

Ambro.

Amb. lib. de sacramentis: vt. s. allegatuȝ est in. c.
panis. ij. de cõse. dist. ij. Panis est in altari vsitatꝰ
ante verba sacramentoꝝ: vbi accessit consecratio
de pane fit caro christi. Sequitur. Si ergo tanta
vis est in sermone dñi iesu vt inciperet esse qđ nõ
erat: quãto magis operatoriꝰ est vt sint que erãt
⁊ in aliud commutent. Et sic qđ erat panis ante cõ
secrationẽ: iã corpus christi est post cõsecrationẽ:
qꝛ sermo christi creaturaȝ mutat: ⁊ sic ex pane fit
corpus christi: ⁊ vinũ cum aqua in calice mixtuȝ
fit sanguis cõsecratiõe verbi celestis. Itẽ Aug. et

Augustinꝰ.

habet eadẽ dist. vtrũ sub figura. Uoluit dñs hũc
panẽ ⁊ vinũ in mysterio: vere carnẽ suã ⁊ sangui
nẽ suum cõsecratione spũsscti potẽtialr creari. Et
seqtur. Ex substãtia panis ⁊ vini mystice corpus
xpi cõsecrat. Et infra. Corpus xpi ⁊ sanguis in vir
tute spũsscti ex panis ⁊ vini substãtia efficit. Et se
quitur. Per spmsctm hanc: scȝ panis substantiã
suã efficit carnẽ: ⁊ trãsit vinũ in sanguinẽ. Et in
fra. Credendũ est ꝙ in verbis christi sacramenta
cõficiantur: cuius enĩ potẽtia creant prius scȝ pa
nis ⁊ vinũ: eius vtiqȝ verbo ad melius procrean
tur. Itẽ in cap. cũ marthe. de cele. missa Paneȝ ⁊
vinũ in corpus ⁊ sanguinem proprie cõmutamꝰ.
Itẽ venerabilis Hugo lib. ij. de sacramentis par

Hugo.

te. viij. c. ij. Sacramentũ corporis ⁊ sanguinis fuit:
ipse dñs iesus christus instituit: quando post ce
nam veteris pasche: panẽ ⁊ vinũ in corpꝰ ⁊ in san
guinẽ suũ potẽtia trãsmutans apl̃is sumẽdũ di
stribuit. Et ibidẽ. c. ix. idẽ ex intẽtione declarans
Ait per verba sctificationis vera panis ⁊ vera vi
ni substantia in verũ corpus ⁊ sanguinẽ xpi conuer
tit: sola specie panis ⁊ vini remanente: ⁊ substan
tia in substãtiã transeũte. Cõuersio aũt ipsa non
ẜm vnionẽ: sed ẜm transitionẽ credẽda est: qm ne
quaq̃ essentia essentie in augmentum accedit vt
p illud qđ accedit: id ad qđ accedit: maius fiat:
sed trãsitione vt id qđ accedit: cum illo ad qđ ac
cedit: vnũ fiat. Nec sic in pane christi corpus cõ
secrare dicimꝰ: vt de pane corpꝰ xpi esse accipiat
nec quasi nouuȝ corpus subito factũ: de mutata
essentia scȝ panis: sed in ipm corpꝰ verũ mutatã
essentiã: nec ipsam substantiã panis ⁊ vini in ni
hilũ redactã: qꝛ desijt esse qđ fuit: sed mutatã po
tius: qꝛ cepit esse aliud qđ nõ fuit. Et aliud ipsuȝ
qđ cepit supple substãtia panis esse / ex ea esse nõ
accepit: qꝛ prius panis fuit: sed ipsa esse accepit
quãdo desijt esse qđ fuit. Ex his ⁊ alijs plurimis
autoritatibꝰ sanctoꝝ habetur ꝙ corpus xpi est in
sacramẽto per trãsmutationẽ vel conuersionem
aut transsubstantiationẽ substantie panis ⁊ vini
in corpus ⁊ sanguinẽ christi. In dictis aũt auto
ritatibꝰ sunt quedã sobrie exponẽda: quibus di
cit ꝙ panis ⁊ vinũ fit sanguis ⁊ corpus christi: q̃
quõ intelligẽda sunt postea lec. xlix. docebitur. Et

propter hoc predicta verboꝛ forma dicit͛ cōuer-
siua: q꞉ dū ipsa rite a sacerdote sup panē et vinū
ꝓferunt͛: panis et vini substātia in corpus ⁊ sangui
nem xp̄i cōuertunt͛. ❡ ❡ Cū ergo ex determina-
tione ecclesie: conformiter ad sanctoꝛ autorita-
tes: credēdū est corp⁹ xp̄i in sacramēto esse p cō-
uersionē panis in ipsum. Uidēdū quō intelligē-
da sit ipsa cōuersio: vbi tria sunt ꝑquirēda. Pri-
mo quid sit cōuersio. Secūdo qd in quid ꝯuerti
possit. Tertio qua specie conuersionis panis in
corpus xp̄i cōuertat͛. ❡ Quoad primū notādū:

Conuersio duo dicit.

ꝙ cōuersio q̄ est transitio vnius in aliud: duo di-
cit: scʒ desitionē alicuius rei: ⁊ successionem alte
rius. Si em̄ legit͛ aqua conuersa in vinum in na
ptiis Joā. ij. desijt in hydrijs aqua: ⁊ successit vi-
nū: hoc est ꝙ forma aque in hydrijs desijt esse: et
successit forma vini in materia aq̄. Uel tota aq̄
substātia desijt: tota substātia vini successit: quip
pe fieri vtrunqꝫ potuit. Qō aūt hoꝛ factū: sit ipse
nouit qui fecit. Sic in ḡnatione naturali ignis
ex aere: aer conuertit͛ in ignē: dū corrupta forma
aeris: succedit forma ignis: sic albū vertit͛ in ni-
grum: dum albedini desinenti succedit nigredo.

Succedere quid dicat͛.

❡ Est ergo cōuersio successio entitatis positiue
ad entitatē positiuā desinentē. Illud vō ſm opi
nionē Scoti, dicit͛ succedere qō ad desitionē al-
terius nouū esse recipit: aut in esse qō hʒ conser-
uat͛: ita ꝙ nisi aliud desineret: ipsum non recipe-
ret nouū esse nec in esse qō hʒ ꝯseruaret. Ex quo
sequit͛ ꝙ corruptioni vermis in terra non succe-
dit sol in celo: q̄uis corrupto verme cōseruetur:
maneret em̄ nihilomin⁹ si vermis corruptio nō
precessisset. ❡ Scdo sequit͛ ꝙ de ratione succes-
sionis nō est ꝙ succedēs sit in eadē materia sub
eisdē accidentib⁹: vel in eodē loco in qua: quib⁹:
vel quo fuit id cui succedit. Patet ex secūdo. Uñ
si deus cōseruaret solē in celo ad destructionem
alicuius animalis in terra alr̄ nō cōseruatur⁹:
sol q̄tū ad esse in quo cōseruat͛: succederet aiali
⁊ animal desinēs cōuerteret͛ per ꝯsequēs in solē.
❡ Tertio sequit͛ ꝙ nō est de rōne successionis vt
sit nouitas aliqua in succedente: q꞉ si res aliqua
in suo esse qō habuit sine sui mutatione cōserua
ret͛ ad corruptionē alicuius rei alr̄ nō cōseruan
da: illa succederet rei corrupte: sine sui mutatio-
ne ⁊ qualibet nouitate. Sententia est Scoti qōli.
q. 5. ❡ Et posset ratio assignari: q̄m q꞉ res de no-
uo ꝓducta. i. accipiēs esse post nō esse ad desitio
nem alterius succedit desinēti rōne res cōserua-
ta. i. accipiēs esse post esse p̄cedēs ⁊ desitionē al-
terius succedit ei: nulla em̄ potest assignari rō di
uersitatis cū cōseruatio est quedā ꝓductio: nam
vtrobiqꝫ ad esse cause sequit͛ effectus: qui causa
cessante nō sequeret͛. Posita em̄ causa sufficien-
te ⁊ ꝓducēte: ponit͛ effectus de nouo: si prius nō
fuerit: aut ponit͛ nō de nouo si prius fuerit: ⁊ hoc
si eadē fuerit causa ꝓducēs ⁊ cōseruās. Nec mi-
nus hʒ esse effectus a causa cōseruāte: q̄ a causa
ꝓducēte: q꞉ ita cōseruatū nō esset submoto con-
seruante: sicut ꝓductū nō esset remoto ꝓducēte.
❡ D Per hoc patet ad ſm quid in quid conuer
ti possit: nā tūc res aliqua cōuerti pōt in aliā: dū
vtraqꝫ est in potestate agētis q̄tū ad esse vel cō-
seruari: ⁊ nō esse simpliciter vel ſm quid. Uñ di-
citur primo ꝙ nō solū corpus in corp⁹: aut sub-
stantia in substātiā: seu accidēs in accidens: sed
spiritus in spiritū: ⁊ corpus in spiritū: ⁊ spiritus
in substātiā corporalē: substātia in accidēs ⁊ ac-
cidēs in substantiā: et ḡnaliter quodlibet creatū
in creaturā quālibet pōt cōuerti diuina potesta
te. Patet: q꞉ cū quelibet creatura eque est in ple
na potestate dei q̄tū ad esse ⁊ nō esse potest q̄li-
bet creaturā annihilare: ⁊ ad desitionē alterius
cuiuscunqꝫ ꝓducere: similiter pōt q̄libet creatu
ram cōseruare ad desitionē alterius. Quod cū
facit: creaturā que desinit in eā quā sic cōseruat
vel ꝓducit: cōuertit. Nec tamē ꝓpter talē cōuer
sionē vnū fit reliquū: hoc est si corpus conuertit͛
in spiritū: nō ideo corpus fit spiritus: neqꝫ mate
ria fit forma si in formā cōuerteret͛: nō substātia
accidēs: vel ecōuerso: cū cōuerti vnum in aliud:
nō est vnū fieri aliud: sed est vni desinēti succede
re aliud: licet in casu ex corpore fit spiritus: et ex
materia fit forma: qō nihil aliud est dictu: nisi ꝙ
desinēti corpori succedit spūs. Sicut in ḡnatio-
ne naturali ignis ex aere: aer nō fit ignis: nec for
ma aeris fit forma ignis: sed forma aeris corrū-
pit͛ ⁊ ꝓducit͛ in eadē materia forma ignis: qō est
cōuerti aerē in ignē: siue formā aeris in formam
ignis. ❡ Secūdo dicit͛ ꝙ nihil cōuerti potest in

Nihil in deum vel in aliquod intrinsecum deo conuerti potest.

deū: vel in aliquod intrinsecū deo. Probat͛ q꞉ ni
hil intrinsecū deo est in potestate dei q̄tū ad eē
et nō esse: cū esse intrinsecū deo: est deus: ⁊ neces
se esse ⁊ nō possibile non esse. Potētia enim diui
na est tantū respectu possibiliū: vt declarant do
ctores circa distinctionē primi: ⁊ ideo non succe
dit esse diuinū cuicūqꝫ creature desinēti: cū siue
creatura desinat: siue non: necessario est de⁹: nec
solū necessario est: sed necessario est immutabi-
lis: ⁊ ideo nō tantū quoad esse non succedit: sed
etiā q̄tū ad omnē modū sui esse nulli creature
succedit. ❡ E Sed forte qs diceret cōtra primū.

Obiectio. Augusti.

Illud videt͛ esse cōtra beatū Aug. sup Gen. dicē-
tem lib. vij. Omne corpus in omne corpus posse
mutari nō defuerūt qui assererēt: corpus aūt ali
quod cōuerti in animā: fieriqꝫ naturam incorpo
reā nec quēq̄ sensisse scio: nec fides hʒ. Et eodē
lib. expressius habet͛ idē. Omne inquit corp⁹ in
omne corpus mutari posse credibile est: quodli-
bet autē corpus posse mutari in animā: credere
absurdū est. ❡ Itē. Boetius in lib. de duab⁹ na-

Boetius.

turis dicit. Neqꝫ corporea substātia in incorpo-
ream substātiā mutari pōt: nec incorporea in se
inuicē mutari: ꝓprias formas mutāt: sola em̄ in
se inuicē mutari possunt: que habēt vnius natu
re cōmune subiectū. ❡ Itē nō videt͛ ꝙ substātia
possit cōuerti in accidēs: q꞉ nō potest fieri inhe-
rens: nec absolutū potest cōuerti in respectiuū:
q꞉ tūc absolutū requireret duos terminos. Itē
q̄titas panis nō pōt cōuerti in corporis xp̄i q̄ti
tatē: q꞉ nō pōt corpus xp̄i quātificari per q̄tita-
tem panis: cū nō sit debita cōmensuratio. ❡ Ad
illa dicit͛ ad primū: ꝙ beatus Aug. ibi loquit͛ de
conuersione prime ꝓductionis: ⁊ ſm modū illi⁹
productionis vbi de corpore materiali aliud cor
pus productū est: vt de materia informi celum ⁊
elemēta: ibi incredibile nō est de quolibet corpo
re: quodlibet ꝓduci potuisse: sed non de corpore
in spiritū: q꞉ ostēdere vult ꝙ anima nō est produ
cta de materia sine corpore materiali. Uel potest
dici ꝙ vult ꝙ minus possibile est corpus in spiri
tum cōuerti: q̄ corpus quodlibet in quodcunqꝫ
corpus: q꞉ plus cōueniūt corpora quecūqꝫ inter
se q̄ corpus cū spiritu. Uerū hoc dici posset refe
rendo ad potentiā naturalē: sed respectu diuine
potētie: cui oīa eque subsunt: nec vnū est magis
possibile altero. Ideo finaliter potest dici beatū
Aug. ita opinatū fuisse: vel ſm alioꝛ opinionem
locutū esse. Nec probat qō opinat͛: nec assertiue
loquit͛ asserēdo vnū: negādo aliud: sed dicit cre-
dibile est. Et i alia parte: nec quēq̄ sensisse scio:
nec fides hʒ ⁊ postea: absurdū est hoc asserere. l.

non est vsitatū nec certū. ¶ Ad Scotū dicit: q̄ loquit de cōuersione naturali & immediata: que requirit subiectū cōmune: & principia agendi et patiēdi mutuo in cōuersis. Dicit em̄ ibidem: q̄ nō pōt es in lapidē pmutari: qd̄ intelligit nō pōt nisi de cōuersione naturali et immediata. Quomodo aūt ratio sua teneat cōtra Euticem: cōtra quē ibi loquit: alibi videndū est. ¶ Ad tertium & quartū dicit: q̄ fundat sup falsa imaginatione: que est q̄ termin⁹ ad quē cōuersionis induat cōditiones termini a quo: qd̄ falsum est: q2 si terminus ad quē cōuersionis recipit esse s̄m cōuersionem recipit esse s̄m cōditionē proprie nature: vt patet etiā in conuersione naturali. Ideo si accidens cōuertit in substātiā: substātia seruat cōditionē suā: & ecōuerso si substātia in accidēs: accidens tenet suas cōditiones: & si absolutum in respectiuū: respect⁹ habebit fundamentū & terminos suos: quos nō habuit absolutū cōuersum. Sic si q̄titas panis cōuerteret in q̄titatē corporis xp̄i (posito q̄ q̄titas sit accidēs absolutum) corpus xp̄i ꝑpter hoc nō extenderet q̄titate panis: q2 conuersa desinit esse: sed q̄titate sua propria: q̄ succedit q̄titati panis cōuerse: et per hoc patet scd̄m. ¶ F Quoad tertiū: scz qua specie cōuersionis panis cōuertat in corpus xp̄i. Naz in allegatis autoritatibus q̄nq3 dicit mutari: q̄nq3 cōuerti: & q̄nq3 trāssubstantiari. Quomodo ergo se habeat cōuersio ad trāsmutationē: quomodo ad trāssubstātiationem: inquirendū. Dicēdum

Mutatio multipliciter accipit.

itaq3 est: q̄ mutatio multipliciter accipitur tā a philosopho q̄ a sanctis: possunt aūt acceptiōes iste reduci ad tres. Unde pōt accipi mutatio large siue cōmunissime: & sic mutari est rez incipere vel desinere esse: aut se habere aliter posteri⁹ q̄uā ter se nō habuit prius instātanee vel successiue: et sic est genus ad motū & cōuersionē: q2 mot⁹ dicit successionē: & cōuersio desitionē ꝯuersi: q̄ non importat mutatio in spē. Similiter ad creationē et annihilationē et alterationē: q2 in genere importat q̄cq̄d illi termini importāt i specie. ¶ Secūdo modo accipit stricte ꝓ receptione alicuius forme substātialis vel accidentalis de nouo: vel dimissione talis forme prehabite instātanea vel successiua: et illo modo materia prima si fuisset creata sub forma. i. simul creata cū forma: in instanti sue creationis fuisset mutata: q2 in illo instanti recepisset formā quā ante hoc instās non habuisset. ¶ Tertio modo accipit strictissime: & sic mutari est subiectū presuppositū recipere formam: vel locū prius nō habitā vel habitū: vel tamen perdere instātanee vel successiue: & sic accipitur. viii. physicoꝝ: vbi innuit q̄ mutari est rē aliter se habere pri⁹ & posteri⁹. Ex illo pz q̄ ꝯuersio non est mutatio scd̄o vel tertio modis saltem nō opz: sz tm̄ ꝑmo modo: q2 qd̄ his duobus vltimis modis mutat: nō desinit: qd̄ aūt cōuertit desinit

Conuersio duplex est.

esse. ¶ G Sed quō se habeat cōuersio ad transsubstātiationē / aduertēdū q̄ est cōuersio quedā naturalis: q̄dā supnaturalis. Naturalis est que fit a ꝑncipiis nature ꝑsupposito subiecto vtriq3 termino: vt est cōuersio aeris in ignē. Supnaturalis est q̄ fit actione diuina speciali ꝑter ordinē nature: & ista si fit inter terminos substantiales: dicit trāssubstātiatio. Si inter terminos accidētales: posset dici trāsaccidētatio. Si inter terminum a quo qui est substātia: & ad quē qui est accidens: posset circūlocutiue dici trāssubstātie accidētatio. Sic ecōuerso posset dici transaccidētis

Trāssubstātiatio q̄d.

substātiatio. ¶ Pōt aūt trāssubstātiatio ad ꝓpositū sic describi: est cōuersio substantie totius in substātiā nō habētē cōmunē materiā cū priore. Cōuersio ponit ꝓ gn̄e: q2 vbicūq3 est trāssubstātiatio: ibi est cōuersio: & nō ecōuerso. Primū pz: q2 in oi trāssubstātiatione termin⁹ a quo desinit esse. Si em̄ maneret: nō esset trāssubstātiatio: q2 nihil trāsiret in aliud. Dicit substātie: ad excludendū trāsaccidētationē. Dicit toti⁹: qd̄ dz accipi mixtim. i. cathegorematice & sincathegorematice simul: vt exponit ip̄m & nihil ipsi⁹ quin ip̄m. Per hoc excludit gn̄atio naturalis: in qua lz totū cathegorema. i. integrū transeat in totū: vt dicit ph̄s in de gn̄atione. Gn̄atio est trāsitio hui⁹ toti⁹ in hoc totū. Siquidē in gn̄atione ignis ex aere: tot⁹ aer corrūpit: & tot⁹ ignis ꝓducit cathegorematice: nō tn̄ tot⁹ aer capiēdo tot⁹ mixtim: q2 nō quicq̄d est aeris corrūpit: q2 materia q̄ est ꝑmo pars aeris: & postea pars ignis nō corrūpitur: sz manet sub vtroq3 termino. Dicit in substātiā ꝑpter ꝯuersionē substātie in accidēs: que nō trāssubstātiatio: sz magis trāssubstātie accidētatio. Dicit vltimo: non habentē cōem materiā cū alia: ꝑpter cōuersionē forme substātialis ꝑ gn̄ationē de nouo ꝓductā: q2 lz ibi sit ꝯuersio totius forme corrupte in formā ꝓductā: q2 nihil forme corrupte manet: tn̄ nō est trāssubstātiatio: q2 forma corrupta & forma genita habēt eādē materiā cōem. ¶ H Ex his pz q̄ trāssubstātiatio est species cōuersionis supnaturalis / & ꝑ cōsequēs species cōuersionis in gn̄e. Pz q̄ nulla potētia naturalis pōt in trāssubstātiationez: q2 nulla hz in sua potestate totā substātiā cōpositā q̄tū ad materiā & formā: cū materia naturalis sit ingenerabilis & incorruptibilis: neq3 substātiā simpliciter formā nisi mediāte subiecto cōi vtroq3 termino trāsmutationis: sed vbi manet materia cōis ibi nō est trāssubstantiatio vt patuit: ergo nulla virtus naturalis hz in sua facultate trāssubstantiationē: sola itaq3 potētia diuina q̄ est infinita habēs in sua potestate materiā & formā & oē creatum et creabile pōt substātias trāssubstantiare.

Prolatis quinq3 verbis in instāti nō est ibi amplius panis: sed verū corpus christi.

¶ Et ꝑ hoc ad ꝓpositū dz: q̄ ꝯuersio q̄ substātia panis ꝯuertit in substātiā corporis xp̄i: est transsubstātiatio: panis q̄z trāssubstātiat in verū corpus xp̄i. Probat: q2 ibi fit ꝯuersio toti⁹ substātie panis q̄tū ad materiā & formā. Nam ibi desinit esse simplr tā materia panis q̄ ei⁹ forma: forte ꝑ subtractionē diuine ꝯseruationis saluatis accidētib⁹ in suo esse sine subiecto: & succedit ꝑ verā ꝑsentiā in locū substātie panis sub eisdē accidētib⁹ verū corp⁹ xp̄i ad panis desitionez: ergo est ibi vera trāssubstātiatio: tenet ꝯsequentia ex q̄d nois trāssubstātiationis. ¶ Possibilitas antecedētis q̄tū ad oēs partes satis pz: attento q̄ oia creata sunt eque in potētia obedientiali dei. Factū ꝓbatū est autoritate ecclesie & sanctoꝝ: q2 ratione ꝓbari nō pōt. Et lz ita est q̄ sub accidētib⁹ que ante ꝯuersionē erāt i substātia panis: ꝑsens est ꝑ cōuersionē corpus xp̄i: nec tn̄ afficit ab eis. Tum vt supra dictū est: sic esse ꝑsens accidētib⁹: nō est de rōne trāssubstātiationis. Tū q2 de⁹ posset facere corp⁹ suū ꝑsens accidētib⁹ panis simul & substātie panis: ita q̄ panis nō desineret: sz maneret cū corpore xp̄i: cū hoc nullaz includat ꝯdictionē: vt statim patebit: & postea ꝯuertere panē in corp⁹ xp̄i iā p̄ns: destruēdo panis substātiā: et ꝯseruādo corp⁹ suū ad desitionē panis: & tūc nō est successio subē ad subam sub accidētib⁹ illis: q2 pri⁹ fuit corp⁹ xp̄i sub accidētib⁹ illis eodē mō quo postea desinente pane: & sic non succederet. ¶ J Posset lz dici q̄ adhuc eēt successio corporis xp̄i: nō q̄tū ad eē hic de nouo: sz q̄tū ad ꝯseruā sub

Phs.

sub specieb9 panis. Sic em̄ pōt esse conuersio in preexistēs: vt statim. J. Tum q: sicut substātia panis: ita ꝛ accidētia ei9 possunt cōuerti i corp9 xp̄i ꝛ sic desinerēt esse: ꝛ per ꝯñs corpus xp̄i nō esset pñs accidētibus. Tū q: (vt sentit Sco.) suba panis posset trāssubstātiari in corpus xp̄i vt existēs

Scotus.

in celo: absq3 hoc ꝙ acq̄reret nouā p̄ntiam ad species vel locū panis: q: de9 pōt velle corp9 suū cōseruare: sine esse in celo: in ordine ad desitionē panis in altari als nō cōseruaturus: in quo casu panis desinens trāssubstantiaref in corp9 xp̄i: vt ptz ex q̄d nois trāssubstātiatiōis: ꝛ tñ nō esset in loco: vel sub specieb9 panis cōuersi: lz de facto ꝑ transsubstantiationē panis in corp9 xp̄i: corpus xp̄i realiter fit presens accidētibus panis ꝛ loco: qui panē prius q̄ȝ desineret: cōtinebat. Hec oia recitata sunt fm opinionem doctoris subtilis in quodlibe. q. x. ꝛ in. iiij. dist. xi. ¶ R Scōm ℞o opinionem Guil. ockā: successio vltra p̄missa dicit

Guillelmus ockā.

presentiā eius q3 succedit accidentib9: vel loco eius cui succedit. Et fz hoc describit transsubstātiationē sic: est successio sube ad subam desinētē esse simplr in se: sub accidentibus aliq̄bus proprius sube desinētis. addendū est: vel ad min9 in eodem loco. etiā addi opz. nō habētis materiam eādem cū suba desinēte. ¶ Ex quo ptz ꝙ ad transsubstātiationē req̄rit aliqua nouitas in termino trāssubstātiatiōis: q: noua p̄ntia ei9 spēb9 vel loco substātie desinētis: nisi forte ꝑ miraculū prius ante cōuersionē fuisset pñs sube desinenti: vt in casu statim supradictō. Sufficit em̄ ꝙ si nō esset presens ante cōuersionē fieret de nouo presens ꝑ conuersionē. ¶ Scdo ptz fm illū doctorē: ꝙ substantia panis nō pōt trāssubstātiari in corp9 xp̄i vt in celo: q: deficeret eius p̄sentia. Si aūt substātia panis cū accidētibus cōuerteref in corp9 xp̄i: sufficeret ꝙ corp9 xp̄i per cōuersionē de nouo inciperet esse i loco: quo fuerat panis suba cū suis accidentibus: sic si sola accidētia cōuerterenf in

Obiectio.

corpus. ¶ Si diceres. Posito ꝙ panis desineret in ordine ad corpus xp̄i: vt i celo absq3 ei9 presentia ad spēs panis: panis mutaref ꝛ nō annihilaref: q: desitio eius nō est absolute in nihilū: sed ad aliquid vere existens: scilz corpus xp̄i in celo: neq3 est corruptio q: nō in materia: ergo trāssubstātiatio. ¶ R̄ñdetur ꝙ talis mutatio panis/ est

R̄ñsio.

mutatio panis large capiēdo mutationē: sed nulla illarum: sed est quedā mutatio supernaturalis cui nō est nomē impositū: q: nunq̄ȝ facta est: nec fiet: licet fieri posset. Harū opinionū diuersitas magis cōsistit in quid nois trāssubstātiatiōis: q̄ȝ in re ipsa. ¶ L Sed circa ista mouentur quatuor

Primum dubium.

dubia. Primū: nā videtur ꝙ cōuersio illa fit in sacramēto: nō fit trāssubstātiatio: q: non est ad substantiā tanq̄ȝ ad suum terminum formalē: igitur. Tenet ꝯsequētia: q: ois denominatio cuiuscūq3 trāsmutatiōis sumēda est a termino formali. Antecedens ptz: q: illa cōuersio est ad vbi: sc3 ad presentiā corporis Christi loco et speciebus panis tanq̄ȝ ad terminum formalē: ꝛ non ad substantiā corporis xp̄i. Quod probatur: q: ad illud est conuersio tanq̄ȝ ad terminum formalem qḋ succedit desitioni panis: huic aūt nō succedit substantia corporis xp̄i: sed presentia. Quod probatur: quia substantia corp̄is xp̄i non recipit nouum esse ad desitionem panis: manifestū est q: prefuit. Nec conseruatur in ordine ad desitionē3 panis: quia etiam si non fieret cōuersio: hoc est si panis non desineret: nihilominus substantia corporis christi cōseruaretur in suo esse. Et sic ptz primum qḋ non succedit substantia corporis xp̄i. Scōm etiā ptz: q: corpus xp̄i accipit nouā presentiā ad species panis: qb9 (desinente pane) nūc de nouo est p̄sens: ergo succedit quātū ad presentiā localem. ¶ Secundū dubiū: vtrū panis cōuertatur in solū corpus christi: an etiā in sanguinē: in aiam: vel in deitatē? Et videf ꝙ nō solū in corpus: sed etiā in sanguinē ꝛ aiam: q: ad desitionē3 panis incipit esse sanguis Christi/ ꝛ aīa sub spēb9 panis: ergo cōuertitur in sanguinē3 ꝛ aiam. Tenet ꝯña: quia hęc est desitio panis ꝛ successio sanguinis ꝛ anime xp̄i: ergo cōuersio huius in illa. Tenet ꝯña: q: ista duo importat cōuersio: ꝛ nihil aliud. Oppositū determinat magister distin. xi. vt infra in responsione ad dubiū. ¶ Tertium dubium: qualis

Tertium dubium.

mutatio sit panis desitio: an sit annihilatio: an corruptio? Et videf ꝙ sit annihilatio: q: nihil panis manet: nec materia nec forma: nec prefuit: ergo annihilatur. Oppositū: q: qḋ conuertitur in aliud non annihilatur: substātia panis cōuertif in corp9 xp̄i: ergo M ¶ Quartū dubiū ē ꝯ hoc ꝙ panis cōuertif in corpus xp̄i. Articulus fidei in

Quartum dubium.

vniuersali traditus nō est imitandus ad intellectū specialē: maxime non ad illum qui est difficilior: ꝛ ad quē plura videnf sequi naturali rōni cōtraria ꝛ plura miracula. Sicut enim in naturalibus pluralitas sine necessitate vitāda est: ita ꝛ in supernaturalib9 superfluitas miraculorū. Sed absq3 cōuersione panis pōt saluari tota veritas sacramenti: ꝛ ꝛ caueri miraculorum pluralitas: ꝛ inconuenientia rationi naturali cōtraria: ergo. Consequentia nota ꝛ minor. Prima pars ptz dicendo: ꝙ cū substātia panis manente esset verū corpus xp̄i: q: ad veritatē sacramenti nihil aliud requiritur nisi veritas signi ꝛ signati: substantia panis cū suis accidentibus eque ꝛ magis potest esse signū sicut sola accidentia: q: suba panis cū suis speciebus est nutrimentum ꝛ non sole spēs ideo magis panis significat corpus xp̄i in rōne nutrimēti spūalis. Similiter q: ex multis granis panis cōficitur vn9: significat vnitatē corp̄is veri ꝛ mystici: qḋ nō cōuenit accidētibus: ergo. Signatū etiā: sc3 corp9 xp̄i eque pōt saluari cū substantia panis sicut cū accidentibus solis: q: non magis repugnat sube esse cū substātijs: q̄ȝ cū accidētibus se nō afficiētib9: neq3 accidētib9 cū accidentibus cōtrarijs: sed in sacramento cū accidētibus panis est corpus xp̄i: ꝛ etiā accidentia corporis xp̄i: vt quantitas maior corporis christi: si ponif accidens distinctū a substantia. Itē caliditas corp̄is xp̄i: cū frigiditate hostie: ꝛ sic de alijs accidentibus corp̄is ꝛ panis: quorū multa videntur cōtraria. ¶ Scōa pars minoris patet: sc3 qḋ vitarenf miracula: q: dicēdo ꝙ substantia panis maneret cū corpe christi: nō oportet ponere desitionem materie panis cuius desitio est miraculosa. ¶ Itē caueref ꝙ accidens non esset sine subiecto. Itē vitaref ꝙ fit actio ꝛ passio nullo subiecto presupposito. Itē vitaretur deceptio sensuū. Itē ꝙ fit nutritio sine substātiali nutrimento. Itē vitatur ꝙ materia vel que prefuit: vel que nunq̄ȝ de nouo creatur: vt dum ex sacramento generantur vermes: sine dū corpus ad sumptionē specierum sacramentalium nutritur: ꝛ similia. Maior probatur: q: ex quo fides nobis data est vt sit via ad salute3: ita debet teneri ꝓut est magis idonea ad salutē. Sed ponēdo aliquē talem intellectum supra modum difficilē: ꝛ in plerisq3 rationi naturali ꝛ rationi ac experientie repugnantem: est occasio auertendi omnes philosophos et naturalem rationem sequentes a fide: vel saltēm impediendi eos ne cōuertātur ad fidē: dum dicif eis

talia esse de substãtia fidei: q̃ videtur tã sensui: q̃ intellectui repugnare. Immo videt̃ ꝙ negando substantiã panis: tot occurrũt hic difficilia intellectu: quot i articulo incarnationis. Et mirũ videtur arguit Scotus: ꝙ in vno articulo q̃ nõ est principalis articulus fidei: debeat talis itellect⁹ asseri: propter quẽ pareat cõtẽptui olm sequentiũ rõnem. ¶ Itẽ in sacro veritatis: nulla dz esse falsitas: accidẽtia ista significãt naturaliter substantias quas afficerunt: et si manet ibi illa substantia. significatio eorũ erit falsa. Nec valet dicere ꝙ significant corpus xp̃i qḋ ibi vere continetur: ꝛ hoc ex institutione xp̃i. Et illa significatio est vera: qꝛ significatio naturalis nõ mutat̃ propter significationẽ ad placitũ: ideo nõ obstante institutione xp̃i: manet significatio naturalis: qua significant panẽ: ꝛ ideo eorũ significatio naturalis erit falsa: sed si maneret substãtia panis: vtraqꝫ significatio tã naturalis q̃ ad placitũ esset vera. ¶ R Ad primũ dubium rñdeo p̃mittẽs ꝙ tria cõcurrunt in trãssubstãtiatione panis in corpus xp̃i: due scꝫ mutationes ꝛ vna successio.

Scotus.

Rñsio ad primum dubium.

¶ E Sed quia paucitas eſt ſemper ponenda vbi plura ponēdi nulla eſt neceſſitas: cui tanq̄ principio phyſico vtriq; ſcotus ⁊ ockā frequēter innituntur: nec aliqua neceſſitas cogēs ad ponēdū formas ſubſtātiales in eodē cōpoſito apparet: ideo ſecūda opinio que pluralitatē formaꝝ vitat: ꝓbabilior videtur. Nam omnes rationes quas alij contra hanc opinionē inducunt: tam phyſicas q̄ theologicas ſufficienter ſoluit Grego. de arimi. in. ij. diſti. xvi. q. ij. Inter quas due rationes theologice pōderātur. Una ſi in vno compoſito nō eſſet niſi vna forma ſubſtantialis: tūc nō eſſet idem corpus in genito qḋ fuit in corrupto: nā corrupto hoīe: ſtatim inducitur forma cadaueris: ⁊ illa cū materia manente ꝯſtituit corp⁹. Illud aūt corp⁹ cōpoſitū ex materia ⁊ forma cadaueris: nūq̄ fuit in viuēte tāq̄ pars ei⁹: ⁊ per ꝯñs non eſt idē corpus in genito qḋ fuit in corrupto. Conſequentia nota: ⁊ p̃ma pars antecedētis ꝑʒ: quia corrupta vel ſeparata forma ſpecifica: ſtatim introducitur alia forma ſpecifica. Et ſicut materia nō pōt ſtare nuda naturaliter: ſed ſemꝑ ꝓuata vna forma introducit̃ alia forma. Ita ꝑfectibile a forma ſpecifica ſiue ſit materia ſiue cōpoſitū manēs: dum priuatur vna forma ſpecifica: recipit aliā. Nec pōt ſtare nudū a forma ſpecifica: iō corrupta forma aſini ſtatim introducit̃ in materiā forma cadaueris: illa corrupta: introducitur forma vermis vel pulueris terreſtris: illa corrupta: forma graminis vel alterius mixti: que oēs ſunt ſpecifice. Scḋa pars ꝑʒ: qꝛ illud ſic manēs dicit̃ corpus defuncti hoīs vel aīalis. ¶ Ex hoc aūt ſequūtur duo incōueniētia theologicalia. Unū: ꝙ illud quod iacuit in ſepulchro nūq̄ fuit corp⁹ xp̄i viuentis nec reſurgentis. Scḋm: ꝙ fruſtra venerarentur reliquie ſanctoꝝ: nam oſſa illa venerantur tāq̄ corpora vel partes corpoꝝ olim ſctōꝝ: ⁊ ita rediret hereſis Eluidij: quam ſtudioſe reprobauit beatus Hiero. in ep̄la contra eūdē. S; ſi in his non eſt niſi vna forma: puta cadaueris vel pulueris: illa nūq̄ fuit in ſctis: ⁊ ꝑ ꝯñs nec corp⁹ cōpoſitū ex hac forma ſpecifica ⁊ materia fuit aliq̄ñ pars ſctōꝝ. ¶ F S; rōnes iſte ſeipſas ſoluūt attēta diſtinctione corpis ſuprapoſita. Nam ſi accipit̃ corpus vt eſt ſpēs ſubſtantie certū eſt ꝙ nō manet idē corpus in genito qḋ fuit in corrupto: etiā ſm eos. Sic eñ corp⁹ corrūpit̃: ⁊ ſimplr nō manet: qꝛ ſic corp⁹ nō eſt ſuba partialis: ſed totalis. Si accipit̃ ſcḋo mō: vt eſt de quātitate: nihil ad ꝓpoſitū: qꝛ cōuerſio nō fit in quātitatē. Si tertio mō pro ꝑfectibili per formā ſpecificā: illud nō cōſtituit̃ ex materia ⁊ forma cadaueris ſed eſt ſubiectū forme cadaueris idē in gēito qḋ fuit in corrupto. Et iō ita eſt ꝯ arguētes ſicut cōtra opi. ſcḋam: nā certū eſt ꝙ viuēs corrūpit̃ in cadauer. Certū etiā eſt ꝙ oſſa illa que dicūt̃ reliq̄e ſctōꝝ: ſunt res q̄dā totales ꝑ ſe in gn̄e ⁊ in certa ſpē: ⁊ ita hn̄t formas ſpecificas q̄ nūq̄ fuerunt ꝑtes ſctōꝝ. Nā defuncto bea. Hiero. ſctm cadauer ſuū (Sic eñ volat Euſe. ⁊ Cirillus ei⁹ diſcipuli ⁊ ꝯtēporanei) nūq̄ fuit ꝑs btī Hiero. viuētis: ſ; materia cadaueris: ſiue ſubiectū forme cadaueris q̄dcūq; fuerit. Ueneramur aūt ſctōꝝ reliq̄as: nō qꝛ totū illud qḋ ſenſib⁹ ſubijcit̃: fuit pars ſctōꝝ: ſ; qꝛ materia vel ſuba forme reliq̄aꝝ vere ⁊ eadē nūero fuerūt in ſctis: ⁊ iteꝝ reunient̃ in reſurrectione aīab⁹ ſctōꝝ ꝑcipes gl̃ie corporis. De corpe xp̄i patebit. ſ. ¶ Ad ꝓpoſitū ſ; hāc opi. tenētē: ꝙ in eodē cōpoſito ſubali nō eſt niſi vna forma ſubalis: dr̄ ꝙ in hūanitate xp̄i nihil ē niſi materia ⁊ aīa intellectiua tāq̄ ꝑtes ei⁹ eſſentiales: ex q̄b⁹ cōponit̃. ¶ G Qḋ autē ſit corpus illud in qḋ cōuertit̃ ſuba panis: ſunt diuerſe rn̄ſiones. Btūs tho. iij. par. q. lxxv. ar. vi. ponit ꝙ corpus illud in qḋ cōuertit̃ panis: ē aliqḋ cōpoſitū ex materia ⁊ aīa intellectiua: nō vt intellectiua ē: nec vt cōſtituit cōpoſitū qḋ eſt hō: ſ; vt dat eſſe corporeū: ⁊ ꝯſtituit cōpoſitū: qḋ eſt corpus. Sed hoc ſuſtineri nō pōt: qꝛ cōuertit̃ in illō corpus qḋ fuit idē in ſepulchro ⁊ in cena vel cruce: ſed illud nō includit aīam: cū aīa xp̄i non fuit in ſepulchro.

Btūsthō.

¶ Egidi⁹ dixit theoremate. xxviij. ꝙ corpus illud in qḋ ꝯuertit̃ ſuba panis: eſt materia: non abſolute ⁊ ſm ſe: qꝛ in hoc errauerunt omnes ph̄i antiqui: dicētes materiā eſſe corp⁹: vt dicit theoremate. xx. ſed organizata: ſcꝫ materia hn̄s quēdam modū quātitatiuū: propter quē ipſa pōt nominari corp⁹: ſic enim dicit ph̄s ꝙ anima eſt actus corpis. ſ. materia hn̄tis partes ſeu modum quēdam quātitatiuū: non tñ includendo quātitatem: quia illa non eſt de eſſentia hominis. Ille tamē modus dicit. non eſt q̄dā accidēs ſuꝑadditū materie eſſentie: ſ; eſt derelictus in materia ex adiacētia quātitatis: ⁊ eſt realiter ipſamet materia ſubſtās certis dimēſionibus ſiue quātitati: quia vt ſic cenſet̃ hr̄e ꝑtes etiā diſtinctas a ꝑtib⁹ quātitatis. Et ꝓpter hoc etiā materia vt ſub tali mō hꝫ eē pōt dici q̄dda; totū: ſiue q̄ddā cōpoſitū: vt declarat theo. xxix. vt ita vere poſſit dici totus panis cōuertitur in totū corp⁹. Et ſm hoc pōt ēē idē fuiſſe corp⁹ xp̄i viuū ⁊ mortuū: nō ſolū rōne materie ſ; rōne illi⁹ termini: modi exiſtēdi ſub quātitate: vt declarat theo. xlvj. Iō āt negat quātitatē eē ꝑ ſe termīo ꝯuerſiōis: qꝛ tūc nō eēt trāſſubſtātiatio ſi req̄reret ꝑ ſe termīo aliqḋ accidēs: ēt tūc ibi eēt quātitas ꝓmo: qḋ ipſe negat ⁊ alij cōiter. ¶ Iſta opinio ⁊ ſi bñ poſſet itelligi: tñ mod⁹ loq̄ndi vr̃ im-

Egidius.

plicare. Non eñ simul stant φ modus ille quã-
titatiuus sit idem materie realiter: ⁊ non sit de-
relictus a quãtitate: quia materia nõ derelinq-
tur: nec causatur a quãtitate. Similiter non stat
φ modus ille adueniat materie ex adiacẽtia for-
marum ceterarum: vt ipse frequenter dicit: ⁊ φ
sit idem materie: q2 idẽ non cõuenit sibi ipsi. Itẽ
si est idem materie: quõ materia põt dici ex ipso
quoddã cõpositum: ¶ Has opiniones cũ opi-
ni. Henrici de gãdauo tenẽtis in homine duas
esse formas substantiales: late recitat Sco. cum
suis motiuis: ⁊ latius nititur improbare: cuius
tñ rõnes sufficienter soluit Grego. vbi supra in
quãtum procedunt contra vnitatem forme sub
stantialis in composito. ¶ H Potest ergo dici
sustinẽdo vnã tñ formã substãtialem esse in ho
mine que est anima intellectiua: φ panis cõuer
titur in materiam primã humanitatis xp̃i: tãq̃
in terminũ primum per se ⁊ formalem cõuersio-
nis facte vi consecrationis. Que materia est cor-
pus: vt dicit alteram partem compositi substan
tialis: que cum forma constituit totum. Et hec
materia siue corpus est alia numero a materia
panis: hec etiam est eadem numero in xp̃o viuẽ
te ⁊ mortuo. Ipsa etiã materia iacuit nuda in se
pulcro. Nuda dico a forma substantiali: nõ nu-
da a formis accidẽtalib⁹. Non tñ conuertit̃ pa-
nis primo in aggregatũ ex materia ⁊ accidẽtib⁹
sibi inherẽtibus: quia accidentia illa variabilia
sunt: nec semper manent eadẽ in eodeꝫ subiecto
idest materia xp̃i: quia alia accidẽtia puta pal-
lor vel nigredo: frigus: rigor ⁊c. fuere tã in corpo
re xp̃i mortuo: q̃ȝ in viuo. Terminus autẽ per se
huius cõuersionis semꝑ est idẽ vt. 8. dictum est.
Hoc ideo dicere φ forma cadaueris successit aie
intellectiue l xp̃o moriẽte: qd̃ de aliis fctis nemi
nẽ negare puto: nõ sic l xp̃o: de quo ꝓpha in ps.
Nõ dabis sctm̃ tuũ videre corruptionẽ: vt alle-

Actuũ. ij.

gat btũs Petr⁹: atq3 exponẽs ait. Prouidẽs ꝓ-
pheta locut⁹ est de resurrectione xp̃i: q2 neq3 de-
relict⁹ est in inferno: nec caro ei⁹ vidit corruptio
nẽ. Sctm̃ tuũ. gl. corp⁹ sctificatũ. Per hoc ꝓbat
hũane fragilitatis expertẽ: ⁊ suggressuꝫ esse hu-
manã cõditionẽ. Hec gl. Videret aũt corruptio
nẽ cõi lege fragilitatis hũane: si sepata ala: ac in
infernũ descẽdẽte: corp⁹ in sepulchro formã su-
sciperet cadaueris. Si ergo forma cadaueris nõ
successit: nec alia forma specifica: qd̃ hoꝝ magis
obuiat physicis ꝓncipus: materiã stare nudam
an ipsam stare sine forma specifica vtrũq3 nega-
ret ph̃s: q̃ ponit ad corruptionẽ vni⁹ sequi gñā-
tionẽ alteri⁹. Vtrũq3 fieri per deũ cõcedere ha-
bet catholic⁹ eo φ neutꝝ implicat ꝯtradictionẽ.
¶ I Sivo q̃s dicere nõ refugeret: sepata aia xp̃i
aliã formaꝫ succedere in materia: nolet vt libet.
Iã manifestũ est φ corpus cõpositũ ex materia
⁊ illa forma succedẽte: qd̃ iacuit in sepulchro: nũ
q̃ȝ fuit in xp̃o neq3 pars hũanitatis xp̃i. Nõ er-
go i hoc corp⁹ cõuertit̃ panis: q2 corp⁹ in qd̃ con
uertit̃: idẽ q̃n in sepulchro ⁊ in viuẽte xp̃o: vt pleris-
q3 autoritatib⁹ sctõꝝ patrũ ꝓbat̃. Unde Ambr.

Ambro.

vt habet̃ de ꝯse. dist. ij. ola queeũq3. Ideꝫ inquit
corpus qd̃ de virgine sumptũ est qd̃ passum est ⁊
sepultũ: ⁊ resurrexit ⁊ in celũ ascendit. loq̃tur de
corpore in qd̃ ꝯuertit̃ panis in eucharistia. Iteꝫ

Leo.

leo in ser. de ascẽ. Nõ dubia fide: sed certissima
sciẽtia tenem⁹: eã naturã in pr̃is cõscẽsurã thro

Augustin⁹

no: q̃ iacuerat in sepulchro. Item Aug. in de fide
ad pe. Idẽ hõ in vtero m̃ris ⁊ pepẽdit in cruce: ⁊
iacuit in sepulchro: ⁊ resurrexit. Sed nõ põt illa
idẽtitas intelligi nisi rõne ptis q̃ est corp⁹. Ideꝫ
in epl̃a ad Felicianũ. Illã carnẽ in sepulchro nõ

deseruit quã in vtero formauit. Itẽ grego. super

Gregorius

illud Ioã. xxi. Maria stabat ⁊c. Qd̃ moriẽdo in
sepulchro posuit: surgendo sup angelos leuauit
Item super illud Ione. glo. Tu subleuãs de cor-
ruptione: idipm corp⁹: ⁊ eandẽ carnẽ resurgere
qd̃ in humo conditũ fuerat. Multa ad idẽ. 8. al
legata fuerãt. Et per hec patet solutio rationuꝫ
supra. ¶ R Sed di. nõ solũ est idẽ corpus: sed et
eadẽ caro: vt dicũt q̃dã auctoritates. Et ps. xv.

Actuũ. ij.

Caro mea requiescit in spe. ⁊ Act. ij. Nec caro ei⁹
vidit corruptionẽ ⁊ eadẽ rõne ei⁹ ossa. Materia
aũt nõ põt dici caro: neq3 os: cũ illa nõ sũt eius-
dem rõnis. Materia aũt est eiusdẽ rõnis in om
nibus organis. Rñdet̃: caro ⁊ ossa sunt termini
cõnotatiui: ⁊ accipiunt̃ dupl̃r. Uno mõ vt sup-

Caro ⁊ ossa termini sũt cõnotatiui ⁊ capiunt̃ dupliciter.

ponũt ꝓ corpe de suba. i. ꝓ cõposito ex materia
⁊ forma specifica ꝯnotãdo accidẽtalẽ dispositio
nẽ ⁊ sic panis nõ ꝯuertit̃ in carnẽ: vt supra dictũ
quia nõ in corp⁹ vt est spẽs sube. Nec sic est ea-
dem caro viui ⁊ mortui: nec eiusdẽ rationis est
in hole ⁊ pecore. Alio mõ accipit̃ vt supponit ꝓ
corpore tertio modo accepto. i. altera parte cõ-
positi q̃ est materia: ꝯnotãdo certas dispositio-
nes accidẽtales: ⁊ sic est eadẽ caro in viuo ⁊ mor
tuo. Etiã caro ⁊ ossa sunt eiusdem ratiõis essen
tialis: sed nõ accidẽtalis: sicut homo albus ⁊ ca
lidus. Sunt etiã eiusdẽ rõnis in hole ⁊ pecore.
Nec seq̃tur: sunt eiusdẽ rationis: ergo caro est
os ꝓpter defectũ ꝯnotati: sicut hõ iust⁹ ⁊ iniust⁹
sunt eiusdẽ rõnis essentialis. Nec tñ ꝓpter hoc
iustus est ⁊ iniustus. Et tãtũ de hac materia: in
qua eligat quis qd̃ placet: seclusa temeritate ⁊
pertinacia: stante semper humili subiectiõe in-
tellectus proprij determinationi ecclesie: ⁊ fidei
orthodoxe. ¶ L Adhuc restat videre an cõuer-

Dubium Rñsio ad dubium Innocẽ. i.

sio illa fiat in tpe vel in instanti. Ad qd̃ est vna
responsio doctoruꝫ omniũ: quia dicit Alexã. iiij.
par. q. xxxviij. mẽ. vi. Totus panis in totũ corp⁹
cõuertitur indistincte: ita φ nõ vna pars substã
tie panis in vnã partẽ corporis xp̃i: alia in aliaꝫ
prout determinatum est ab Inno. iij. sic dicente.
Utrũ ptes in ptes: aut totũ in totum: aut totale
transeat in totale: nouit ille q̃ facit: ego qd̃ resi-
duum est igne cõburo. Si tñ querẽtis instarum-
probitas: ego salua fide concesserim: φ totalis
panis in totale corp⁹ cõuertit̃: ita vt nulla pars
panis transit in aliquã partẽ corpis. ¶ Et hoc
satis patet ex ꝓmissis: nam cũ cõuersio nõ dicit
aliud nisi desitionẽ panis ⁊ successionẽ corporis
desinit aũt totus panis: in se ⁊ quodlibet sui: ⁊
succedit totũ corpus xp̃i. Manifestũ est φ totũ
cõuertitur in totũ: ⁊ ita fit corpus xp̃i totum si-
mul p̃ns speciebus panis: ⁊ nõ pars post partẽ:
et ita nõ successiue: ⁊ per consequens instãtanee
idest totũ simul. Nõ eñ põt esse successio ex par
te termini qui totus simul introducitur: ⁊ non
pars post partem. Nec ex parte subiecti succes-
siue ad forme receptionem dispositi: q2 nullũ est
hic subiectum: cum totũ trãseat in totũ. Nec ex
parte agentis limitati: quia agens est infinitũ:
⁊ ꝓpter idẽ nulla põt esse resistentia. Dicit̃ ergo
φ in fine ꝓlationis verborũ incipit esse corpus
christi sub speciebus panis ⁊ desinit esse panis.
¶ Et si diceres: lꝫ virtus diuina conuertens sit
infinita: tñ operatur ad ꝓlationẽ verboꝝ sacramẽ
taliũ: que non põt esse subita. ¶ Ad illud respõ-

Alexan.

det Alexan. licet virtus diuina operetur ad ver-
bi ꝓlationẽ: nõ tamen fm prolationẽ successio-
nis: operatur enim virtus diuina non nisi ꝓla-
tis verbis: sed non durante verborum prolatio
ne. Operatur autem in fine prolationis et non
ante: q2 ita placitũ est sue oĩpotenti voluntati.

Sed forte

¶ M Sed forte quis replicet: signo instans vl-
timū esse panis: et similiter primum instans corporis
xp̄i sub speciebus panis: vel sunt vnum instans
vel diuersa. Si primum: ergo simul sunt corpus
xp̄i et panis contra prius dicta. Si diuersa: et cū
instantia nō possunt esse immediata cadit tp̄s
medium: pro quo vt videtur: introducitur corp⁹
xp̄i: et ita successiue. Solutio: pānis desinit simul
cum verborum prolatione: ita q̄ idem est instās
desitionis plationis verboꝝ et desitionis panis
Cū autem prolatio verborū est successiua: et res
successiua desinit per primū nō esse: et nō per vl-
timum esse: alioquin daretur vltima pars conti
nui que necessario foret indiuisibilis: ideo non
datur vltimū esse panis: sicut nō datur vltimū
instans plationis: sed datur primū nō esse plato
nis simul et panis: et illud est primū esse corporis
xp̄i sub specieb⁹ panis. Et per hoc ptz solutio re
plice: nō admittēdo qd̄ assumitur: signo vltimū
esse panis: illud enī non est signabile: q: desinit
non per vltimū esse: sed per primum nō esse. Et
huic satis cōcordat sententia aliter Alexā. de ales
par. iiij. q. xxxvij. mē. vij. vbi ait. Sumere est in-
stans in quo est corpus xp̄i primo et illud est ter-
minus hui⁹ mutationis que est trāssubstantia-
tio. Sed q: in tp̄e nō cōtinuant̄ adinuicē instā-
tia: sed inter quelibet est tp̄s mediū: nō est sume
re instās p̄ximū ante instans vltimum trāssub-
stantiationis: in quo instanti primo aū vltimū
est panis: q: et si sit sumere instās indiuisibile vl-
timū in cōtinuo: nō tñ penultimū. Unde nō est
sumere instans in quo vltimo est panis: instans
enī instanti nō pōt cōtinuari: sed tempus instā-
ti. Unde totū illud tempus in quo est panis: cō-
tinuatur illi instanti in quo primo est corp⁹ xp̄i.
Hec ille. Hoc ergo instans in quo primo est cor
pus xp̄i: est primū nō esse panis: et terminat tp̄s
prolatiōis verboꝝ. Tātū de illo. Et per cōsequēs
de his que respiciūt corpus xp̄i fm̄ cōsideratio-
nem predicamēti substantie: scʒ de veritate cor-
poris xp̄i in sacramento. Qua mutatione inci-
pit ibi esse. Quid inquit cōuertit̄. Que substan-
tia maneat. Que desinat: et an desinēs annihilet̄
An cōuersio instātanee: an in tp̄e p̄ficiat̄. ¶ N

Questio.

Pro cōplemento tñ et clariore ac specialiore de-
cisione eoꝝ q̄ respiciūt substātiā eucharistie: fm̄
diuisionē. s. lectiōe. xxxviij. factā. Ad huc viden-
dū an tot⁹ xp̄s fiat p̄ñs altaris sacramēto ad le-

Rñsio ad q̄stionem.

gitimā cōsecratiue forme plationē? ¶ Pro cui⁹
solutiōe duo p̄mitto p̄ambula. Primū: q̄ nomē
xp̄s noiat suppositū verbi diuinū subsistēs i dua-
bus naturis: diuina scʒ et humana. vñ Damas.

Damas.

li. iij. Hoc nomē xp̄s p̄sone dicim⁹: nō monotro
pos. i. vno mō dictū: sʒ duaꝝ naturaꝝ ee significa-
tiuū: scʒ diuinitatis et humanitatis. Et Aug.
cōtra maximū. Christ⁹ vna p̄sona est gemine sub
stātie. Ex illo ptz q̄ lʒ sint tria supposita diuina

Augustin⁹

scʒ pr̄ et fili⁹ et spūsctūs: q: tñ sol⁹ fili⁹ subsistit in
natura hūana: q: sol⁹ ip̄e incarnat⁹ est: xp̄s sup
ponit p̄ solo filio nō p̄ p̄re nec spūsctō. Suppo-
nit enī p̄ p̄sona diuina: cōnotādo humana na-
turā hypostatice sibi vnitaʒ: vñ dimissa natura
hūana: verbū nō eēt xp̄s p̄prie loquēdo. Defice-
ret enī cōnotatū: quo deficiēte: deficit et supposi
tio fm̄ logicos. Sicut deus dñs est: tñ deficiēte
creatura nō esset dñs: eo q̄ nō deficeret cōnota
tū hui⁹ termini dñs: cōnotat enī fm̄ū. Nō existē
te aūt creatura: nō est fm̄⁹ cui dñs dñaret̄: et ita
nō esset dñs: vt vult btūs Aug. v. de trini. c. xvj. et
allegat magi. di. xxx. primi. ¶ Ex illo ptz q̄ verbuʒ
nō semꝑ fuit xp̄s: q: nō ante assumptionem hu-
manitatis. Nec obstat illud apl̄i. Christ⁹ Iesus
heri et hodie: ip̄e et in secula. Quia simpliciter ve
rum est fm̄ rigorem logice: xp̄s fuit heri et hodie
et ab eterno: q̄uis verbum non fuit xp̄s ab eter-
no. Suppositū enī illud qd̄ est xp̄s: fuit ab eter-
no: q̄uis nō ab eterno vnitā habuit sibi naturā
humanam. ¶ Scd̄o sequit̄ q̄ p̄prie loquendo: et
de rigore verboꝝ in triduo mortis xp̄i verbū nō
fuit xp̄s. Patet quia in illo triduo nō habuit si-
bi humanitatē vnitam: quia nō fuit humanitas
xp̄i in illo triduo: sʒ fuit corpus et aīa vtrūqʒ dei
tati vnitum: q: tñ aīa fuit separata a corpore nō
fuit ibi humanitas: nam hūanitas cōposita est
ex vtroqʒ: vt dicit Hiero. et allegatum est supra.
¶ O Ex quo sequitur tertio q̄ si aliqua predica
ta xp̄o attributa sunt pro triduo ratione hūani
tatis: q̄ tales orationes sunt tropice et figurati-
ue: hoc est non sunt vere de virtute sermonis: sʒ
admittunt̄ per figuram: vt illa Aug. super Ioā-
nē. Quia non est derelictus in inferno? Christ⁹:
sed in aīa sola. Quis iacuit in sepulchro? Christ⁹
sed in corpore solo: quia in his singulis xp̄s est.
In his singulis xp̄ʒ confitemur. Et illa Ambro.

Ambrosi⁹.

in lib. de spūsancto. Christus pependit in ligno:
xp̄s iacuit in sepulchro. Et illa symboli. Christ⁹
est sepultus: xp̄us descendit ad inferna. Hec in-
quā et similes fm̄ prefatum modum loquēdi per
synodochē cōceduntur: quia diuinū suppositū
māsit vnitū corpori xp̄i: et similiter anime in tri-
duo: vt dictum est: que fuerunt partes humani-
tatis eius: ratione quarū partium toti xp̄o pre-
dicta predicata lattribuunt̄. fm̄ hunc ergo intel
lectum conceditur: xp̄s iacuit in sepulchro. i. cor
pus humanitatis christi: cui mansit vnitū verbi
suppositum iacuit in sepulchro. Et illa xp̄us de-
scendit ad inferna ad hunc intellectum cōcedit̄
anima xp̄i diuinitati vnita descēdit ad inferna.
¶ Notādū tñ de illis. Christ⁹ descēdit ad infer-
na: xp̄s iacuit in sepulchro: q̄ fm̄ rigorem logice
vere sunt. Nō aūt ille. Ad inferna descēdit xp̄s:
in sepulchro iacuit xp̄s: quaꝝ differētia pʒ ex lo-
gica: q: aliter appellāt termini cōnotatiui positi
a parte eiusdē extremi: aliter dū ponunt̄ a parte
diuersoꝝ. Ueꝝ nonnulli gñalius de nomine xp̄i
loquunt̄ dicētes: ip̄m supponere pro diuino sup
posito: cōnotādo ip̄m subsistere in natura capa
ci assumptiōis suppositalis: siue sit totalis siue
partialis. Et hi admittūt p̄fatas locutiōes pro-
prie: nō per figurā: tñ per idiomatū cōicationē.
¶ P Sed nō stādo in ista diuersitate: videam⁹
an xp̄s fm̄ totā diuinitatē et fm̄ totā humanita-
tem sit in hoc sacro In vtraqʒ enī natura est re-
perire quādā totalitatē. In diuina q̄ est fʒ inclu
sionē oīm triū p̄sonarū: sic enī xp̄m fm̄ totā dei-
tatem esse in hoc sacro est xp̄m esse cum patre et
spūsctō. In hūana vero natura est reperire du-
plicē totalitatē: vnā fm̄ partes essentiales aliaʒ
fm̄ partes integrales. Et sic xp̄ʒ esse in sacramē
to fm̄ totā naturā humanā: est xp̄m esse in sacra
mento fm̄ corpus et aīam: et fm̄ oēs p̄tes integra
les caput: pedes et sic de aliis. Scd̄o supponitur
ex supradictis q̄ aliqd̄ dr̄ esse in sacramento du
pliciter: vel ex vi cōsecratiōis vel cōuersiōis: qd̄

Dupliciter aliqd̄ dr̄ eē in sacro p̄positio pri-
ma.

scʒ est termin⁹ per se cōuersiōis: et primo intēt⁹.
Scd̄o mō p̄ quādā cōcomitātiā: q: cōiūctū ei qd̄
primo mō est p̄ñs. ¶ His p̄missis ponunt̄. v. p̄po
sitiones. Prima: xp̄s deus et homo fm̄ diuinam
naturā pariter et humanā presens est venerabi-
lis eucharistie sacramēto. Hec veritas satis de
ducta est ex autoritatib⁹ canonis et sctōꝝ lectō.
xxxix. et possunt alique breuiter commemorari.

De summa trinita. ⁊ fi. catho. c. i. Idem ipse sacerdos ⁊ sacrificium iesus xp̄s. Jesus autē xp̄s deus ⁊ homo est subsistens in natura diuina et humana. Et concordat beat⁹ Hiero. de conse. di. ij. Nec moyses: Nec inquit moyses dedit vobis panem verū: sed dn̄s iesus ipse cōuiuium et cōuiua: ipse comedēs ⁊ qui comeditur. Itē illud est sub sacramento qđ mādncaꝛ ⁊ sumitur sumpto sacramento. Hoc autem est xp̄s. Aug. de cōse. dist. ij. qui manducat. Mādncatur xp̄s: viuit manducat⁹ quia surrexit occisus. Itē Hierony. eadem dist. singuli. Singuli inquit totum accipiunt xp̄m dn̄m. Itē Ambro. lib. de offi. eadem dist. ante benedictionē. In hoc sacramento xp̄s est. Ad idem plures adduci pn̄t que habent eadem dist. ⁊ iiij. sentētiaꝝ. cōcordant oēs docto. Inno. Hugo. ⁊ ceteri. Qꝛ ergo ibi est xp̄s: ⁊ xp̄s dꝛ vtrāq; naturā diuinā ⁊ hūanā: sequiꝛ ꝙ ibi sit vtraq; natura. ¶ Q Scđa propositio. Sub hostia cōsecrata cōcomitāter est ipsa diuinitas et dei filius. Nō tamē ibi sic est pater ⁊ spūſſctūs. Pria pars ptʒ: quia diuina natura vnita est corpori xp̄i: nec ipm̄ vnq̄ dereliquit: qđ corpus est ibi per se vi consecrationis: vt dictum est. Qđ autem diuinitas nō dereliquit corpus: ptʒ per beatū Aug. super Ioā. Mors ad temp⁹ animā ⁊ carnē separauit: sʒ neutrū a v̄bo dei. Itē Dam. lib. iij. sen. Christ⁹ qđ semel assumpsit nūq̄ dimisit. qđ intelligi oportet quātū ad partes essentiales: qꝛ in triduo dimisit humanitatē: q̄ in triduo nō fuit: sed non partes: qꝛ nec corpus: nec alam. Cū ergo diuinitas ⁊ v̄bū (qđ est filius dei) nō sit ibi ex vi cōuersiōis: nec in ipm̄ panis cōuertiꝛ: vt. s. dictū est. Est aūt cōiūcta corpori assumpto qđ nō dereliquit: sequiꝛ ꝙ sit ibi per cōcomitantiā. Scđa pars ꝓpositiōis ptʒ. s. ꝙ nō sit sub hostia pater ⁊ spūſſctūs sic cōcomitāter sicut deitas ⁊ filius. Sūt qui dē sub sacr̄o pr̄ ⁊ spūſſctūs qui ꝓpter immēsitatē diuine nature sunt vbiq;: etiā ꝓpter idētitatē essentie nō pn̄t separi a filio vt fili⁹ sit alicubi ⁊ nō ibi sit pr̄ ⁊ nō spūſſctūs: qꝛ quelibet harꝝ ꝑsonaꝝ est in alia ꝑ circūcessionē: ⁊ simplr̄ inseparabiles sunt: vn̄ dixit xp̄s philippo. Ego in pr̄e ⁊ pr̄ in me est. Nō aūt sunt in sacramēto eo mō ꝑ cōcomitātiā sicut essentia ⁊ filius: nā essentia ⁊ fili⁹ sunt ibi ꝑ cōcomitātiam qꝛ vniti hypostatice corpi assumpto: sʒ nec pater nec spūſſctūs assumpsit hūanā naturā ⁊ ita nec partes ei⁹. Nō em̄ pater factus est hō: nec spūssanctus incarnat⁹ est: vt ꝓbat magr̄ dist. i. tertij ⁊ distin. xvi. primi lib. sen. ¶ R Utrū aūt debeat cōcedi simplr̄: ꝙ ibi sit pater ⁊ spūſſctūs per cōcomitantiā lʒ nō sicut v̄buʒ: videtur mihi salua semper saniore sententia ꝙ vis est in nomine: qꝛ de re cōstat. Cōstat quidē ꝙ ibi est pater ⁊ spūssanctus duplici rōne. Primo quia sunt deus: et per ꝯn̄s vbiq;. Scđo qꝛ sunt cōsubstātiales verbo: ergo sunt vbi verbū: ita ꝙ si per impossibile nō essent vbiq;: nihilominus essent in sacr̄o in quo est verbū: ꝓpter consubstātialitatem verbi. Constat etiam ꝙ ibi est verbū per assumptionē corporis quo mō nō est ibi pater ⁊ spūssanctus. ¶ Posset igitur dici ꝙ aliq̄d dꝛ esse in sacr̄o per cōcomitantiā dupliciter: immediate ⁊ mediate. Primo modo dꝛ esse ibi qđ est vnitū siue coniūctum ei qđ est ibi per se ⁊ ꝑmo: nō ꝑ aliud. i. non ꝓpter hoc ꝙ est coniūctū alicui cōiūcto ei qđ est ibi pr̄io ⁊ ꝑ se. Sic est ala sub speciēb⁹ panis: qꝛ immediate cōiūcta est corpori. Scđo mō qđ est ibi ꝓpter ꝯiūctionē ei⁹ cū cōiūcto illi qđ est ibi per se primo: sic accidētia ale: gr̄a: charitas: ale xp̄i sunt in sacr̄o: nō quia vnita sunt corpi quod est ibi primo ⁊ per se: sed quia vnita sunt anime que coniuncta est corpori. Per hoc posset dici ꝙ verbum est in sacramento per cōcomitantiam primo modo immediate quia vnitum immediate corpori. Nō em̄ est vnitū per animā: alioquin in triduo non fuisset vnitū corpori: ala tunc separata: qđ ptʒ falsum. Pater aūt ⁊ fili⁹ sunt ibi: quia vniti ⁊ cōsubstātiales v̄bo: qđ est immediate vnitū corpori: ⁊ sic nō sunt ibi per cōcomitātiam ꝑmo mō imediate: sed scđo mō. ¶ S Tertia ꝓpositio q̄ respicit hūanitatē xp̄i: q̄ attēdiꝛ penes ꝑtes essentiales eiusdē: est illa. Corp⁹ xp̄i est sub speciēb⁹ facta cōsecratiōe primo ⁊ per se Ala v̄o est ibi per cōcomitātiā imediate. Prima pars ꝓbata est. s. Scđa ꝓbaꝛ: qꝛ tale est corpus xp̄i in sacr̄o quale est in sua naturali existentia. In naturali aūt existentia est viuū: ⁊ nō mortuū qꝛ xp̄s resurgēs ex mortuis iā nō moriꝛ. Nō viuit aūt nisi per alam: ergo nō est sine ala. Quod aūt sit ibi per cōcomitantiā ptʒ: qꝛ nisi esset coniūcta corpi nō eēt ibi: vn̄ in triduo fuisset corp⁹ in sacr̄o sine ala: vt frequēter dictū ē. Quod etiā immediate: ptʒ: qꝛ ala imediate cōiūgiꝛ corpori ipsiq; inheret: ⁊ ipʒ viuificat: nō ꝑ aliqđ mediuʒ cui pri⁹ inherebat. Et sicut dictū ē de ala: ita dicēdū est de ꝓcioso xp̄i sanguine: ꝙ etiā est in corpore ⁊ sacr̄o ꝑ ꝯcomitātiā imediate. Nō em̄ pōt corp⁹ hūanū viuere naturalr̄ sine sanguine. Et est imediate ꝯiūctū corpi nō ꝑ aliđ cui sit essentiali⁹ ꝯiūctū. ¶ Quarta ꝓpō respiciēs ꝑtes integrales. Oēs ꝑtes integrales corporis xp̄i: caput pect⁹ manꝰ pedes ⁊ cetere ꝑtes integrales ꝑ se ⁊ ꝑmo hn̄t p̄ntiā ad spēs sacr̄ales. Probaꝛ: qꝛ per se ⁊ ꝑmo est ibi corp⁹. Cū aūt corpus nihil est: q̄ sue ꝑtes simul sumpte: ergo ꝓpositū maxime qꝛ xp̄i corp⁹ nūq̄ fuit mōstruosuʒ aut īꝑfectū: ergo semꝑ habuit oēs ꝑtes ad corporis ꝑfectionē requisitas. Erat em̄ speciosus forma p̄ filys hoim̄ s̄m ꝓphetā. ¶ Sʒ est caute considerādū ꝙ noia partiū intergraliū q̄n q; dicūt ꝑtes toti⁹ cōpositi etiā ex materia ⁊ forma specifica cōpositas: et sic caput nō est tm̄ materia vel forma corporeitatis s̄m sic opināntes: sʒ est cōpositū ex materia ⁊ ala viuēte sic disposita ⁊ qualificata. Alio mō dicūt tm̄ materiā subtractiue: ⁊ nō formā specificā cōnotādo certā formā ⁊ qualificationē: quo mō etiā in corpore mortuo dicim⁹ esse caput et mēbra: ⁊ sic pōt etiā distingui de carne ⁊ ossib⁹. Et per hoc pn̄t cōcordare doc. quoꝝ aliq̄ dicunt ꝙ caput carnes ⁊ ossa nō sunt eadē i viuo ⁊ mortuo. Nec noia hec vniuoce īportāt ꝑtes illas in corpe viuo ⁊ mortuo sʒ eq̄uoce: sicut hō significat viuū holem ⁊ mortuū. Alij oppositū asserūt Prima opinio vera est s̄m primā acceptionem: scđa s̄m scđam acceptionem illorū noim̄ caput manus ⁊c. In ꝓpositione aūt nr̄a accipi debent scđo mō ⁊ nō ꝑmo mō: qꝛ primo mō accipiendo sunt ibi partim per se ⁊ ꝑmo quātū ad materiā: ⁊ partim per cōcomitantiā quoad formaʒ. ¶ T Ex his colligitur ꝙ quatuor pertinentia ad perfectā corporis xp̄i cōsistentiā: sunt in sacramēto venerabili. Primū: corpus christi gloriosuʒ: s̄m preciosus eius sanguis: tertium benedicta eius anima: quartū diuinitas excellentissima. Corp⁹ ex vi cōuersionis sine per se pr̄io cetera tria per concomitantiam quodam ordine s̄m Franciscū maronis s̄m quē habent esse in xp̄o in existētia naturali. Nam sanguis est ibi ex cōcomitantia immediata: quia pertinet immediate ad dispositionē corporis vt sit susceptiuū ale: q̄ nō viuificat

Hiero.

Augustin⁹

Ambrosi⁹.

Scđa propositio.

Augustin⁹

Damas.

Jo. xiiij.

Dubium.

Aliq̄d dꝛ eē i sacr̄o per cōcomitantiam duplr̄

Tertia propositio.

Rom. vi.

Quarta ꝓpositio.

Noia ptiū integraliuʒ q̄d dicant.

Quatuor ptinētia ad ꝑfectaʒ corporis xp̄i cōsistētiaʒ sunt in hoc sacramēto

cat corpus sine sanguine. Secūdo est ibi aīa ex cōcomitantia mediata: q2 presupponit sanguinem in corpore: sine quo corpus non viuificat. Tertio est ibi deitas ex cōcomitantia remota. que q̄uis immediate sit vnita corpori: ꝛ etiā mansit vnita corpori: anima ꝛ sanguine separatis: in triduo scilꝫ tamen in incarnatione facta est vnio ad totū hominē primo: ꝛ ex consequenti ad partes humanitatis: ꝛ ideo quasi remota ꝛ vltima concomitantia dī esse sub sacro. Ex quo patet ꝙ alr loquitur ille doc. de medio: q̄. ē. dictum est. Loquit̄ em̄ hic de medio quasi disponente: vt mediate dicat̄ vniri vel ꝯiungi: qḋ requirit aliqḋ mediū quasi disponens aliud ad sui cōiunctionem: nō ꝙ illo medio vniat̄: et sic aīa mediante sanguine vnitur corpori: q2 non vnit̄ corpori sine sanguine disponente corpus: nō aūt vnit̄ sanguini. Supra aūt dictum est de medio suscipiēte vnionem. i. de medio quo prius vnit̄ alicui: ꝛ propter hoc ꝙ vnitum est illi ꝛ illḋ alteri: vnit̄ etiā illi alteri. Et sic nec sanguis nec aīa: nec deitas mediate vnitur corpori: sꝫ singulū hoꝝ imediate vnitur corpori. Et ſm hoc q̄dam sunt ibi p̄ ꝯcomitantiā ad corpus xp̄i: q̄daꝫ per ꝯcomitātiā ad ꝯcomitātiā: de quibus dicet̄. De illis quatuor supradictis etiā loq̄t sctūs Bonauē. dist. xi. quarti. q. i. ar. iiij. aliquo mō ꝯformiter francisco di. ꝙ ibi est corpus xp̄i vi ꝯuersiōis sanguinis rōne ꝯiunctionis: aīa ratiōe ꝯnexiōis: diuinitas rōne vniōnis: q̄ etiā notari pūt in verbis xp̄i. Ego sum pa. vi. q̄ de ce. descē. Panis quātū ad corp9 seu carnē. vn̄ Caro mea vere est cib9. ibidē. Uiu9 p̄ aīam q̄ nō viuificat sine sanguine. qui de celo descēdi ex deitate: non motu locali: sꝫ hūanitatis assumptiōe. ¶ U Sexta ppō. Nō solū hec quatuor nōiata corpus: sanguis: aīa: deitas: sunt in sacro eucharistie: sed etiā earꝫ proprietates accidētia ꝛ perfectiōes nature ꝛ glie. Pꝫ: q2 vt frequenter dictū est: ꝙ tale est corp9 sub hostia quale est in naturali existentia quātū ad suas p̄tes ꝛ ꝓprietates maxime absolutas: ſm eos qui ponūt respectus: q2 de respectiuis presertim ad vbi nō ita: de quo postea. Unde sunt ibi quatuor dotes glie corp̄is determinata partiū armonia: ac qualitates piner sc̄dē: ꝯplexio debita partium officialium ꝛ organoꝝ. Sunt em̄ ibi in optima dispositiōe naturali quantū ad oīs qualitates singulis inexistentes. Sed de quātitate corporis ac partiū ac eoꝝ situ ꝛ distantia locali dicet̄ lec. seq. Nec solum ibi sunt oīa que faciūt ad perfectionē corp̄is ꝛ mēbroꝝ: sed etiam ea que sunt ad corp̄is ornatū ꝛ decorem: vt capilli: vngues: barba ꝛ cetera que pertinēt ad gl'iosi corp̄is speciositatē: que xp̄s resumpsit in sua mirifica ꝛ gloriosa resurrectiōe in quibus sedet ad dexterā p̄ris: sctōꝝ a speciebus p̄itatus. Sunt ꝛ ibi perfectiones aīe naturales ꝛ gl'iose: scꝫ cognitiōes diuine essentie: et reꝝ oīm in verbo ꝛ ꝓprio genere. Similr ꝛ fruitio btā ac affectiōes: amores: ceteriqꝫ volūtatis act9 ꝛ delectatiōes. Necnō ꝛ exterioꝝ sensuū ꝛ interiorū op̄a ꝛ qualitates. Si em̄ aliqua haꝝ perfectionū deesset xp̄o vt in sacro: tūc esse in sacro redundaret in magnā imperfectionē corp̄is ꝛ aīe xp̄i. Perderet em̄ aliquā perfectionē vt ibi existens q̄ sibi inexisteret in celo: qḋ videtur absurdū dicere. Nam sic min9 delectabile esset xp̄o quātū ad corpus et aīam esse in eucharistia q̄ in celo: vt si ibi careret aliqua p̄fectiōe aut delectatione corp̄ali vl' sp̄uali. Sicut ꝛ āgelis custodibus nr̄is magis triste foret: si eis nobiscū in terris existentib9 aliq̄ deesset perfectio que adesset in celis. Unde etiaꝫ nobiscū existētes: semp̄ vidēt faciē p̄ris. ¶ Neqꝫ em̄ necessariū est quodcunqꝫ absolutū in corpore aut aīa xp̄i tolli: propter nouā eius p̄sentiā ad species sacramentales: q̄ꝫ eis inest in celo. Nullo ergo priuatur in sacro qḋ inest in celo. Et hoc de facto: q2 ſm absolutā dei potentiā oppm̄ non est impossibile: vt infra dicet̄. ¶ Et pro oībus illis vna est ratio: q2 cū ꝓpter ꝯuersionem panis in solū corpus xp̄i: per cōcomitantiā sunt ibi sanguis aīa: deitas: q2 ꝯiuncta sunt corp̄i ꝛ vnita: eadē ratione ibi sunt ꝛ illa que sanguini: aīe: aut deitati sunt vnita: non em̄ propter p̄ntiam corp̄is sui in eucharistia vult xp̄s ip̄m corpus priuare suis ꝓprietatibus ꝛ perfectionibus: nec illis sibi ꝯiunctis. Uult ergo p̄mo esse sub hostia corpus suū vt ꝯuersiōis ad sensuꝫ supra expꝛssum: vult illud corpus suū gl'iosuꝫ comitari aīam: diuinitatē ꝛ sanguinē. Uult illa ꝯcomitātia nō esse imp̄fecta: nec suis op̄ationibus: donis naturalib9 ꝛ gratuitis esse priuata. Per hoc pꝫ q̄līo totus xp̄s est in hoc salutifero sacramento. Et hec de his que predicamentū substātie respiciūt/ad presens sufficiant.

¶ Lectio. xliiij. A

E xpeditis vt cūqꝫ his ſm priorē diuisionē: que cōueniūt substātie p̄dicamēto: ꝯsic videndū est de respicientibus corpus xp̄i quantū ad quātitatē ꝛ sitū. Cum autē ſm catholicā veritatē totus xp̄s ſm vtranqꝫ naturā diuinā ꝛ hūanā: ꝛ ſm oēs partes sue hūanitatis gl'iose: officiales ꝛ integrales atqꝫ organicas: simul cum singularum proprietatibus est in sacramento eucharistie sub speciebus panis: vt lec. proxima: ꝛ aliis p̄cedentibus diffuse ostensum est: inquirenda est intelligentia huius veritatis. Inter cetera enim multa ꝛ magna huius sacramenti mirabilia: hoc singulariter mirabile est ꝛ humanam videtur excellere intelligentiam: ꝙ corpus tam speciosum in sua quantitate lineamentis ꝛ figura perfectissimum cum omniū membrorum ꝛ organorū perfecta distinctione est sub parua hostia cuius quātitatem longe excedit. Uidetur enim incomp̄hensibile q̄līo caput sit precise vbi digitus: pes vbi oculus: cor ꝛ epar vbi manus: venter cum dorso: tibia cum collo ꝛc. saluis partium distinctione et sine earum confusione: ꝛ membrū maius nō maiorem locū occupet q̄ membrū minus: puta venter q̄ oculus. Ponenda est ergo primo veritas tenenda: deinde ei9 intelligētia inquirenda. ¶ Quo ad primum sit hec propositio post venerabilem Guil. ockaꝫ in tractatu de venerabili sacramēto. c. vi. Quamuis corpus xp̄i realiter ꝛ veraciter sub speciebus panis contineatur: nō tamen in sacramento altaris loco circunscribitur: ꝛ totum corpus xp̄i sub tota hostia: ꝛ totum corpus xp̄i sub qualibet parte hostie realiter continetur. Totuꝫ dico sincathegorematice. i. quelibꝫ pars. Uel integrum. i. ip̄m ꝛ nihil ipsius quin ipsum. de hoc infra lectione. lxx. Probatur hec veritas testimoniis sanctoꝝ patrū. vnde btūs Hiero. in ser. dn̄ice. v. post epi. de ꝯse. dist. ij. singuli. Singuli totū accipiūt xp̄m dn̄m: ꝛ in singulis portionibus tot9 est nec p̄ singulos minuit̄: sed integrum se in singulis prebet. Itē hilari9 papa in. c. vbi. eadem dist. Ubi p̄s est corp̄is: est ꝛ totū. Eadē rō est in corpore dn̄i q̄ in māna: qḋ in ei9 figura p̄cessit. De q̄ dr

Btūs Bonauen.

Joan. vi.

Mat. xviij.

Hieron.

Hilarius papa.

Qui plus collegerat nō habuit ampli⁹: neq₃ qui minus parauerat habuit min⁹. Itē gl. sup illo qđ dicit Hila. in fine ca. iā allegati. Non eñ quātitas visibilis in hoc estimāda mysterio: sed virtus sacramēti spūalis: dicit. Non est sic quātitas estimāda: vt sub minori quātitate min⁹ sit corp⁹ xpi ꝛ sub maiori maius: qꝛ vbicunq₃ pars: siue dicas pars speciei totum corpus est: siue pars corporis xpi. i. manus vel pes: totū corpus est. Non tñ dicendū est ꝙ oīa mēbra mixta sunt: vt vbi caput ibi mixtim pes vel man⁹: sꝫ vbi pars ibi totū: qꝛ non maiorem locū occupat totū ꝙ̄ pars: ꝛ econuerso Hec glo. Qđ dicit mixtim intelligo. i. confuse: de quo postea. ¶ B Ex quibus colligit̄ manifeste primo ꝙ totus xps est in tota hostia: et totus in qualibet parte. Scđo ꝙ etiā q̄libet ps corpis xpi est in qualibet pte hostie. Tertio ꝙ in quacūq₃ pte hostie est vna pars corpis xpi: ibi sunt omnes. Quarto ꝙ vbi caput xpi: ibi manus: vbi pes: ibi oculus: ꝛ sic de aliis partibus. Qđ verum est: si vbi dicit locū extrinsecū specierꝫ: secus si dicit intrinsecā corpis partē. Cuius intellectus ex sequentibus pēdet. Diuine veritatis possibilitas sic accipi pōt. Nihil negare debet christian⁹ posse fieri diuina virtute nisi ꝙ per rationes ex per se notis pōt euidēter probari includere ꝯtradictionē. Uel nisi hoc elici pōt ex scriptura sacra: aut recepta seu determinata ab ecclesia. Non eñ iuxta modū causaꝝ naturaliū diuinā arctare debem⁹ potentiā: cū diuina ptā oīm creaturarū virtutē in infinitū excedat. Nec ad negandū aliqđ posse fieri diuina virtute experta sufficiūt: cū totū ordinē naturaliū causaꝝ possit deus imutare: ꝛ cōtra omnē cursum naturaliū causarū ꝯstet eū multa fecisse. Quis eñ vnq̄ naturalr̄ expert⁹ est virginē sine viro ꝯcipere: duo corpora simul existere mortuos ad vitā resurgere: accidētia sine subiecto subsistere: aliaq₃ innumera: q̄ tñ cōstat diuinitus esse facta: teste vtriusq₃ testamenti scriptura. Nō igitur negare aliqua debemus a deo fieri posse: qꝛ ipsa nō naturalr̄ fieri experimur. Ad propositū igitur duo supponant̄. Primum deus per suā absolutā potentiā pōt facere vnā aliquā substantiam s̄m se totā coexistere pluribus corporibus. Patꝫ: qꝛ hoc nullā includit ꝯtradictionē: cuꝫ per propositiones per se notas possit euidenter pbari. Ex quo statim seq̄t̄ ꝙ vna substantia p eādem diuinā potentiā pōt s̄m se totā coexistere alicui toto ꝛ cuilibet eius parti. Si eñ pōt coexistere pluribus corpibus a se distinctis ꝛ separatis: multo magis pluribus partibus eiusdē corporis coexistere pōt. Utroq₃ eñ cōcesso: pōt euidenter per veras logicales regulas: que omni noticie et scientie deseruire noscūtur: oīs contradictio euitari: sicut infert⁹ soluēdo rōnes quorundā ad oppositū argumentiū ostēditur: quāuis nō possit euidenter ex puris naturalibus probari: ꝙ ita factū sit siue fiat. Non ergo negare debet catholicus: quin deus facere pōt ꝙ aliqua substātia tota s̄m se ꝛ quālibet partē suā coexistere posset alicui corpori toti ꝛ cuilibet eius parti. Ita eñ tenemus ꝙ aīa intellectiua est tota ī toto corpe: ꝛ tota ī qualibet eius parte. Sic etiā asserimus ꝙ angelus ē totus in aliq̄ loco diffinitiue: ꝛ totus in qualibet eius parte: nec alterutrius oppositū probari pōt per demonstratiuā rationem. ¶ C Scđm. Deus per suā absolutā potentiaꝫ pōt duo corpora siue eiusdē speciei siue diuersaꝝ facere coexistere simul eidē loco. Patet vt primū: qꝛ nullā hoc includit ꝯtradictionem. Sic eñ credimus ꝙ saluator noster xps clausis ianuis intrauit ad discipulos clauso resurgens prodiit de sepulchro: lapide ab ostio monumenti nondū per angelum reuoluto. Etiā clauso virginis vtero natus est huic mūdo. Ascendit in celuꝫ: nullo celesti corpore diuiso. Ex quo etiam sequitur ꝙ due partes: ꝛ quotlibꝫ plures eiusdem corporis: immo omnes eidem loco possunt coexistere. Nam qua ratione duo corpora sepata possunt per diuinam potentiam eidem loco existere: eadem ratione ꝛ due partes eiusdeꝫ corporis possunt eidē loco coexistere: ꝛ eadem ratiōe tres partes quatuor sex ꝛ simul omnes. Nā penetratio dimensionū: licet nature sit impossibilis: nō tamen deo. Etiam de facto plures forme accidentales extense coexistunt eidem loco: ꝛ inherent eidem materie ꝛ subiecto. ¶ Ex quib⁹ sequitur ꝙ deus qui plus potest facere ꝙ̄ nos possumus intelligēdo comprehendere: facere potest ꝙ tota substantia corporis christi coexistat toti hostie: ꝛ cuilibet eius parti: quia potest facere ꝙ sua substantia coexistat diuersis corporibus siue locis: ꝛ ita diuersis partib⁹ hostie. Et per hoc ꝙ quelibet pars corporis sui coexistat cuilibet parti hostie: potest ꝛ facere ꝙ plures substantie corporee possunt simul coexistere eidem loco: ꝛ per hoc potest facere plures: immo omnes corporis sui partes esse simul sub qualibꝫ parte hostie. Et hoc cum facit: corpus suum totū est sub tota hostia ꝛ totum sub qualibet eius parte: quia omnes sue partes coexistunt singulis partibus hostie: ꝛ per consequens non est in sacramento circūscriptiue: quia nō est sic ī loco hostie: ꝙ vna pars corporis coexistat vni parti loci ꝛ nō illa: sed alia coexistat alteri: ex quo omnes partes coexistunt omnibus. Est autem in hostia siue in loco hostie diffinitiue: sicut anima intellectiua aut angelus dicitur esse in loco: quia realiter ꝛ vere est ī loco hostie ꝛ non extra: saltem non oportet. Potest enim esse extra sub alia hostia ꝛ similr̄ esse extra in celo ¶ D Quamuis autē hec sic simplr̄ credere sufficiat cuilibꝫ orthodoxo: quia tñ hic sumus in scholastico gymnasio: vbi nedū qđ credendū: sed quēadmodū credenda catholice intelligantur inuestigānduꝫ est quantum humana fragilitas sinit. Eisq₃ loquor qui parati esse debebunt ad satisfaciendū omni poscenti rationē de ea q̄ in nobis ē in spe. Qui exēplo Pauli sapientib⁹ ꝛ insipientibus debitores ꝯstituentur. Potētes exhortari in doctrina sana: ꝛ eos qui ꝯtradicūt arguere. Ideo vltra inquirendū est: an corpus xpi s̄m dimensiones ꝓprias: quib⁹ extenditur in celo: sit in sacramēto? Et an concedenduꝫ sit ꝙ corpus xpi sit tm̄ in sacramēto: quātū fuit in cruce: siue quantum nunc est in celo? Utrū etiā quātitas sua sit in sacramento? Item quō saluet̄ figura debita humani corporis: si pars nō distat a parte: aut quō distat si sunt simul. Quō oculus sit in capite et non in pede: ꝛ quō saluabit̄ partiū organicarū distinctio. Et gn̄aliter quō vitari possit partium confusio. Que oīa sunt difficilia intellectu. Uñ doctor irrefragabilis Alexan. par. iiij. q. xl. mē. iij. ar. iiij. dicit. In hoc sacramento quedam sunt scđm naturam: quedam supra naturam: sed non super intellectum: quedam super intellectum et super naturam. Secundum naturam sunt ibi accidētia q̄dam: sicut color: sapor: ꝛ magnitudine: ꝛ aptitudo accidentia respectu actus sui: sicut albedinis ad immutandū visum. Supra naturā sunt accidētia sine subiecto: vt color: sapor: rotunditas sine substantia: hoc aūt est supra naturā: sed nō supra intellectū. Intelligit eñ intellectus accidentia sine subiecto per abstractionē. Supra naturā ꝛ intellectū.

Penetratio dimēsionū deo non est impossibilis.

j. Pe. iij.
Rom. j.
Titū. j.

Alexā. de ales.

et intellectū est ibi xp̄s in tota q̃titate in q̃ta est
in celo: ⁊ nō excedit terminos illi⁹ parue formu-
le: hoc aūt est supra naturā ⁊ intelligētiā. Dicen
dum igit̄ ꝙ lꝫ corp⁹ xp̄i nō excedat formā illā: nō
tñ est eiusdē q̃titatis: q2 cōtinētis illa qua corp⁹
xp̄i ꝓut est in sua q̃titate cōtinet̄ sub illa forma:
nec excedit illā: nō est aliqua virtute nature: sed
v̄tute sup̄ naturā ⁊ mirabiliter: vñ mirabilis est
illa cōtinētia nō naturalis. Et sequit̄. Unde q̃-
tum ad hūc articulū soli fidei intēdēdū est: quia
neq3 simile est in exēplo inuenire: neq3 ad hoc po
test intellect⁹ human⁹ attingere. Uñ dicit Inn̄.
In hoc sacro credere iubemur: discutere ꝓhibe-
mur. Unde in hoc sacro ex captiuatione intelle-
ctus illi⁹ qui credit ⁊ nō intelligit: nō modicū est
meritū fidei. Hec Alexā. ¶ Sed alij doctores vt
bea. Tho. Egidius. Sco. Okā: ⁊ eoꝝ sequaces ni
tunt̄ aliquo mō rōnē intelligēdi aperire: sed mul
tipliciter diuersificant̄. Uñ q2 difficultas intelli-
gēdi modū existēdi corporis xp̄i sub eucharistia
depēdet partim ex hoc: vtrū q̃titas sit accidens
distinctum a substātis ⁊ qualitate. Uel an sit res
ipsa q̃ta: substātia scꝫ vel qualitas: ideo possunt
ille opiniones primo reduci ad duas sibi contra
rias: quarū vtraq3 multos hꝫ imitatores: quas
cōmemorat doc. subtilis in. iiij. scripto di. ij. q. ij.

Innocen.

¶ E Prima est: ꝙ q̃titas continua siue extēsiua
est q̄dā essentia absoluta realiter distincta a sub
stātia q̃ta ⁊ sil'r a q̄litate q̃ta: sicut albedo vel ca
liditas est entitas q̄dā absoluta distincta reali-
ter a re alba. Uñ imaginantur hi ꝙ substātia vel
qualitas ex se nō hꝫ partē extra partē: sꝫ quā po
test extēdi: sꝫ hoc cōuenit substātie vel qualitati
ꝑ quoddā accidēs supadditū: quasi mediās in-
ter substātiā ⁊ qualitatē: inherēs substātie: et fm
aliquos substās qualitatib⁹: ita ꝙ qualitates in
hereāt q̃titati tāq̄ subiecto immediato: ⁊ substā-
tie tāq̄ mediato: fm alios inherēs substātie: ⁊ nō
substās qualitatib⁹: req̄sitū tñ ad hoc ꝙ qualita
tes inhereāt substantie. Nā fm illos qualitates
extēse nō possunt inherere subiecto siue substan
tie nisi fuerit in q̃titate extēsa. Uñ fm illos quic
quid est q̃tū: vel est q̃tū: q2 idē q̃titati: vel q2 hꝫ
q̃titatē sibi inherētē: vel inherētē suo subiecto ⁊
sibi coexistētē. Primo modo ipsamet q̃titas est
q̃ta. Scdo modo substantia cui inheret. Tertio
modo accidētia q̄b⁹ coassistit ꝑ inhesionē eidē
subiecto cui inherēt hmōi accidētia. ¶ Tenētes
ergo hāc opi. de q̃titate ad ꝓpositum nostrū de
existētia corporis xp̄i in eucharistia inter se sunt
diuersi: vñ q̄dā dicūt ꝙ sicut corpus xp̄i realiter
est in sacro: ita etiā ei⁹ q̃titas qua extendit̄ in ce
lo est realiter in sacro. Asserūt eñ ꝙ vbicunq3 est
substātia aliqua: ibi etiā necessario sunt oia acci
dētia absoluta sibi inherētia. Cōsequēter dicunt
ꝙ illa q̃titate nō extendit̄ corp⁹ xp̄i localiter in
sacro: q2 nō est ibi q̃titas xp̄i modo suo. i. modo
q̃titatiuo: sꝫ modo substātie. Modus substātie
fm se est esse in loco diffinitiue. Substātia enim
q̃tū est de se: est in loco indiuisibiliter ⁊ definiti-
ue: sicut aīa intellectiua in corpore: q2 rō substan
tie fm se est indiuisibilis: ⁊ eque cōuenit toti sub
stātie ⁊ cuilibet eius parti. Cuius rō est fm eos:
q2 q̃titas xp̄i nō est ibi tāq̄ primus ⁊ ꝑ se termi-
nus cōuersionis sꝫ cōcomitāter ad primū termi
nū. Nā vt supradictū est ꝯuersio panis fit in sub
stātiā corporis xp̄i tāq̄ in primū ⁊ ꝑ se terminū:
quā cōcomitant̄ sua accidētia. Qd̄ v̄o est sub eu
charistia: eo modo est ibi quo terminat ꝯuersio-
nem. Substātia corporis xp̄i est ibi tāq̄ ꝓprius
et per se termin⁹ qui ex se non hꝫ modū existendi

Opinio docto. subtilis de q̃titate ⁊ substantia.

Mod⁹ substantie fm se quis.

q̃titatiuū: cōmēsuratiuū siue extensiuū: ergo est
ibi modo sibi ꝓprio. i. tota in toto: ⁊ tota in qua-
libet parte. Quātitas aūt ibi est ꝑ cōcomitantiā
naturalē ad substātiam. Ergo erit ibi nō mō suo
ꝓprio: sꝫ modo substātie: etiā tota in toto: ⁊ tota
in qualibet parte: ⁊ nō modo q̃titatiuo. Sūt eñ
ibi cōtrario ordine dimēsiones corporis christi:
⁊ dimēsiones corporis cōmēsuratiue locati. Nā
dimēsiones corporis cōmēsuratiue in loco loca-
te sunt in illo ꝑmo: ⁊ ideo modo q̃titatiuo: ⁊ per
eas est ibi substātia: ⁊ etiā modo q̃titatiuo. Sed
dimēsiones corporis xp̄i sunt in sacro non ꝑmo:
nec sicut in loco ꝓprio: ergo sunt ibi fm modum
substātie q̄ est ibi primo: ⁊ nō modo suo q̃titati-
uo. Uult ergo dicere hic modus: ꝙ q̃titati fm ꝓ
priā naturā cōuenit modus q̃titatiu⁹ vbi est ꝑ
se ⁊ primo: hic aūt nō conuenit sibi illo modo: q2
hic est cōcomitāter. Illi cōsequēter habēt conce
dere: ꝙ corp⁹ xp̄i est in sacro q̃tū: ⁊ ꝙ est ibi tan-
tum q̃tū est in celo: q2 vt ibi hꝫ eādē q̃titatē nu-
mero / quā hꝫ in celo: sicut eñ quicq̄d hꝫ albedi-
nem est albū: ita q̄cq̄d hꝫ in se q̃titatē: est q̃tum:
nō tñ est ibi q̃te siue q̃titatiue: q2 nō cōmēsurat̄
specieb⁹ vt sit pars in parte vna: ⁊ alia pars cor-
poris xp̄i in alia: ⁊ ad hūc modū declinant bea.
Tho. ⁊ Egidi⁹. ¶ F Aliter pōt dici tenēdo eādē
opinionē de q̃titate: ꝙ q̃titas q̄ est accidens in-
herēs corpori xp̄i in celo: nō inheret sibi in sacra
mento. Sed corpus xp̄i est ibi sub speciebus sim
pliciter sine q̃titate: q2 extēsio cōuenit substātie
per q̃titatē q̄ ibi nō est: ideo corp⁹ xp̄i nō est ibi
extēsum. Aiūt eñ: ꝙ q̃titati essentialis est mod⁹
q̃titatiuus: nec ab ea separari pōt. Cōsequenter
dicūt illa absoluta tñ ꝯcomitari corpus xp̄i sub
sacro: quib⁹ talis modus existēdi in sacro ex pro
prijs rationib⁹ nō repugnat: talis aūt est quāti-
tas: ideo nō cōcomitat̄. Dicūt ergo illi ꝙ separa
ta q̃titate: partes corporis xp̄i non sunt extra se
inuicē in hostia: sꝫ vna pars corporis sit cū alia:
Potest eñ deus facere partē subintrare partē: et
vltra illā q̄ subintrauit cū ea quā subintrauit ite
rum subintrare aliā: ⁊ sic vltra subintroibūt sein
uicē vsq3 ad minimā q̃titatē naturalē: ⁊ sic salua
tur veritas cuiuslibet partis: ⁊ tñ nulla est exten
sio partis extra partē: sicut saluat̄ veritas mate-
rie ⁊ forme: q̃uis nō sint extra seinuicē. ¶ G Ter
tij dicūt ⁊ distinguūt triplicē positionē: q̄ in gñe
duplex est: sed vna subdiuidit̄. Una est positio q̄
est differētia q̃titatis: hec dicit ordinē partiū ad
totū absolute nō curādo de loco extrinseco. Illa
necessario est in quāto cōtinuo permanēte: nec
eñ est intelligibile aliq̄d esse q̃tū dimēsionatū:
quin sit signare in toto ordinē hui⁹ partis ad il-
lam fm q̃titatē interiacentē: ⁊ illā opꝫ saluari in
ꝓposito. Alia est positio q̄ dicit ordinē locati ad
locū siue ordinē ꝯmēsuratiuū partis locati ad cer
tam partē loci: siue simpliciter totius aut partiū
ad locū cōtinentē: siue pars sit in certa parte lo-
cantis: siue in qualibet parte cū toto. Hic ordo
pertinet ad predicamentū vbi: q̄d importat ha-
bitudinē siue ordinē locati ad locū siue circūscri
ptiuā siue diffinitiuā. Tertia est positio que pre-
supponit duplicē ordinē partiū iam dictū: scꝫ ad
totū ⁊ ad locū: ⁊ vltra dicit ordinē partium ad lo
cum cōmēsuratiuū vel circūscriptiuū: fm quem
partes locati coextendunt̄ partibus loci: et hec
pertinēt ad predicamentū situs. Unde positio q̄
est predicamētū situs ꝑsupponit positionū diffe
rentiā q̃titatis ⁊ vbi: ⁊ specificat vbi: ⁊ hec posi-
tio dicit̄ modus q̃titatiuus vel dimēsiuus. Con
sequēter dicūt isti: ꝙ hāc habitudinē seu positio

Positio triplex est.

nem possibile est deuz separare a q̃to vel a positione prima: non solũ per negationẽ termini prima loci: sicut posset facere aliquod corpus extra vniuersum: q2 tũc nõ esset locus cõtinens: cuius partibus cõmẽsurarent partes locati. Sed etiã posito termino: cui p̃senti posset fieri cõmẽsuratio corporis cõtẽti: ita ꝙ posset esse q̃tũ in loco: et habere coexistentiã ad aliud q̃tũ: sine tamen coextẽsione partiũ vnius ad partes alteri⁹: quã dicit positio sit⁹. Hec est opinio Sco. in. iiij. dis. x. q. 1. quã sic persuadet. Quecũqȝ natura contingẽter respicit quãlibet formã alicuius gñis: respicit cõtingẽter totũ genus simpliciter .i. nõ necessario ex causa intrinseca: q2 qð a natura intrinseca determinat sibi aliquod genus necessario determinat sibi aliquã speciẽ illius generis: q2 vna natura nõ h3 necessitatẽ ad opposita disiuncta: quin habeat necessitatẽ ad vtrum illoꝝ. Sed corpus cõtingẽter se h3 ad quãcũqȝ positionẽ: ergo corpus etiã h3 positionẽ partiũ in toto: non simpliciter: sed h3 necessario ad positionẽ sit⁹. Nec coexistẽtia q̃ti ad q̃tũ est simpliciter ratio necessaria illius positionis secũde: q2 cõtingit intelligere coexistentiã alicuius ipsi toti: absqȝ hoc qð intelligat coexistẽtia partis vnius parti alteri⁹. Hec em̃ coextẽsio est alia ab illa etiã qñ se cõcomitant: nec ista in sua rõne formali includit illã: ergo absolute corpus q̃tũ habẽs primã positionem: posset esse sine omni positione extrinseca: ⁊ intelligi põt q̃tũ ad coexistentiã habere aliquid q̃tũ sine ista positione. Unde q̃titatẽ cõseruari sine positione extrinseca nõ est aliud nisi absolutum conseruare sine respectu extrinsecus aduenientẽ. Sic etiã coexistẽtiã cõseruari sine positione secũda: nõ est aliud nisi relationẽ vnã conseruare sine alia relatiõe extrinseca. ¶ H Ista opinio videt cõcordare cũ prima in hoc ꝙ q̃titas corporis xp̃i in celo realiter sit in sacr̃o. Quodqȝ corpus xp̃i vt ibi est vere q̃tũ: licet vt ibi non habeat modũ q̃titatiuum. Modus em̃ q̃titatiuus qui dicit positionẽ situs: non est passio q̃ti: sicut risibile hominis: sed accidẽs per accidens eius: q2 est respectus extrinsecus aduenitẽs partibus q̃ti ad partes alterius q̃ti: scʒ loci. Habet etiaʒ cõcedere hec tertia opinio: ꝙ in corpore xp̃i sub sacramẽto sit pars extra partẽ: prout extra respicit per seipsas partes corporis ⁊ eaꝝ positioneʒ: que est differentia q̃titatis. Sed si extra respicit locũ: sic pars nõ est extra partẽ .i. extra illũ locuʒ in quo est alia pars: q2 totũ q̃tũ habẽs eodẽ modo partes suas extra seinuicẽ in toto põt habere p̃sentiã sui ⁊ omniũ partiũ ad aliquod vnuʒ extra indiuisibile vel q̃tũcunqȝ modicũ diuisibile. Hoc modo saluat hec opinio partium corporis xp̃i eandẽ q̃titatẽ: cõtinuationẽ: distantiã: et partiũ mediationẽ: vnionẽ: separationẽ: incõfusionẽ: figurã in ordine ad totũ in sacramento sicut in celo: sed nõ sic in ordine ad locum: species scʒ sacramẽtales. Q2 in sacramento est eadẽ q̃titas dimẽsiua inherẽs corpori xp̃i que est in celo. Nam oẽs partes cõtinuate sibi in celo: cõtinuãtur in sacramẽto: scʒ collũ capiti: brachia scapulis: manus brachijs. Mediat quoqȝ inter colluʒ et manus brachiuʒ. Unitur oculus capiti tanq̃ pars toti ⁊ nõ vẽtri. Separat pes a pectore non per abscissionẽ: sed interiacentẽ corporis partẽ: et per hoc cõfusio partiũ tollit: q2 manent distincte inter se: ⁊ quicqd est pars partis in celo: manet pars eiusdẽ partis ⁊ nõ alterius in sacramẽto: nec sunt partes inter se: sed manẽt extra se: et per hec saluat eadẽ figura corporis: intelligẽdo totũ illud dictũ in ordine ad totũ: non in ordine ad locũ: nam in ordine ad locuʒ simul sunt intra se .i. vbicunqȝ est vna pars: ibi omnes. Nec plus distat pes a capite: q̃ a tibia: nec maioreʒ locum occupat q̃ oculus: aut totũ: q̃ minimus corporis punctus. ¶ J Contra primũ modum arguit Sco. Unũquodqȝ siue sit terminus primus trãssubstãtiationis siue secũdus: si tamẽ est ibi: h3 ꝓprietates suas que sibi necessario et naturaliter cõueniũt: quod probat exẽplo: quia si deus creet substãtiã q̃tã vel natura generet: ⁊ cõcomitetur q̃titas vtriusqȝ ꝓductionis: terminus prim⁹ est substãtia et q̃titas cõcomitãs: ⁊ tamẽ tã in generato q̃ in creato q̃titas habet suũ modũ realẽ: sicut haberet si primo terminaret aliquã mutationẽ. Quia alia habitudo ad agẽs nõ variat naturaʒ rei: siue ad idẽ agens siue ad aliud: hoc est siue sit terminus primus siue secundus: siue mediatus siue immediatus: ergo nec carebit q̃titas suo modo naturali: ꝓpter hoc tantũ q2 non est primus terminus trãssubstãtiationis: dũ tamen ibi sit realiter. ¶ Jtẽ dare subiecto modum q̃titatiuũ ita cõuenit q̃titati ex ꝓpria natura sicut albedini ꝯuenit dare albũ esse suo subiecto. Sed impossibile est albedineʒ esse in subiecto: et subiectũ nõ esse albũ: vel nõ habere modũ essendi albũ: ergo impossibile est q̃tum esse in subiecto: ⁊ subiectũ nõ habere modũ q̃titatiuũ. Consequentia nota cũ minore. Maior patet: q2 sicut dare esse album est effectus formalis albedinis: ita dare modũ q̃titatiuũ effectus formalis q̃titatis: sed impossibile est effectũ formalẽ separari a forma inherẽte. ¶ Jtẽ quero vtrũ dare moduʒ q̃titatiuũ ꝯuenit q̃titati per se vel per accidẽs? Si per se: ergo separari non potest. Si per accidens: ergo cõuenit alicui per se: per cuius vnionem vel presentiã cõuenit q̃titati. Sicut substãtie conuenit modus q̃titatiuus per accidens: ⁊ per inhesionẽ q̃titatis: ⁊ ita q̃titas christi habebit modũ q̃titatiuum per aliud accidẽs in celo. Tunc quero: an illud accidẽs etiã sit in sacramẽto: et stabit argumentuʒ de illo sicut de q̃titate. Si non: tunc non omne accidẽs absolutũ corpori christi in celo: concomitatur in sacramento. ¶ K Contra secundũ moduʒ arguit Sco. q2 ille videtur tollere a corpore christi positionẽ in toto: ⁊ omnẽ figurã que necessaria forte est ad corpus animatũ. Si enim totũ subintrat totũ vsqȝ ad minimã partẽ naturalẽ: nõ distat caput a pede: nec erit ordo partiũ ad totum necessario ad corpus animatũ. Sed hic faciliter dicerent cõcedendo illatum. Sed ordo partiũ ad totũ et distãtia ac figura: ⁊ si requiratur ad corpus animatũ naturali modo existẽs: nõ tamen simpliciter: potest enim corpus animatũ per potentiã diuinaʒ miraculose conseruari sine his. Sic etiã ẜm cũ: licet corpus animatũ naturaliter non possit cõsistere sine debita distantia partiũ in ordine ad locum: neqȝ figura commensuratiua sine ordine partiũ corporis ad partẽs loci: in quo solo videt consistere figura: tamẽ miraculose per potentiã dei potest consistere sine illis. ¶ L Contra opinionem Sco. arguit Ockã in suo. iiij. q. iiij. et in trac. de sacramento. c. xxix. querens de illo ordine partiũ in toto queʒ dicit q̃titas: aut est ordo partiũ situalis: ita ꝙ vna pars est superior: aut inferior: vna ante: alia retro: vna versus orientem: alia versus occidentẽ: aut est ordo perfectionis: aut totius ⁊ partis: quõ oculus est pars capitis nõ pedis. Aut ordo causalitatꝭ: quõ vna pars est cã alteri⁹: aut ordo originis vel nature vel tp̃is: qua

Scotus.

Guilbermus ockã

qua vna pcedit aliā origine et pe vel natura. Ali⁹ ordo nō videt̃ assignabilis importatus p positio nē: vt est differentia quātitatis. Si primus ordo scz̃ situalis: ille nō pōt esse sine locali distātia par tiū. Sed qz localiter partes nō distāt: nō erit ibi ille ordo: nec aliqs aliorū ordinū imperat̃ p quā titatē: qz quilibet eoꝝ ita poterit competere sube corporis xp̄i si separata esset penit⁹ a quātitate: qd̄ etiā facere fm eū deo est possibile: sicut qñ est cōiuncta quātitati. Cōseruata eñ tota corporis xp̄i substātia absqz hoc ꝙ sit quāta: ita tunc esset pars vna perfectior talia sicut nunc: nec plus p̄ vna esset pars alterius. Nūc nec prior tpe vl na tura nunc ꝙ̄ nūc: ⁊ ita nullus ordo partiū sub stantie pōt competere partib⁹ corpis xp̄i in toto qñ est coniunctū quātitati quin conueniat eisdē qñ quātitas fuerit separata: preter ordinē situa lē: qui solus sufficit ad hoc ꝙ sit quātū. Talis au tē ordo partiū reqrit distantiā partiū localē que non est ibi: igit̃ nullū ordinē partiū in toto dicit quātitas: preter situalē: q qz ibi nō est: nō erit ibi quātitas. ¶ Itē omne quātū cōtinuū est longū: latū: ⁊ profundū: qz superficies: corpus: aut linea fm ph̄m in predicamentis: sed he dimēsiones re quirunt localem partium distantiā. Itē vbicūqz est distantia partiū intrinseca vel extrinseca: pōt fieri mot⁹ localis de parte in partem distantē: sz ille fieri nō pōt sine ordine partiū in loco. ¶ Itē omne quātū continuū permanēs ⁊ finitū est figu ratum: qd̄ ⁊ ipse cōcedit de corpe xp̄i vt in sacra mēto. Ad figuram autē non sufficit ordo partiū in toto sine ordine partium in loco. Nā facta so la locali mutatione partiū: mutatur figura: vt si pedes ponerentur super caput: oculi in loco au rium ⁊ ecōuerso: seruato omo alio ordine partiū. Seruato autē ordine partiū in loco: nō mutat̃ fi gura: ergo ad rōnem figure reqrit̃ ordo partium in loco: ⁊ p ꝯñs ad rōnē quātitatis. ¶ M Itē po sito ꝙ corpus xp̄i nullibi esset in naturali consi stētia: sed solū in sacro: qd̄ fm eū possibile est: cu ius tūc figure esset in sacro? Nulla assignari pos set cū manētibus ceteris ordinibus partium ad totū qualitercūqz mutatur ordo situalis: manet ordo quē dicit quātitas: ergo vel haberet in casu oēm figuram simul vel nullā. Sicut si de⁹ crearet de nouo substantiā ligni cū olbus accidentibus absolutis: ⁊ ita cū quātitate sine positione situa li: cuius figure esset. Nulla posset assignari ratio quare plus diceretur quadratū ꝙ̄ triāgulare aut rotūdū: nec posset plus dici pedale ꝙ̄ bipedale. Hec tñ sunt partes quātitatis cōtinue ⁊ figure: ⁊ quicqd cōtinet̃ sub genere: cōtinetur sub aliqua specie: nec ēt tale quātū esset rarū nec dēsum: nec posset maiorari nec minorari: cū nō posset dici ꝙ partes qñqz propinquius sibi adiacerent vel re motius: qd̄ tñ contingit in cōdensatione ⁊ rare factione. ¶ Item nō videtur ꝙ in corpore homo geneo possit saluari ordo partiū ad totum subla to ordine ad locū: cū preter ordinē partiū ad lo cum nulla omo sit differētia positionis inter eas. ¶ Et si ad oīa illa diceret̃: ꝙ lz partes in casu nō distent extrinsece in ordine ad locum: distant tñ intrinsece per partes interiacētes intrinsece: per quā intrinsecā distātia saluat̃ etiā figura intrin seca: lz non extrinseca: rōnes autem ille solū pro cedunt de distantia ⁊ figura extrinsecis. ¶ Cōtra queritur: quid intelligatur per interiacētiā par tiū intrinsecā: cū eñ oēs ille partes simul sint re spectu cuiuslibet puncti loci seu cōtinentis: quō inter duas interiacet quasi mediando alia pars: nisi sic intelligatur qd̄ brachium interiacet inter manum ⁊ scapulā: quia man⁹ est pars brachij: ⁊ nō scapule: sed illa interiacentia saluat̃ sine quā titate: oporteret vtiqz exprimere qd dicat ille or do. ¶ Preterea videtur penitus intelligibile ꝙ ptes distēt in ordine ad totū: ⁊ nō in ordine ad lo cū pñtem ⁊ cōtinentē. Quō eñ intelligi pōt ꝙ ca put tripedaliter distet a tibia p partes interiacē tes: ⁊ nō silr haberet eundē ordinē in ordine ad locū extrinsecū. Signo eñ partē loci correspōdē tē capiti: ⁊ partē loci cōtinentē tibiā: aut est eadē vel diuerse. Si eadē precise: quō intelligitur distā tia intrinseca: cū caput tibia ⁊ partes interiacen tes sint simul precise. Nō est eñ intelligibile qd̄ sit sol: ⁊ sit aliqd corpus nō habens certum ordi nē distantie ad solē. Si autē sunt diuerse partes loci: tunc corpus erit i loco illo circūscriptiue: qz pars vna in vna parte: alia in alia: quod in pro posito nō conceditur. Inter illos modos tenen tium quantitatem esse distinctam a substantia ⁊ qualitate: secundus modus videtur planior ⁊ in telligibilior: nec cōtra eū militat ratio Scoti: vt patuit. ¶ N Scđa opinio pncipalis Guil. ockā ⁊ suorum sequaciū tenet: ꝙ quātitas nō sit acci dens absolutū distinctum a substantia quāta et a qualitate: quāta: quo substātialis qualitas for maliter dicat̃ quāta. Et hāc opinionē putāt etiā esse ph̄i: q (vt aiunt) nō inuenit̃ distinxisse inter quātū ⁊ quātitatē. Ad cuius euidentiā: vt non la boretur in equiuoco: describunt quātitatē dimē siuam de qua hic loquimur. Nō eñ hic loqmur de quātitate discretiua pfectionis: aut duratio nis: sed de quātitate molis. Est ergo quantitas molis vel dimensiua id quo res habet partē ex tra partem: siue partē distātē a parte. Omne eñ extensum ⁊ solū tale est quātū: illud aūt est extē sum qd̄ hz partē extra partem. Nō eñ sufficit ha bere partes realiter distinctas ad hoc ꝙ res dica tur quāta: alioqn sciētia: charitas: gr̄a: qz habēt partes scz̃ gradus intensionales ex quibus cōpo nuntur: dicerentur ⁊ essent quāte quātitate mo lis: qd̄ non cōceditur. ¶ Quo premisso: dicunt ꝙ suba materialis ⁊ silr qualitas habet partes ex quibus cōstituit̃ seipsa ⁊ nō per accidens supad ditū: cū deus pōt producere ⁊ conseruare subam quālibet sine qcūqz accidēte. Sublatis igit̃ om nibus accidentibus a suba pōt manere suba ea dē: ⁊ ita partes eius sine quib⁹ nō est substātia ex partibus cōposita. Et ille partes possunt distare a se: ⁊ vna esse extra aliā: ⁊ per ꝯñs esse quāta se paratis olbus accidētibus per diuinā potentiā: nihil eñ impossibile includit ꝙ deus subam nu dā materialē de nouo crearet: ita ꝙ partes ei⁹ pro ducat in distinctis locis sine omni accidente. Itē ꝙ separet accidētia a suba materiali naturaliter producta: cōseruando partes eius in eisdem siti bus in quibus erant. Non enim necessitat̃ deus rē aliquā localiter mouere ppter destructionem cuiuscūqz qd̄ nō est de essentia sua: re ⁊ loco ma nētib⁹. In vtroqz casu suba illa est quāta: qz par tē extra partē hz sine quocūqz accidēte sibi inhe rēte: vel in eodē subiecto coexistēte: ⁊ nō est quan ta sine quātitate: ergo quātitas qua est quāta nō distinguit̃ sub ea: cū olbus aliis amotis adhuc manet quāta. ¶ Itē per illud est suba quāta p qd̄ hz partē extra partē: per illud aūt hz partē extra partem: per qd̄ est presens loco quo circūscribit̃. Est aūt psens loco per suas partes: ⁊ p nihil su peradditum: qz si per aliqd̄ supadditū maxime p ꝙ̄titatē: q̄ro p qd suba est pñs quātitati: si seipsa ⁊ p partes suas: eadē rōne seipsa ⁊ p partes suas erit pñs loco. Si p aliud accidēs: de illo silr q̄rit̃.

Quātitas molis siue dimensiua quid sit.

Corpus xpi vt in sacro sit quantum.

et vel dabit aliqd in quo est status: cui scz seipsa immediate est pns: et eadē rōne stabit in primo: vel procedit in infinitū qd est impossibile. ¶ Dicit ergo fm hāc opi. q corp9 xpi (vt in sacro) non est quātū: qz vt ibi nō hz partē extra ptē: sed oēs partes coexistunt simul cuilibet pūcto speciei sacramētalis: vt. s. probatū est. Nihilominus corp9 xpi quātū in celo: est fm se totū in sacro: et omnes suas partes: etiā cū oib9 accidentib9 suis absolutis ipm in celo afficiētib9 vere realiter et integre tanq̄ in loco suo non ipsum circunscribente: sed definiēte. ¶ Quō aūt hoc sit possibile declaratū est. s. et pōt quedā exēplaris manuductio dari: nā deus pōt naturaliter rem aliquā cōdēsare ad minorem quātitatem sine egressu alicui9 absoluti. In qua cōdensatione oēs partes pri9 sibi imediate manēt immediate: et partes mediate sibi magis appropinquāt: et sic minorē locū posteri9 occupant q̄ prius: sicut opposito mō in rarefactione vniformiter partes corpis rarefacti imediate manēt immediate: et qlibet partes mediate posterius plus distant q̄ prius: et tn̄ nec in rarefactiōe nec condēsatione fit partium noua continuatio vel diuisio. i. partes prius diuise per partes medias nō cōtinuant per imediationē. Nec partes pri9 cōtinue vel immediate diuidunt: lz in cōdēsatiōe sit aliqs ingressus sine approximatio partiū: in rarefactiōe aliqs egressus et elōgatio partiū. ¶ Pōt aūt de9 corpus quātūlibet magnū p suā oipotētiā condēsare ad quātālibet paruā et minimā quātitatē: vt maximū mōtē ad quātitatē grani milij. Qd si faceret: fit magn9 ingressus partiū et approximatio: tn̄ sine partium diuisiōe: aut noua cōtinuatione: aut penetratiōe. Uerum adhuc maneret distantia cuiuslibet partis a qualibet: lz modica. Si tn̄ cōdēsaret ad pūctum indiuisibile iam tolleret ois distātia partium et figura corpis: sine tn̄ diuisione partiū: sed cū earū penetratione. Ita aliqualiter imaginari possumus in venerabili sacro: q oēs partes corporis xpi per mirabilē ei9 operationē sibi inuicem: et cuilibet pūcto hostie coexistūt indiuisibiliter: sine earū diuisione: et noua quarūcūqz partiū cōtinuatiōe. Uerū oēs partes sibyinuicē efficiunt immediate negatiue. i. non mediate tali medio quo posset fieri motus localis de vna ad aliā: lz in celo sint mediate. Hoc enim fieri: nullā implicat ɔtradictionem: ideo a deo non est negandū. ¶ P Ex quo ptz q fm logice rigorē illa cōcedi dz: corpus xpi quātū est in sacro: et illa negari: corpus xpi est i sacramēto quātū. Similiter illa: corpus xpi vt in sacramento est quātū: si (vt in sacramēto) tenet se ad partem predicati. Nā prima tn̄ valet: corpus xpi quod alibi habet ptes extra partes: est in sacramento: qd constat esse verū: quia corpus xpi habens partem extra partem in celo est in sacro. Scda vō illa. Corpus xpi habet in sacramēto partē extra partem: qd verum nō est: qz in sacramēto oēs partes sunt simul. Quō autē differāt fm appellationē terminorū ɔnotatiuorū in eis positorum remitto ad logicā. ¶ Consequēter dicunt q ordo positionis partium in toto nō est separabilis ab ordine partium in loco saltem existente loco. Sed sicut in pposito: partes corpis xpi simul sunt in ordine ad locū: qz respectu cuiuslibet puncti specierum: ita simul sunt respectu toti9: et quelibet pars respectu cuiuslibet partis: ex illa tamē partium simultate nō sequit partium diuisio vel cōfusio: sed manet ois ordo partiū ad se et ad totum qui ē i celis: excepto solo ordine situali. Manet ordo perfectiōis: nā etiam in sacramēto pars perfectior in celo: est pfectior minus perfecta vt caput pede. Manet etiam ordo totius et partis: quia sicut in celo: ita scz in sacro oculus est pars capitis et non pedum: et per hoc oculus est in capite et non in pede: et digitus in manu et nō in collo: q̄uis caput: oculus: digit9: manus sint simul adequate in eodē loco: qz oculus pars est capitis: nō pedum. In: eīm non pōt hic dicere aliā habitudinē nisi partis ad totū: vt ptz transcurrēdo oēs modos essendi in. Et est sile: qz lz simul sint in lacte albedo et dulcedo: tn̄ gradus albedinis non sunt partes dulcedinis: et in cōposito partes materie non sunt partes forme: et tamē non distant fm situm. ¶ Manet etiā ordo distinctionis partium organicarū. Nā ad distinctionē organorū non requirit localis distantia: sed distinctio realis dispositionū naturaliū: qbus existentibus est organū: siue partes distent: siue nō. Nā q̄uis manus retentis eisdem dispositiōibus esset simul in eodem loco cū oculo: homo tn̄ per manū non videret: sed per oculum. Manēt ergo in sacro ptes organice suis dispositionibus qualificate: et abinuicem realiter et nō localiter distincte.

Questio. Solutio qōnis. i

¶ Q Si queris: qd de figura partiū organicarū: q̄ videt necessario reqri ad organizationē partiū. Dicit qd figura simplr nō requirit ad organizationē: qz pōt dns oculū ɔseruare in oi sua naturali dispositione absqz hoc q sic circūscriptiue in loco: in quo casu vere est oculus: et tn̄ nullā habebit figuram: quia figura est quantitas linea vel lineis clausa: vnde qz figura cōnotat certum partiū situm et distātiam: sicut in sacro non est positio situalis: ita nec figura. Nec est magis incōueniēs figurā nō esse partiū vt in sacro: q̄ eas vt ibi non habere positionē situalē nec situalē distantiam. ¶ De ordine causalitatis aut prioritatis nature vel tpis nō est difficultas. Si aliquis talis est partiū in celo: idem est in sacro. Non est ergo fz hāc opi. corpus xpi in sacramēto quātū: nec figuratū nec partes eius vt ibi sunt: distant. Est tn̄ corpus xpi verū organizatū integrū pfectū: ɔstans partibus suis distinctis et inconfusis. Et in hoc scdo omnes opi. concordant. Sed prima et tertia opiniones in hoc discordant a secūda et quarta: quia illi dicunt corpus christi in sacramento esse quātū per quantitatē propriam sibi inherentē: lz non habeat modum quātitatiuū. Isti dicunt qd corpus Christi in sacramēto non est quātū: nec habet ibi in se quātitatem que sit accidentalis forma sibi inherens. Prima autē in hoc discordat a tertia: q dicit quātitatem corporis Christi nō habere suum proprium modū in sacramēto: qui est modus quantitatiuus. Tertia dicit quod habet suum propriū modū: ille autē nō est modus quātitatiuus. Intelligendo per modum quantitatiuū partium extēsionē: fm quā res potest esse in loco cōmensuratiue. Sed est positio que est ordo partium ad totū: non ad locū. ¶ Tres pme opi. discordant a quarta: qz ponunt quantitatē esse accidens absolutū inherens rei quāte: qd negat opinio quarta. ¶ R. Posset tn̄ quantum ad aliquid opi. tertia cū quarta cōcordari per equiuocationē nois quātitatis. Nā diffiniendo quātitatē prout opi. quarta diffinit: et silr quātū dimēsiuū: q est res habēs partē extra partē siue distantem a parte inter quas pōt fieri motus localis: quo mō etiā cōiter accipit quātitas et quātū: certū est corpus christi in sacramēto non esse quātū qz sic quātitas includit ordinē partiū ad totū et locū: verū vel imaginariū qui nō est in sacramento. Si autem accipit quantū pro re vna numero habente

habente partes realiter distinctas natas distare localiter p naturã: sic corp⁹ xpi est quãtũ i sacro. Si sic accipit opi. tertia: est intelligibilis ꝛ ꝓbabilis: in paucis discordãs a quarta. In eo manet discordia: qꝛ ponit quãtitatẽ distingui a re quãta: qd q̃rta negat: alioq̃n opinio tertia est difficilis intellectu. Eligat q̃uis qd a pietate fidei non discordat. Et tñ de his q̃ ꝑdicamẽtũ quãtitatis ac sit⁹ cõcernũt fm diuisionẽ lect. xxxiiij. premissam. ¶ Lectio. xliiij.

Expeditis vtcunq3 his q̃ fm ꝑdicamẽti quãtitatis habitudinẽ corp⁹ xpi respiciũt. Transeundũ est ad ꝑdicamẽtũ relatiõis: ꝛ inq̃rẽdũ de accidẽtib⁹ q̃ ante cõsecrationẽ panẽ ꝛ vinũ affecerũt ꝛ sensui apparent: vt3 colore: sapore: odore: q̃litatib⁹ ꝑmis tãgibilib⁹ põderositate ꝛ cetera cui subiecto inhereant: an sint sine subiecto? Inhesio em̃ respectiue dr: nec intelligi põt absq3 eo qd inheret: ꝛ eo cui inheret: hoc ẽ vt alij dicũt: sine fundamẽto ꝛ termino. Forma inherens fundamẽtum est: ꝛ subiectũ cui inheret termin⁹: ꝑmo itaq3 ea dicem⁹ q̃ certa sunt. Scdo q̃ nõ sicr ab olbus sunt opinata. ¶ Quo ad primũ q̃nq3 pono ꝓpositiones.

Prima ꝓpositio. Pria. Species panis ꝛ vini manẽt eedẽ post cõsecrationẽ q̃ fuerũt ante cõsecrationẽ. Spẽs sunt accidẽtia panis ꝛ vini: q̃lia sunt q̃litates sensibiles: color/ sapor/ odor/ q̃litates ꝑme tãgibiles: calor/ frigiditas/ humor siccitas/ raritas/ densitas/ figura/ quãtitas: ꝛ si q̃ sunt silia: pt3 illud p experientiã sensuũ. Sensus nãq3 circa ꝓpriũ obiectũ nõ decipit: ꝛ cum eadẽ appetit pri⁹ q̃ ante: si nõ sunt eadẽ illudit sensus. Cõtra illud beati Amb. ꝛ allegat magr dis. xij. iiij. senten. Nihil falsi putandũ est in sacro pietatis: sicut fit in magorũ ꝑstigiis: vbi delusione quadã fallunt oculi vt videat esse qd nõ est. Itẽ venera.

Hugo. Hugo de scto victo. lib. ij. de sacra. parte. viij. ca. vij. In sacro inquit: tria ibi discreta proponũtur.

In sacramẽto tria ibi discreta ꝓponũtur. Species rei visibilis: ꝛ ṽitas corporis: ꝛ virtus gratie spũalis. Aliud est em̃ visibilis spẽs q̃ visibiliter cernit. Aliud est veritas corporis ꝛ sanguinis que visibili specie credit. Aliud gratie spũalis q̃ sub corpore ꝛ sanguine inuisibiliter ꝛ spũaliter ꝑcipit. Qd em̃ videm⁹: spẽs panis est ꝛ vini: qd aũt sub specie illa credim⁹: verũ corpus christi est ꝛ ver⁹ sanguis. ꝛ paucis iterpositis. Et speciem q̃dẽ visibilẽ sacrm esse veri corpis ꝛ sanguinis veri. Corpus aũt ꝛ sanguinẽ sacrm esse gratie spũalis. Et quẽadmodũ spẽs illic cernit: cui⁹ res vel substãtia ibi esse nõ credit: sic res ibi veraciter ꝛ substantialiter ꝑsens credit: cuius spẽs non cernit. Videt em̃ spẽs panis ꝛ vini: ꝛ suba panis ꝛ vini nõ credit ꝛc. Ex quibus manifeste ht spẽs panis ꝛ vini q̃ sunt accidẽtia ꝑmanere in sacramẽto: imo ipsas esse sacrm. ¶ B

Scda ꝓpositio. Scda propositio. Accidẽtia illa cõsecratiõe facta nõ inherent sube panis ꝛ vini. Pt3: qꝛ panis ꝛ vini suba ibi nõ manet: vt. S. ꝓbatũ est: ꝛ vba Hugonis ꝑmissa satis innuũt.

Tertia ꝓpositio. Tertia ꝓpositio. Accidẽtia ꝛ spẽs sacramẽtales nõ inherẽt corpori ꝛ sanguini xpi nec eos afficiũt: nec denotant. Patet per magrm dis. xij. lib. iiij. sen. c. i. Ibi nõ est inquit substãtia nisi corporis ꝛ sanguinis dñici: q̃ nõ afficit illis accidentib⁹. Nõ em̃ corpus xpi talẽ in se h3 formam sed qualis in iudicio apparebit. Ite3 corpus xpi ad q̃litates sensibiles de nouo non alterat: qd tñ cõtingeret: si accidẽtia panis corp⁹ christi informarẽt. ¶ Item qualitates cõtrarie nõ sunt simul in corpore christi ꝛ eadẽ eius parte: sed qualitates panis ꝛ vini sunt cõtrarie: vt siccitas panis: humiditas vini: vt ad sensum pt3. Similiter contingit in qualitatib⁹ differẽtiarũ hostiarũ cõsecratarũ: ergo non sunt simul in corpore Christi.

Quarta ꝓpositio. ¶ Quarta ꝓpositio. Species ꝛ accidẽtia in sacramẽto non inherẽt aeri circũstãti tanq̃ subiecto. Probatur qꝛ nullum sacrm nec fm se totum: nec fm partẽ sui distat loco ꝛ situ a subiecto suo primo: sed ad sensum apparet ꝙ aliqua pars hostie loco ꝛ situ distat ab aere circũstãte: ꝛ a q̃libet parte eius: nõ ergo est in aere subiectiue. Conseqn̄tia nota cũ maiore. Minor patet de partibus interioribus specierũ que nõ tãgunt aerẽ. ¶ Item subiectũ accidẽtis nõ est locus accidẽtiũ: sed subiecti ꝛ accidẽtis sibi inherẽtis est idẽ locus. Aer aũt circũstans accidẽti est locus eorum: qꝛ terminus corporis cõtinentis accidẽtia. Etiã alius est locus aeris ꝛ alius loc⁹ specierũ: qꝛ alia ꝛ alia cõtinẽtia: nã aer cõtinet species: nõ aũt cõtinet seipsum. Qd vero subiectũ nõ sit loc⁹ accidẽtis patet: qꝛ locus situ distinguit a locato: ꝛ non est simul cũ locato penetratiue: quippe locus diuisus est a locato situaliter. iiij. Phys. Subiectũ aũt ꝛ accidẽs sunt simul: ꝛ ideo idem est loc⁹ substãtie ꝛ accidentis. Sicut locus lactis est etiã locus albedinis ac dulcedinis inherentis.

Quinta ꝓpositio. ¶ Ex illis sequitur ꝓpositio q̃nta: ꝙ accidẽtia que sunt spẽs sacramẽtales: nõ sunt in substãtia tanq̃ in subiecto. Patet: qꝛ nõ sunt in substantia panis ex propositione scda nec in substantia corporis christi ex ꝓpositione tertia: nec in substãtia circũstãtis aeris ex ꝓpositiõe quarta: nec põt ibi fingi alia substantia: sunt tñ ibi realiter ex ꝓpositiõe pria.

Dubium. Rñsio ad dubium p opi. ¶ C S3 restat dubiũ: an sint in aliquo subiecto accidẽtali. De illo sunt opi. Sunt em̃ q̃ dicũt solã quãtitatẽ posse esse sine subiecto: q̃litates ꝯo materiales: l3 possint esse sine subiecto subali p diuinã potentiã: nõ tñ sine subiecto accidentali. Inherẽt em̃ quãtitati tãq̃ subiecto imediato: sine quo ꝯseruari nõ pñt in esse. Cuius rõnem assignant: qꝛ sola quãtitas indiuiduatur per se: ꝛ ola alia accidẽtia p quãtitatẽ: ergo si aliqd accidẽs esset: ꝛ nõ in quãtitate: eẽt hec res: ꝛ nõ esset hec. ¶ Itẽ si esset albedo separata a quãtitate eẽt sensibilis ꝛ non esset sensibilis. Sensibilis: quia p se esset de tertia specie qualitatis. Et esset non sensibilis: qꝛ nõ quãtũ nõ potest sentiri: qꝛ idiuisibile sentiri nõ põt. De sensu ꝛ sensato dubitatione vltima: qualitas aũt nõ est diuisibilis nisi p quãtitatẽ. ¶ Item sine quãtitate albedo esset qualitas spũalis: qꝛ indiuisibilis ꝛ sine materia ꝛ quãtitate: ꝛ tñ esset qualitas corpalis: qꝛ de tertia specie qualitatis. ¶ Itẽ quarto si esset sine quãtitate: ꝛ p ꝯñs spũalis: nõ esset repugnãtia q̃n inesset spũi: ꝛ sic spũs posset esse albus. ¶ D Sed hanc opi. reprobat Sco. q. xij. dist. xij. similiter ꝛ ockam q. vij. quarti ostẽdentes ꝙ quodlibet accidẽs absolutũ per diuinã potentiã põt esse sine subiecto. Na3 essentialius depẽdet qualitas ad substãtiã tanq̃ ad subiectũ: q̃ ad quãtitatẽ: esto ꝙ etiã inheret quãtitati: qꝛ substãtia est primũ subiectum. Essentialior aũt est depẽdẽtia ad ꝑmũ q̃ ad aliquod posterius. Si ergo põt qualitas manere sine dependentia actuali ad substantiam multo magis põt esse sine dependentia actuali ad quãtitatem. ¶ Preterea magis dependet quãtitas

a substātia: q̄ qualitas a quātitate: ponēdo quā
titatē subiectū mediū inter substātiā ⁊ q̄litatē: sȝ
quātitas cōseruat̄ a deo sine substātia: ergo ⁊ qua
litas ꝯseruari pōt sine quātitate. Maior pȝ: quia
priorē ⁊ vehemētiorē influētiam hȝ cā prima sup
causatū: q̄ cā scđa: sȝ in genere cause subiectiue
sub̄a est causa prima: quātitas posterior ⁊ scđa.
¶ Preterea qualitas ꝑfectior est quātitate: ergo
si quātitati non repugnat esse ꝑ se: multo magis
nō repugnat qualitati. Qđ aūt qualitas sit per-
fectior quātitate: pȝ multipl̄r. Tum q̄ qualitas
est principiū agendi actione reali: quātitas non.
Non eñ est quātitas de virtutibus actiuis. Tūȝ
q̄ nobilioribus substātijs correspondent quali-
tates nobiliores: nec sic quātitas: q̄ nō opȝ nobi
liorē substantiā esse maiorē quātitatē: vt pȝ de
elemētis q̄ sunt quātitate maiora: ⁊ tñ ignobilio-
ra. Tū q̄ ꝑ qualitates sub̄e attingūt fines suos:
vt pȝ de accidentib⁹ beatificis nō ꝑ quātitateȝ.
Tum q̄ quātitas cōsequit̄ compositum rōne ma
terie: qualitas rōne forme. Forma autē simpl̄r ꝑ-
fectior est materia. Tū q̄ qualitates magis cōue
niunt cū ꝑfectione simpl̄r: vt sapiētia: intelligen-
tia: velle: quorū est eadē ratio formalis cū sapien
tia diuina ⁊c. qđ nullo modo quātitati cōuenit.
¶ E Igitur est alia opi quā puto verā: q̄ oē acci
dēs absolutū ꝑ diuinā potentiā esse pōt: ꝑduci ⁊
cōseruari sine subiecto: tam sub̄ali q̄ accidētali.
Uñ si ponit̄ quātitas accidēs mediū inter sub̄aȝ
⁊ qualitatē: pōt qualitas esse sine quātitate: sicut
quātitas sine substātia. Probatur: q̄ omne abso
lutū a quolibet alio absoluto realiter secūdū se ⁊
quodlibet sui distinctū: pōt deus separare ⁊ sepa
ratim cōseruare. Qđ probat̄: omnis res sufficiē-
ter dependet a suis causis. Quicq̄d eñ necessa-
rio requirit̄ ad esse alteri⁹: ita q̄ sine eo aliud esse
nō pōt distinctū ab eo essentialr̄: est cā eius in ali
quo genere cause: vt deduci pōt ex diffinitione
cause. Sed cuiuslibet cause extrinsece causalita-
tem pōt deus supplere. Res vero absoluta ſm se
⁊ quodlibet sui distincta ab alia: ⁊ qualibet eius
parte necessario ad esse alterius req̄sita est causa
ei⁹ extrinseca: siq̄dē sole partes rei essentialis: scȝ
materia ⁊ forma sunt cause cōpositi intrinsece: er
go eius causalitateȝ pōt de⁹ supplere ⁊ sine eo id
cui⁹ est cā conseruare. Uñ manifeste sequit̄ quod
quodlibet accidens absolutum a quātitate reali
ter distinctū: sine quātitate cōseruare: sil̄r sine
sub̄a ⁊ ita sine subiecto. ¶ Itē non plus includit
cōtradictionē vnū accidens absolutum esse sine
subiecto: q̄ aliud: ⁊ quantitatē esse sine subiecto
non includit cōtradictionem: ergo nec quodcū-
qȝ aliud. Consequentia nota cū minore. Maior
pȝ soluēdo rationes opinionis opposite. ¶ F Uñ
ad primā dr̄ q̄ fundat̄ in falso fundamento: nulla
eñ res indiuiduat̄ ꝑ aliqđ sibi extrinsecum: sȝ q̄li
bet seipsa est singularis. Etiam si ponerentur dif
ferentie cōtrahentes naturam ad singularitatē:
ille non erunt alterius generis: q̄ ſm sic loquen-
tes: sicut i quolibet genere est inuenire supremū
in illa coordinatiōe: ⁊ sil̄r genera ⁊ spēs medias:
ita est inuenire aliquod infimū per se in illa coor
dinatione de quo oīa ꝑdicantur ⁊ ipm̄ de nullo.
Ideo qualitates etiā si essent in quātitate: nō est
hoc per quātitatē formaliter: de quo alibi magis
tractādū est. ¶ Ad scđam dr̄ q̄ si albedo esset si-
ne quantitate: esset visibilis in potentia remota:
⁊ insensibilis in potentia propinqua: quia scđm
illam modū existendi: quo scȝ nō haberet parteȝ
extra partem dimēsiue nō esset visibilis: posset tñ
extendi: ⁊ sic esset visibilis in potentia ꝓpinqua:
et hoc sufficit vt sit de tertia specie qualitatis.
¶ Ad tertiā distinguitur: quia qualitas pōt dici
corꝑalis ⁊ materialis: vel q̄ nata est ꝑficere ma-
teriam ⁊ corpus: vel q̄ est extēsa aptitudinal̄r. i.
habet ptes q̄ psūt extēdi: vel tertio q̄ actu exten-
dit̄. Primis duob⁹ modis qualitas nō quanta:
nata tñ esse quāta: est corporalis ⁊ materialis: nō
tertio mō. Angelus aūt ⁊ intellectio ⁊ volitio nul
lo mō sunt corporalia. Angelus: q̄ nō hȝ partes:
intellectio et volitio etsi habēt partes graduales
tñ ſm illos nō sunt extensibiles: sed intensibiles.
¶ Ad quartā dr̄ q̄ sublata quātitate nō esset spi-
rituale: si spūale dr̄ non extēsibile: ⁊ esto qđ esset
spūalis: nō ideo sequitur q̄ posset inherere ange
lo: q̄ nō sola extēsio cā est quare nō potest subie-
ctari in angelo. Nā non quelibet qualitas potest
inherere cuilibet subiecto: sed ex natura propria
quedam sub̄e determināt sibi certas qualitates
quarū sunt receptiue: ⁊ quarūdā ex natura pro-
pria nō sunt receptiue: cui⁹ alia ratio danda non
est: nisi q̄ hec natura est hec. Sic lapis nō est re-
ceptiuus visionis: nec celū coloris: q̄uis ille qua
litates sint extense: ⁊ ita etiaȝ res spūales diuer-
sarū specierūȝ possunt sibi determinare aliquas
qualitates speciales specie differētes: quarū vna
potest perficere illā huius speciei ⁊ non aliā spiri
tualē substantiam alteri⁹ speciei. ¶ G Sed ad- Obiectio.
huc forte q̄s diceret: videt̄ simpl̄r impossibile ac-
cidens esse sine subiecto: tū q̄ accidens diffinit̄ ꝑ
subiectū: nūc autē impossibile est alicui cōuenire
diffinitū nisi cōueniat ei diffinitio: cū sint cōuer-
tibilia. ¶ Itē sicut sub̄a hȝ se ad esse per se: ita ac-
cidens ad esse in alio: sȝ impossibile est esse sub̄aȝ
⁊ non esse per se: igitur impossibile esset esse acci
dens ⁊ nō esse in alio. ¶ Itē tūc de⁹ posset facere
sub̄am sine accidente: ⁊ ita hoīem sine quātitate:
colore: figura: ⁊ ita sine carne ⁊ ossibus ⁊ sine or-
ganis. Consequēs videtur falsum: q̄ corp⁹ orga-
nicū est de essentia hoīs: q̄ aīa que est de essentia
hoīs diffinit̄ ij. de aīa. act⁹ corporis organici. Nō
igitur pōt esse nisi in corpore organico. Probat̄ cō
sequētia: q̄ caro ⁊ ossa ⁊ organa non distinguunt̄
nisi accidentaliter. ¶ Itē tunc deus posset face-
re intellectionē ⁊ volitionē sine subiecto: q̄ vtra-
qȝ est accidens absolutū: preterea tūc posset etiā
accidēs respectiuū esse sine subiecto. Cōsequens
falsuȝ: q̄ nō pōt intelligi sine fundamēto ⁊ termi
no: multo minus esse. Probat̄ tñ illatū: q̄ oēs rōes
nes adducte ad probandū q̄ accidēs absolutum
pōt esse sine subiecto: equal̄r ꝯcludūt de accidēte Rn̄sio ad primā obiectionem.
respectiuo: q̄ subiectuȝ respect⁹ hȝ rōnem cause
extrinsece respectu relatiōis: ⁊ illam pōt de⁹ sup-
plere: nā subiectū seu fundamentū nec est relatio
nec pars eius. ¶ Item simitas est accidens nasi
et non videtur posse fieri sine naso. ¶ H Ille ob-
iectiones mote sunt propter infideles ⁊ philoso-
phos: qui specialiter propter hūc articulum in-
uehere solent cōtra fidem et eam deridere. Ideo
ad primam respondeo: quod accidens diffinitur
per subiectū non in actu: sed in aptitudine: hoc
est quod accidēs non diffinitur esse res que actu
inheret: sed que naturaliter apta nata est inhe-
rere: ⁊ hec diffinitio ꝯuenit accidenti siue inhe
reat siue non: et est conuertibilis cum accidente:
quia non potest esse accidens quin natum sit in-
herere. Hec responsio est de mente sancti Bona
uen. in quarto distin. xij. qđ. j. ¶ Ad secundum di
citur quod maior non est vera: nisi esse in alio di
cat aptitudinem ad inherendum. Sic verum est
sicut substantia totalis est per se: idest non apta
nata inherere. Si autem vtrunqȝ dicit actum:

non est

nō est bona diuisio entis: in ens per se: ⁊ ens per accidēs. ¶ Preterea esse ꝑ se: non videt̄ substātie esse essentiale: nec ē de ei⁹ rōne formali: quia nō conuenit materie nec forme substātiali: q̄ tñ vere sunt substātie ꝯm phm in p̄dicamētis. Nō ꝯtrarī bēt vos partes substātie ⁊c. Itē nō videt̄ plus repugnare totali substātie inherere alteri: q̄ supponitari ab alio. Neqȝ eñ per se est q̄ alio supponitatur: ideo sicut nō implicat ꝯtradictionē q̄ ꝑsona extrinseca terminat esse suppositale substātie totalis: ita nō vr̄ implicare q̄ substātia totalis quātū ad esse suum ꝑ se depēdeat ad aliud: lȝ sibi [illegible] nia sine alio eē ꝑ se: sicut esse suppositale ꝯuenit substātie ꝑ se: ⁊ tñ pōt quantū ad illud esse depēdere ad aliud. Si hoc nō placet: sufficit solutio prima. ¶ Ad tertiū ꝯcedit̄ q̄ deus posset substantiā facere sine accidēte: ⁊ cū infertur de hoīe sine qualitate ⁊ figura: ꝯcedit̄ quantū ad figuram et quantitatē: ⁊ cetera accidentia. Sed de organis carne ⁊ ossibus dr̄. Si illa distinguuntur per formas substātiales diuersarū rationum: sic hō sine illis esse nō posset. Nō eñ est hō sine forma sensitiua: vegetatiua: intellectiua ⁊c. siue sit vna siue plures. Si aūt tñ distinguūtur ꝑ dispositiōes accidētales: ꝯceditur: q̄r hoc nullā implicat ꝯtradictionē: vñ pōt hoiem cōseruare sine manibus et pedib⁹: immo sine capite qđ est ꝓncipiū membrorū. Vñ legitur de sctīs Albano ⁊ Dionysio: q̄ decollati capita sua manibus portarūt ꝑ lōga spacia ad locū sepulture: ⁊ si ad tps vixerūt sine capitibus: potuerūt sīr viuere per miraculū per tempus quantūlibet magnū. ¶ I Ad quartū ꝯcedit̄ illatū: nō eñ plus repugnat diuine essentie ꝓducere aut conseruare accidēs spūale sine subiecto q̄ materiale. ¶ Ad quintū dicerēt q̄ negarēt oēs respectus: q̄r ratio illa falsum supponit. Supponit eñ esse aliquas res respectiuas distinctas ab absolutis: qđ illi nō admitterent. Scđm illos vero q̄ admittūt hmōi res paruas respectiuas hñt cōsequēter dicere q̄ non possunt esse sine fundamentis ⁊ terminis: q̄uis sint extrinseci respectiui. Cuius ratio est: q̄r respect⁹ est essentia quedā: vel natura cuius essentia est habitudo inter duo extrema: ⁊ vtrūqȝ extremoꝝ est de rōne essentiali respectus: ideo tollere alterum extremum siue terminū siue fundamētū: est tollere essentialē rōnem respectus: ⁊ ita destruere naturā eius. Unde non q̄r respectus est accidēs: ideo reqrit subiectū vel fundamentū: sed q̄r respectus est respect⁹: ideo requirit cui⁹ sit ⁊ ad q̄d sit: etiā in diuinis vbi nō est accidēs: ⁊ ideo licet de⁹ supplere posset causalitatē fundamēti ⁊ termini: vt si respectus esset a solo deo causaliter effectiue: nō posset esse respectus sine illis: q̄r eius natura essentialiter depēdet ab illis: nō sic q̄cūqȝ res absoluta dependet a causis extrinsecis scđis. Fortassis etiā dici posset: q̄ de⁹ posset respectū cōseruare absqȝ inhesione: sed nō absqȝ extremis: ⁊ propter hāc rōnem nonnulli negāt respectus. ¶ Ad vltimum de finitate nasi dr̄: q̄ finitas nō est accidēs absolutū distinctū a naso: sicut nec ḡnaliter figura a re figurata. Sed isti termini finitas: figura ⁊c. sunt termini connotatiui: connotātes certū ordinē partium rei extense: qui ordo nō est accidēs distinctū a partibus ⁊ a toto: sed partes ipse sic vel sic distantes ⁊ ꝓpinque: ⁊ ideo q̄nqȝ predicātur de re: q̄nqȝ non: ideo dr̄r. accidentia non realia sed logicalia .i. nō res alie significate: scȝ partes substantiaꝝ: sed ꝯcept⁹ hec representātes sunt accidētia idest accidētaliter p̄dicabiles. Hec de possibili.

Dubium. ¶ R Sed q̄d de facto: an oīa accidentia panis ⁊ vini sint sine subiecto: an vnū accidēs inhereat alteri i sacro.

Rñsio ad dubium. Ad hoc ꝯm diuersimode opinantes de quātitate diuersimode rñdet̄. Nā tenētes quātitatē nō distingui a re quāta: sed quālibet rē extēsam: ꝑ suas partes ⁊ non per accidēs superadditū extensam: quā opinionē tenet ockā: ꝯsequenter habent dicere q̄ oīa accidētia sint simpliciter sine subiecto q̄r non est ibi quantitas aliqua distincta a qualitatibus ⁊c. sed quelibȝ q̄litas puta albedo. sapor ⁊c. est suamet quātitas: ⁊ cū qualitas nō sit in q̄titate: manifestū est q̄ nulla qualitas est in quātitate: ⁊ per ꝯñs q̄libet qualitas simpliciter est sine subiecto. ¶ Qui vero tenent q̄ quantitas sit accidens absolutū: possent adhuc dupliciter dicere. Vel q̄ sola quantitas sit simpliciter sine subiecto cetere qualitates sint in quantitate tanq̄ in subiecto proximo vl' immediato. Aliter q̄ sicut quātitas est simpliciter sine subiecto: ita ⁊ cetera accidētia. ¶ Cōsequēter q̄ q̄litates materiales in q̄cūqȝ corpore sunt: sunt immediate in materia siue substātia tanq̄ in subiecto: ⁊ nō in quātitate: extendūtur tñ ad extēsionē subiecti. Vñ primo subiectū extendit̄ per quātitatē sibi inherentē. Cetera accidētia per eandē quantitatē sibi in eodem subiecto coexistentē. Et nō oportet dicere ad saluandā accidentiū extēsionē: q̄ inhereāt quātitati: sed sufficit q̄ coexistat eis quātitas in eodē subiecto: ꝑ quā habent partes extra partes. ¶ L Et hoc dictū: scȝ q̄ accidētia oīa sint ꝑ se in sacro sine subiecto: magis videt̄ posse probari autoritatibus originaliū doctoꝝ. Nam magister in. iiij. dist. xii. Si q̄rit̄ inq̄t: de accidētibus q̄ remanent: scȝ de specieb⁹ sapore ⁊ pondere: in quo subiecto fundent̄: potius mihi videt̄ fatendū esse sine subiecto: q̄ in subiecto. Nec valet hec euasio si dicet̄ q̄ vult q̄litates nō sint i aliqua substātia: ꝑ eo q̄ magister q̄si rōnē sui dicti: q̄re qualitates nō sint in subiecto assignās subdit: q̄r ibi nō est substātia nisi corp⁹ ⁊ sanguis dñi: q̄ nō afficit̄ illis accidētibus. Hec rñsio nō sufficit: q̄r nunq̄ dici pōt accidens sine subiecto: q̄diu subsistit in suo subiecto primo ⁊ immediato: iō qualitates nō ꝑñt dici esse sine subiecto si sunt in quātitate: q̄r quātitas est subiectū immediatū earū. Nec possent dici subsistere per se si essent in quātitate. Sed magister vbi prius loquēs de qualitatib⁹ de quibus prius dixit q̄ sunt sine subiecto: dicit. Remanēt illa accidētia ꝑ se subsistētia ad mysteriū ritū: ad gustus fideiqȝ suffragiū: q̄b⁹ corp⁹ xp̄i habēs formā suā ⁊ materiā tegit̄: ⁊ subdit. Ne mireris vel insultes si ibi accidētia videātur frāgi: cū ibi sint sine subiecto. ¶ Itē ecclesia solēnizans festū corꝑis xp̄i legit sic. Accidētia sine subiecto in eodē existūt: vt fides locū habeat dū visibiliter inuisibile sumit̄ aliena specie occultatū: ⁊ sensus a deceptione immunes reddātur: q̄ de accidētib⁹ iudicāt sibi notis. Ecce ḡnaliter de accidētibus sensibilibus loquit̄ q̄ illa sine subiecto existūt. Nec ꝑsūmo q̄ reperit̄ ab aliquo sanctorū patrū originaliū doctorū traditum: sed nec a pho q̄ accidētia aliqua: scȝ qualitates sint in quantitate tanq̄ in subiecto: magis philosophus ad oppositū loquit̄: vñ. iiij. Metaphy. Accidēs non accidit accidēti: nisi q̄r ambo accidūt eidem subiecto. Nihil eñ hoc illi magis q̄ illud huic. Similiter in p̄dicamento substātie dicit. Maxime ꝓpriū est substātie: cum sit idē numero: ꝯm sui mutationē esse susceptiuū cōtrariorū. Si ergo accidēs puta quātitas etiā susciperet cōtraria accidētia ꝯm sui mutationē: nullo mō esset ꝓpriū subē: q̄r nec oī: nec soli ꝯueniret: vñ cū dicit q̄ maxime ꝓpriū est subē ⁊c. per

iiij. Meta.

hoc videtur velle substantiã ab oibꝰ separare: quasi per illud qđ soli substantie cõuenit: ȝ vtraqȝ au-toritatũ phi ab alijs exponat ⁊ glosetur: ⁊ ex intẽtio ne probat ꝙ nõ ꝯuenit quãtitati: replicat enĩ de oratione quã ponit speciẽ quãtitatis: ꝙ et insint ꝯtraria fm sui imutationẽ: scȝ verum ⁊ falsum: et soluit concludens ꝙ suscipe ꝯtra soli substãtie sit propriũ ⁊ nõ alteri conueniat. Hec de respiciẽti-bus predicamentũ relatiõis. ❡ M Quantũ ad ea q̃ respiciũt pdicamẽtũ qualitatis occurrit du-plex ꝯsideratio. Una de qualitatibꝰ panis ⁊ vini remanentibꝰ. Altera de qualitatibꝰ substãtiam corpis xpi ꝯcomitãtibus: ⁊ de vtrisqȝ põt esse ꝯsi-deratio: vel quoad se vel in ordine ad operatiões earũ ⁊ passiones. Scđa ꝯsideratio locũ hẽbit seq̃n ti lectiõe: vbi dicetur: de his q̃ respiciũt predicamẽ-ta actiõis ⁊ passiõis. ❡ Quoad prima videndũ est vtrũ oẽs qualitates substãtie panis ⁊ vini in-herentes añ ꝯsecrationẽ: maneãt facta ꝯsecratio ne. Et ibi dr ꝙ nulla qualitas accidentalis q̃ fuit in pane ⁊ vino ante ꝯsecrationẽ: mutatur quãtũ ad suũ esse per ipsam panis ⁊ vini ꝯuersionem. Ma-nent enĩ oẽs qualitates q̃ fuerunt in pane ⁊ vino etiã post ꝯsecrationẽ in eisdẽ sitibꝰ: sed nõ in eisdẽ subiectis: sicut prius: istud satis propõne prima presentis lec. declaratũ est. ❡ Et dr notãter: non mutantur p cõuersionẽ: qr fieri pñt mutationes illarum qualitatũ fm diuersas spẽs mutationis. Possunt enĩ intẽdi: possunt remitti: rarefieri: cõ-densari: ꝯgelari ⁊c. vt experiẽtia docet: sed he mu-tatiões nõ fiũt virtute ꝯuersionis: nã ꝯuersio il-la est trãssubstantiatio: vt. s. dictũ est: in qua sola substãtia desinit esse nõ accidẽtia. Ubi aũt accidẽ tiũ mutatiões fiãt: dicetur lectiõe seq̃nti. ❡ N De qualitatibꝰ corporis xpi dictum est. s. lec. xlij. Et põt summarie repeti: ꝙ oẽs qualitates: imo oĩa accidẽtia absoluta corpori xpi in celo inherentia quorũ rõnibus formalibus modus existendi sub sacramẽto diffinitiuꝰ nõ repugnat: inherẽt etiaȝ corpori xpi sub sacramẽto: ⁊ quĩ ille modus existẽ di qualitatibꝰ nõ repugnat non plus q̃ substan-tie: ideo concomitãtur corpus xpi in sacramento qualitates sue oẽs. ❡ Ad hoc posset adduci con-gruentia. Nam corpus xpi gloriosum resurgens ex mortuis nõ moritur: deponẽdo animã que est vita: ita nec moritur deponendo aliq̃ perfectio nẽ vel gliam corporis. Moreretur aũt illi pfectioni qualitatiue quã deponeret in sacro. Sic enĩ mo-ri dicitur res ei a quo separatur: fm quẽ modũ loqui-tur apostolus ad Roma. vi. Existimate vos esse mortuos pctõ: viuẽtes aũt deo in xpo iesu. ❡ Pre-terea sicut in naturalibus nihil ponitur frustra: ita nec in gratuitis: ⁊ maxime in sacramento salutis nihil aũt pficeret saluti vtentiũ hoc sacro dimis-sio cuiusqȝ qualitatis corpus xpi pficientis: ideo nõ est asserendũ: vt etiã. s. tactuȝ est lec. xlij. Nec obstat ꝙ figura corporis xpi: ⁊ quantitas nõ ma-nẽt fm aliquorũ opinionẽ: qr ille repugnãt modo existendi in sacro: q̃ multũ vtilis est ⁊ magnum si dei fructũ parit: dum presentie corporis xpi nul-lã habemus experiẽtie euidentiã: sed simpliciter credimꝰ in obsequiũ xpi intellectũ nostrũ capti-uantes. ❡ O Sed diceres cõtraria non sunt: si-mul ẽt in hoc sacro. Qualitates autem panis et vini contrarie sunt qualitatibꝰ corporis xpi: nõ ergo erũt simul cũ speciebus sacramenti. Ad hoc dr ꝙ qualitates ꝯtrarie non sunt simul in eodem subiecto: nõ aũt simplr repugnat eas simul esse in eodẽ loco. Nulle enĩ qualitates ꝯtrarie sunt in eodẽ subiecto adequate in sacro: nam qualitates ꝯtrarie panis ⁊ vini nõ sunt simul neqȝ subiecto: nec sunt nec loco. Sed qualitates panis ⁊ vini ꝯtrarie q̃li-tatibus corpis xpi sunt simul cũ illis loco nõ sub-iecto: ille enĩ sunt sine subiecto: iste sunt in corpe xpi subiectiue. Silr qr membra corpis xpi sunt si-mul in qualibet parte hostie etiã qualitates mẽ-brorũ sunt simul: ⁊ tñ alique sunt ꝯtrarie: puta fri-giditas cerebri: ⁊ calor epatis: nõ tñ sunt in eodẽ subiecto. Nam mẽbra manent distincta quibus inherent qualitates cõtrarie. Et hec breuiter cõ-memorata esse sufficiat: qr partim in precedenti-bus habita sunt: ⁊ cetera sequentibus reseruantur.

Margin: Questio. Rñsio ad questionem. — Rom. vi. — Ad rom. vi. — Obiectio. Rñsio.

❡ Lectio. xlv.

A



On sequenter considerandum est de actione ⁊ pas-siõe que fiũt aut fieri pñt p vel cir-ca qualitates tam sen-sibiles in sacro q̃ insensibiles corpus xpi afficiẽtes. Prio aũt de q̃-litatibꝰ sensibilibꝰ sine subiecto remanẽtibꝰ videndũ ẽ: vtrũ possunt hẽre oẽȝ actionẽ: quã hẽre pote-rũt in subiecto. Ac deinde an oĩs trãsmutatio pas-siua possit causari ab agẽte naturali circa accidẽ-tia in eucharistia manẽtia q̃ fierẽt si essent in sub-iecto. ❡ Circa primũ aduertendũ ꝙ triplex actio põt ꝯuenire accidẽtibus. Una respectu substãtie generãde: ⁊ hec respectu accidẽtis pducẽdi: vna respectu cognitiõis causande in potẽtia cogniti-ua: altera realis in passiuȝ hñs realr ꝯtriũ. ❡ Quã-tũ ad primũ est quorũdã opinio ꝙ accidẽs separa-tũ nõ põt esse pncipiũ generãdi substãtiã: nec pn-cipale nec instrumẽtale: sȝ nec corrũpẽdi substan-tiã: intm̃ ꝙ si tota substãtia ignis in sphera sua de-strueretur: remanẽtibꝰ oĩbꝰ accidẽtibꝰ: ⁊ ita maxio calore: gutta aq̃ ibi posita nũq̃ corrũperetur ab il-lis: qr sicut gñatio substãtie: ita ⁊ corruptio eius nõ põt fieri nisi a substãtia. Huiꝰ pncipale moti-uũ est: qr totale causans nõ põt eẽ imperfectiꝰ cau-sato. Cũ ergo spẽs essent totale agẽs: nõ enĩ cum eis ꝯcurrit aliq̃ substãtia: cũ substãtia panis ⁊ vi-ni nõ sint: nec alia: ergo spẽs q̃ sunt accidẽtia nõ pñt esse cãe respectu substãtie generãde vel corrũ-pende. Qđ nõ corrũpẽde: qr nihil põt corrũpere substãtiã nisi hẽat virtutẽ pducẽdi substãtiã: ⁊ p hoc pȝ fm illã opi. ꝙ spẽs sacrales nõ pñt pduce-re substãtiã in q̃cũqȝ materia: ⁊ hec est opi. Sco. dist. xij. q. iij. quarti scripti. ❡ Alr opinatur btũs Tho. in. iiij. scripto ea. dist. q. i. quã Sco. vbi. s. re-citat ⁊ iprobat. Tenet aũt ꝙ spẽs in virtute forme substãtialis pñt agere ad formã substãtialẽ tanq̃ ad terminũ sue actiõis: quã virtutẽ receperunt a forma panis ⁊ vini: dũ prio in pane pducte sunt ⁊ vino: q̃ virtꝰ in eis manet desinẽtibꝰ pane ⁊ vino sicut eis manet idem esse quod in eis receperũt. ❡ B Sed quicquid sit de illis opinionibus: po-test hic dici post Guil. ockã: ꝙ accidens potest eẽ causa partialis substantie generande et corrum-pende tam coniunctum q̃ separatum: nec opor-tet refugere ad virtutem a substantia receptam. Sed hoc conuenit sibi a propria natura. Nã ea-dem ratione

Margin: Actio triplex põt cõuenire accidentibus.

dem ratione: qua persuadetur substãtiam esse cau
sam substãtie: eadẽ etiã ꝓbatur accidẽs esse causaꝫ
substãtie licet neutrũ põt demõstrari: nam sicut
ad ꝑsentiã substãtie sequitur productio vel corru-
ptio substãtie: q̃ non corrũperetur vel ꝓduceretur in
ei9 absentia: ꝛ ideo substãtia dr ꝓductiua vel cor
ruptiua substãtie: vt pꝫ de igne ꝓducẽte ignem ꝛ
corrũpẽte aquã. Sic etiã ad ꝑsentiã caloris ꝓdu
citur ignis ꝛ cõsumitur aqua: qð nõ fieret sine presen
tia caloris: immo aliq̃ñ ad presentiã caloris sine
igne ꝓducitur ignis: vt in motu forti cõfricatiõis:
vt in molẽdinis nõnũq̃ ꝯtingit: nũq̃ aũt ad ꝑ-
sentiã ignis sine calore. Nec aliqua alia via põt
ꝓbari aliq̃d esse causam alteri9. Verũ rõ non de
mõstrat: q2 instãtia est de aïa intellectiua: q̃ a so-
lo deo causatur: ꝛ tñ ꝓductionẽ ei9 ꝑcedit ꝯmixtio
maris ꝛ femine sicut in gñatiõe bruti: vñ si eẽt hec
materia informata forma ignis: ꝛ alia esset infor
mata forma aque sine oïb9 accidẽtib9 hinc inde:
tũc posset q̃s experiri certitudinaliter: vtrũ sub-
stantia generaret substãtiã sine accidẽtibus: ꝛ si
sic: tũc posset sustineri q accidẽtia nõ essent cau
se partiales illi9 generationis substãtie. Si nõ:
tũc necesse foret ponere q accidẽtia essent cause
ad minus partiales substãtie: sic etiã si ad ꝑsen-
tiam accidẽtiũ separatoꝝ ꝓduceretur substantia:
posset certe sciri q accidẽtia ꝓducerẽt substãtiã
principaliter sine substãtia cõcurrẽte: sed q2 nul
libi est inuenire substãtiã sine accidẽtib9 nec ac-
cidẽtia extra substãtiã naturaliter: ideo certitu-
do haberi nequit. ¶ C Neq videtur posse demon
strari ex se notis: q aliqua creatura causet quẽ-
cunq effectũ efficiẽter: q2 posset ꝯterniens dice-
re: q oïs effect9 positiuus immediate est a solo
deo: q̃tũcũq cõcurrũt cause scðe: sicut dr de ꝓ-
ductione aïe intellectiue: cui posset applicari il-
lud apl̃i. Ego plãtaui: apollo rigauit: de9 aũt in-
cremẽtũ dedit: quasi diceret. Etsi a creatura acti
ua passiuis applicantur: de9 tñ est q̃ operatur oïa in
oïb9. Et posset rõ addi: q2 sine deo nihil ꝓduci-
tur: vt patet in igne chaldeoꝝ pueros nõ cõburẽ
te: ꝛ in simılib9 multis miraculis: et ipse solus in
principio creationis mũdi oïa ꝓduxit. Ideo vi-
detur q eque ꝓbabile est accidẽtia partialiter pro
ducere substantiã: sicut q substãtie ꝓducãt sub-
stãtias: cũ neutrũ sine altero ꝓducit. ¶ Nec rõ
Scoti aliquid ꝓbat: q2 admisso q causa totalis
nõ sit imperfectior causato: nõ sequitur ideo q cã
partialis nõ possit esse imꝑfectior causato. Nul
la aũt creatura põt esse causa totalis efficiẽs cu-
iuscũq effect9 q2 de9 est causa ꝑncipalis cuiusli-
bet effectus positiui: qui sine alterius cause con
cursu põt ꝓducere effectũ: ꝛ nulla causa scða si-
ne ea: ideo in oï actione cause totalis efficiẽs est
perfectior causato: ꝓpter deũ ꝑncipaliter cõcur
rentẽ. Et si illa ꝓpositio q causa nõ est imperfe-
ctior causato: restringeretur ad causas scðas: tunc
patitur multiplicẽ instantiã: vt pꝫ de productione
aïaliũ ex putrefactione: vbi nõ concurrit animal
viuẽs. Et si dicitur q cõcurrit celũ: celũ nõ est per-
fectius essentialiter viuẽte: fm beatũ Aug. dicen
tem: q viuẽtia in perfectione ꝑponuntur nõ viuẽ-
tibus. ¶ D Per hoc ad ꝓpositũ dicitur post Ale-
xan. de ales parte. iiij. q. xl. arti. j. mẽ. ij. §. ij. q spe
cies sacramẽtales habẽt eandẽ virtutẽ agẽdi in
materiã exteriorẽ: quã haberẽt si essent cõiuncte
substãtie panis ꝛ vini. Ad hoc allegat Alex. In-
no. dicentẽ. Species pur sunt mirabiliter nõ pri
uantur virtute nec ꝓprietatibus naturalibus na-
turaliter exeunt in huiusmodi opera: q2 eis sunt
ꝓpria per naturã: ꝛ per hoc patet q species tãq̃

Margin notes (left column): j. Cor. iij. — Danie. iij. — Augusti. — Innocen.

obiecta possunt ꝓducere sensationẽ sui cũ potẽ-
tia: puta videri possunt: odorari: tãgi ꝛc. q2 ad il-
las actiones nihil cõfert subiectũ. Non eñ sen-
tiuntur ꝓpter subiectũ: sed ex propria natura sunt
qualitates sensibiles. Suo modo dicendũ est de
accidẽtib9 realibus. Põt eñ caliditas hostie ꝓ-
ducere caliditatẽ in aere circũstãte: aut alio tan
gente: humiditas humiditateꝫ naturaliter. Sic
ergo patet q species ille agũt naturaliter ad pro
ductionẽ substãtie: ꝛ ei9 corruptionẽ: vt ad corru
ptionẽ musce cadẽtis in calicẽ: ad generationeꝫ
gutte aque ex aere: si species panis essent cõgela
te ꝛ stube calide illate: possunt ꝓducere qualita
tes reales: similiter ꝛ spirituales in potẽtia sensi
tiua ꝛ intellectiua tãq̃ obiecta. ¶ Et notãter ad
ditũ est in materiã exteriorẽ: quia an species ille
seipsas alterari possunt: hoc est vna aliã corrũpe
re: ꝛ aliã in locũ corruptũ adducere: vt si species
panis cõgelate mitterentur in vini species cali-
das: an species vini remitterẽt frigiditatẽ et pro
ducerẽt caliditatẽ in particula cõgelata: dicetur
statim infra. ¶ E Per hoc cõsequẽter dicit Ale-
xan. q. xl. parte. iiij. ar. ij. mẽ. ij. §. ij. ꝛ post eũ san-
ctus Bona. q species vini inebriare possunt: lꝫ
nõ possunt naturaliter reficere vel nutrire: vñ di
cit. Virtus naturalis relicta in specieb9 natura-
liter põt immutare sensus: vñ bñ cõcedo q virt9
vini mirabiliter relicta in specie põt naturaliter
agere in gustum: ꝛ in tãta q̃titate posset sumi: q
inebriaret naturaliter. Virtus enim hmõi q2 est
naturaliter diffusiua: põt se naturaliter diffunde
re per aerẽ vsqꝫ ad cerebrum ꝛ perturbare spm̃: ꝛ
sic inebriare: sicut etiam qñqꝫ ex forti odore vini
quidã inebriantur: qui tñ vinũ nõ biberunt. Et ad
hoc adducitur illud qð habetur in textu ꝛ in gl. q ali
qui inebriati sunt ex vsu specierum: quos notat
apl̃s cũ dicit. Alius quidẽ esurit: alius aũt ebri9
est vbi glo. Notat eos q̃ munera: que offerebant
altarib9 ꝓ sacrificio cõficiẽdo peracto illo sibi re
sumebãt: nec alijs nõ habẽtib9 cõicare sinebant:
sed soli sumebãt: vt inde etiã inebriarentur alijs
esuriẽtibus. Hec glo. Nõ tamẽ naturaliter refi-
ciũt ꝛ nutriũt: nã refectio est qñ loca euacuata ꝑ
caloris naturalis actionẽ replentur nutrimẽto di-
gesto: ꝛ sic ꝑcedit nutritionẽ. Nutritio dicitur qñ
alimentũ simile factũ vnitur alẽdo: ꝛ informatur for-
ma partiali viuẽtia. Hec ergo refectio ꝛ nutritio
fieri nõ potest ex solis speciebus ꝛ accidẽtib9: de
quo statim dicetur. ¶ F Nunc de mutatione passi
ua: que fieri potest circa illas species. Quedam
mutationes fieri possunt in speciebus manente
nihilominus eucharistia. Quedaꝫ fieri possunt
circa species propter quas desinit esse euchari-
stia: que autẽ sint ille vel iste: notari põt per hãc
regulã. ¶ Per nullã trãsmutationẽ factam circa
species sacramẽtales desinit esse corpus Christi
sub eisdẽ: cũ qua maneret substãtia panis aut vi
ni si nõ fuisset facta ꝯuersio: ꝛ quãdocũqꝫ fit trãs
mutatio circa species sacramẽtales per quã cor
rumperetur panis substãtia aut vini si essent desi-
nit esse corpus xp̃i in eo instãti in quo desineret
panis aut vinũ. Instituit eñ deus sub euchari-
stia. i. sub speciebus panis ꝛ vini: quam ex nimia
charitate dedit spõse sue ecclesie: tãdiu cõserua-
re species eisq succedẽtes sine subiecto: et sub il
lis ac quibuscunqꝫ in locũ earũ succedẽtib9 pre-
sentiaꝫ sui corporis ꝛ sanguinis exhiberet q̃diu
sub illis maneret substãtia panis ꝛ vini: si cõuer
si nõ essent. ¶ Secũda regula. Deus ea volũta-
te qua eucharistiam esse voluit in ecclesia dispo
suit oẽs trãsmutatiões ꝛ effectus circa illas spe-

Margin notes (right column): j. Cor. xj. — Attẽdeð refectione et nutrinõe.

cies p̄sente actiuo naturali causare immediate: ad quos agēs naturale ꝓpter subiecti defectum nō pōt attingere: quos tñ agēs naturale causaret si substātia cōuersi ꝑmaneret: ⁊ hoc nō nouo miraculo: sꝫ volūtate qua instituit eucharistiā: ne si species viderent̄ intrāsmutabiles: meritū fidei euacuaret̄. Uoluit eñ dn̄s vt nulla naturali experiētia ꝓbari posset p̄sentia sui corporis sub istis speciebus: sed sola fides cerneret vt͞n meriti sui fructū reportaret. ℭ G Et ideo oēs transmutationes que fierent naturaliter circa istas species: siue in subiectis: siue in q̄titatib⁹: siue qualitatib⁹ per ꝑnationē: corruptionem: alterationē rarefactionē: vel ↄdēsationē si nulla facta fuisset ↄuersio: et nūc fiūt facta ↄuersione q̄dā a causis naturalib⁹: q̄dā a solo deo immediate supplente actionē causaꝝ naturaliū: nec per hoc aufert de⁹ ab agēte naturali suā ꝓpriā actionē. Nō eñ aufert q̄ sibi cōpetere possunt: scꝫ trāsmutatiōes de forma in formā existēte subiecto: terminos hmōi trāsmutationū deserēte. Actiones aūt q̄ naturalib⁹ agētib⁹ cōpetere non possent: scꝫ vbi non est subiectū vtriusq̄ termini trāsmutationis ꝓpter desitionē substātie panis ⁊ vini ↄuersoꝝ: illā sua potētia immediate supplet siue nouo: siue antiquo miraculo parū refert. Nō eñ de⁹ laborat faciēdo miracula ad suoꝝ salutē fideliū. Si eñ effectus sup naturā a deo immediate ꝓductus de nouo: ideo dicit̄ nouū miraculū q: nō ꝓducit̄ volūtate noua: sꝫ volūtate antiqua: cū ex parte dei nulla sit volūtas noua: sed q̄cūq̄ de nouo fiūt a deo: sunt ab eterno immutabili volūtate volita: nullū erit miraculū nouū. Si ꝟo dicit̄ nouū miraculū: q: effect⁹ nou⁹ est: totiēs fiūt a deo miracula noua: quotiēs a deo ꝓducit̄ effect⁹ imediate supra naturaꝫ. ℭ H Pōt addi tertia regula. Nulla trāsmutatio acq̄sitiua pōt fieri a cā naturali nisi in subiecto presupposito. Patet: q: nisi sic: creatura posset creare: q: quicq̄d ꝓducit̄ ⁊ nō de potētia subiecti: creat̄: nā qḋ nō ꝓducit̄ de potentia subiecti: ꝓducit̄ de nihilo: qḋ vero de nihilo ꝓducit̄: creatur ſm magistrū dist. j. Q: in hoc discernit creare a facere: q: creare est aliq̄d de nihilo ꝓducere. Facere vero aliq̄d ꝓducere siue de nihilo siue de subiecto p̄supposito.

Differunt creare et facere.

ℭ Dicit̄ notanter: nulla trāsmutatio acq̄sitiua: q: ſm Guil. ockā. Trāsmutatio deperditiua fieri potest nullo etiā p̄supposito subiecto. Creatura eñ ſm cū: licet nō possit creare: pōt tñ annihilare. Cui⁹ rationē in suo quarto scripto. q. vij. assignat: q: q̄si agēs naturale equaliter et indifferenter se hꝫ ad multa seu infinita sub aliqua specie causabilia: equaliter: vel eque primo facit oīa vel nullū. Cuꝫ autē agēs creatum equaliter ⁊ indifferēter se habeat ad oēs effectus causabiles in aliqua specie: puta ad infinita indiuiduꝰ sub specie humana: et q: oīa creabilia sunt purum nihil: nō plus appropinquat vnū creabile agēti naturali: q̄ aliḋ: et per cōsequēs equaliter oīa talia respicit: et ita si posset creare: rō assignari nō posset quare pl⁹ crearet vnū: q̄ mille: immo q̄ infinita. Q: autē creatura nō pōt simul creare infinita nō pōt aliquid creare. Agens autē naturale aliter respicit vnū annihilabile q̄ aliud: eo q̄ quodlibet eoꝝ est in actu: ⁊ vnū potest plus appropinquare agēti naturali q̄ aliud: ideo plus potest annihilare vnū q̄ aliud. Unde mirabile aūt videt̄: si modicū frigus separatuꝫ approximaret̄ maximo igni: q̄ ignis ille nō posset illud frigus modicū destruere. Non potest autē destrui nisi per annihilationem. ℭ Uerū illa ratio videt̄ eque ꝓcedere de generatione forme de potentia subiecti: ideo sicut ibi dicit̄: ita in ꝓposito: q̄ causa naturalis determinat̄ quoad indiuiduū a causa prima scꝫ deo: qui q: est causa volūtaria: in volūtate sua est cōcurrere ad productionem vnius et nō alterius.

Guil. ockā.

ℭ I Ideo alij dicūt cōmuniter: q̄ sicut creatura nō potest creare: ita nec annihilare: quodq̄ omnis virtus creata presupponit subiectū in omni sua actione: tā acq̄sitiua q̄ deperditiua. Et hoc tenēdo q: vtrūq̄ ꝓbabile: non oportebit addere regula acquisitiua. ℭ Per hoc descendendo ad particularia: dicitur primo q̄ nulla trāsmutatio passiua ad substātiā in loco specierū sacramētalium ꝓducendā potest fieri virtute agētis naturalis: hoc est dictu: q̄ nulla virtus naturalis potest ꝓducere substantiā in loco specierū: sub speciebus species sacramētales succedētibus. Patet: q: illa substātia cuꝫ nō producat̄ de potentia subiecti: creat̄. Nulla autē virtus creata attingit effectiue ad terminū creationis: vt nūc supponitur. Ex quo patet q̄ illa substātia immediate ꝓducit̄ a deo per secūdā regulā suprapositā. Gratia exēpli. Si per putrefactionē species sacramētales alterant̄ intantū q̄ si ibi esset substātia panis: ipsa corrumperet̄ ⁊ generaret̄ vermis: in illo casu vermis ꝓducit̄ immediate a deo. Sic si ꝓducit̄ ignis: cinis: aut puluis: aut nutrimentū in corpus sumentis species cōuertendū. ℭ K Sed querit̄ an in casu totū cōpositū producat̄ a deo: an sola materia. Et si materia: an illa redeat que cōuersa est in substātiā corporis xp̄i: hoc est materia panis ⁊ vini eadē numero.

Questio.

ℭ Quāuis hic varie r̄ndēt doctores: tñ breuiter dī post Sco. et ockā: q̄ deus potest creare totā substātiā: potest creare solā materiā: ⁊ eandē que conuersa est: vel aliā de nouo. ℭ Primū patet: q: ibi necessario ꝓducit̄ cōpositū qḋ afficiat̄ accidētibus panis: si mālisset in cōpossibilibus: illud aūt a virtute naturali produci nō potest: cū ibi ꝓducat̄ simul materia ⁊ forma. Materia aūt a virtute naturali ꝓduci nō potest. Quod aūt cōpositū necessario ꝓducat̄: patet: q: deus statuit nulla accidētia conseruare sine subiecto: nisi ea sub quibus continetur corpus christi: ideo alteratis speciebus sacramentalib⁹ vsq̄ ad gradū incompossibilē substātie panis: si ibi esset: desinit corp⁹ christi esse presens. Et q: illa accidētia ſm gradū incompossibilē nō erunt sine subiecto: necesse est igit̄ redire materiā: illa autē nō redit nuda. Nec tali inesse possunt accidentia naturaliter: ergo redit informata substātiali forma ⁊ ita cōpositū.

Responsio ad questionem.

ℭ Secundum patet: q: creata materia: ⁊ in eodeꝫ instanti dispositiones qualitatiue possunt cōcurrere cuꝫ deo ad educendā formā quā eduxissent de materia panis si ibi esset: tūc autē cōcurrissent ad ꝓductionē forme vermis: ignis: cineris: pulueris: vel nutrimēti: ergo ⁊ nunc. Tenet cōsequētia: q: nullū impedimentū assignari potest: nisi diceretur q̄ p̄supponūt materiā vt priorē: ⁊ ideo in instanti creationis materie nō sufficiunt agere: q: deficit prioritas. Sed hoc nō impedit: q: ista presuppositio ⁊ prioritas nō est tēporis sed nature. Unde si existēte sole produceret̄ aer: vel etiam simul cum sole: in eodē instanti illuminaretur aer quo ꝓduceret̄ sol ⁊ aer. Instanti dico temporis: non nature. Concurrentibus ergo dispositionibus qualitatiuis cū deo ad ꝓductionē forme: sola materia immediate creat̄ a deo: ⁊ forma naturaliter generatur. Uerum ſm opi. Sco. tenentis q̄ accidentia nō attingunt substantiā tanq̄ terminum sue actionis: oportet dicere quod prima

forma

forma substātialis a solo deo creatur: sequētes vero naturaliter producunt. ¶ Tertium ptz: scz φ pōt reproducere eandē materiā numero que cōuersa est: cōtra eos qui dicunt corruptum vel annihilatū idē numero redire non posse: quia nihil sequēs annihilationē materie: nō est alterius rōnis cum nihilo precedēte creationē materie: sicut terminus annihilationis ad quem: & terminus creationis a quo: nō sunt diuersi: & nō est maior distantia ad nihil sequēs: φ̄ precedēs annihilationem & creationē: ergo eadē potētia pōt super hanc & illam: ergo que pōt creare de nihilo: pōt etiam redactū ad nihilum recreare. ¶ Itē vnum non plus implicat contradictionē φ̄ aliud: ergo sicut primum pōt deus scz creare de nihilo: ita pōt & illud qđ transiuit in nihil recreare: pōt nihillominus nouā materiam φ̄ prius nō fuit creare sicut placuerit sue sapientissime volūtati. ¶ L Ex illo ptz quō spēs sacrales nutriunt: & quid in nutritione sumentis eucharistiam cōuertitur in substantiā corporis sumentis: non eñ spēs ille: quia spēs in substātiā conuerti nō pñt. Sz nutrimētalis substātia de nouo pducta in instāti desitionis corpis xpi: reficit et nutrit p ola: acsi panis cōuersus fuisset in nutrimētū. ¶ Quartū: φ pōt nouā materiam creare: dubiū apud fideles nō bz. Ex his satis videt cōcordare dñs Inno. li. iiij. de eccle. offi. di. Si vero queraf qđ a mure comedaf: vel qđ incineref cū sacfm cremaf. Rñdef φ sicut miraculose substātia panis ɔuertif in corp9 dñicū: & incipit eē sub sacro: sic ipa quodāmodo miraculose reuertif: cū ipm corp9 dñicū ibi desinit esse. Sicut eñ in aliis opib9 mirabilib9 expleto officio ppter qđ cōdita erāt: illa q̄ mirabilr erāt cōdita: redacta sunt in pmū statū: sicut dr de colūba: in qua apparuit spūsscrūs: vcz φ pacto officio suo: in preiacentē redijt materiā vñ assumpta est. Silr et de stella magoꝝ ductrice: φ peracto officio: mox esse desijt reuertēs in preiacentē naturā vñ sumpta fuerat: vt habef in glo. Mat. ij. Sic dicūt eē in pposito φ qñ species desinūt esse sacramētū substātie naturales specieꝝ in suū reuertuntur statū sicut prius fuerūt miraculose trāsmutate. Huic cōsentit Alex. & sctūs Bonauē. ¶ Veruz nō est ol mō sile de spēb9 sacralib9: qz in illis apparitionibus colūbe & stelle materia non desijt nec cōuersa est: & ideo peracto officio desinente forma colūbe & stelle: materia manet eadez ante & post sola forma mutata. Hic vero tota panis suba quoad materiā & formā trāsit. qz totū cōuertitur in totū: & ita nulla materia manet. Et ideo si illi de reditiōe sube intelligūt hoc de materia tm̄: ita φ materia redit ipa eadē que fuit i pane nūero vel specie per nouā creationē: verū est dictū illoꝝ. Si vero intelligūt φ etiā forma panis redeat: & ita totus panis nō videf posse sustineri: qz vel in eo instāti rediret in quo qualitates sūt forme panis incōpossibiles vel añ vel post. Nō primū: qz tunc qualitates essent in subiecto sibi incōpossibili: qđ implicat. Nec post: eadē rōne: nec ante: qz tūc panis esset simul cū corpe xpi: qz corpus xpi manet vsqz ad instās incōpossibilitatis: ideo materia redit p nouā creationez ipa que prefuit: vel alia eadē specie cū priore de nouo creaf & forma nō panis: sed cui cōueniūt qualitatiue dispositiones puta vermis; ignis: cineris: pulueris: vel nutrimēti gñatur in materia redeunte: vel etiā a solo deo creaf: vt supra dictum est. ¶ Nisi diceref sicut videtur dicere Inno. φ xps qz in eucharistia est vt nutrimētū spūale: est ibi quādiu spēs sunt nutrimentum cōueniens corporali. i. quādiu panis sub huiōi speciebus eēt cōueniens nutrimentū corporale. Panis autez & vinum nō quādiu manent fm substantiā sunt cōueniens nutrimentum corporale: sed per mutationem qualitatū certā: cessant esse nutrimētum: quāuis manent fm substantiā: & sic corruptis speciebus fm eā habitudinē fm quā essent cōuenientes nutrimēto: desinit esse corpus xpi ibi: & ideo redit substantia panis que pōt affici specieb9 nō cōuenientibus nutrimento: de qua prius naturaliter gignitur vermis vel ignis &c. Sed illud est contra cōe dictū doc. φ tandiu manet xps sub speciebus: quādiu manet ibi substātia panis si nō esset cōuersus. ¶ Item tūc difficile esset inuenire gradū certum alterationis specierum vsqz ad quē precise maneret eucharistia. ¶ M Sed forte di. Si sacfm nutriret: sacerdos sumens eucharistiā solueret ieiunium: & ita nō posset eodē die bis celebrare. Item sacfm est cibus spūalis & nō corporalis. Nā inter alias hec vna est causa quare panis non manet cum corpore xpi in eucharistia: ne sacramentū reficeret corporaliter: qđ est cibus spūalis aīe. Itē Amb. dicit φ est cibus mentis nō vētris. ¶ Ad ista dr φ sacfm istud reficit & nutrit corporaliter: vt ex premissis patet: alioquin experimentum accipi posset de presentia corporis xpi. Si scz quis sacramentū sumens in magna quātitate: & nullū aliū cibum nihillomin9 deficeret: verūtñ si illud precise nutrit qđ cōuertif i substātiā rei alite sacfm nō nutrit: licet sumens sacfm nutriaf: sz suba sine nutrimentū rediēs fm predicta nutrit. Illud eñ nō spēs cōuertif in substātiā rei alite. Et ita intelligēdū est cū dr φ sacfm nutrit: seu species nutriunt. i. sumens sacfm etiā sine alio cibo nutritur. ¶ Et per hoc ad primū dr φ sacerdos sumens hoc sacramentū nō soluit ieiuniū nature: qz sacramentū nō est cibus corporalis. Tū qz cōtētū scz corp9 xpi tm̄ est cib9 mentis & nō corpis nec ipso aliquaten9 nutrif corp9: nec est pñs ei qđ nutrit sicut accidentia alterata. Tū quia sequens cibatio ex suba reuersa: est pter intētionē cōsecrātis & sumentis: & olno impertinēs ad ipz sacfm. Tū qz nihil ei9 qđ sumif ɔuertif in substātiā sumētis. Tū qz illud qđ cōuertif in substātiā sumētis nō sumif deforis: nec traijcif p viā naturalē ad stomachū sicut cib9: sz int9 de nouo creatur: vt dictū est: iđ nō soluit ieiuniū. Sicut non soluit ieiuniū cib9 añ mediū noctis sumptus: & post mediū noctis digest9: & in sumentis subam cōuersus. Siqdē sol9 cib9 deforis sumpt9 in via ad stomachū soluit ieiuniū: etiā si nō ɔuerteref in subam aliti sicut qdā medicine. ¶ Ad fm dr φ est cib9 spūalis: & nō corpalis quātū ad nutritionē q̄diu ibi est vitas sacri: non eñ cibat carnaliter inquātū est sacramentū: sed ad cibandū spūaliter est ordinatū. Ipsa aūt cibatione spūali terminata per desitionem pñtie corporis xpi: cibat corporaliter per substātiā redeuntem. Que aūt sit cā φ nō manet panis dictū ē: licet illa in argumento tacta pōt esse congruitas quedam. Ad beatū Ambro. dr φ Ambrosius loquitur de ipo corpore xpi φ est cibus anime tm̄: fm Alex. de ales vbi. s. ¶ N Cōsequēter de trāsmutatione passiua accidētiū eucharistie. De motu locali specieꝝ plane dr: φ mot9 localis specierū fieri pōt vtute naturali sicut earūdē ante consecrationē: hoc est ita separata moueri pñt sicut cōiūcta: fm oēs doc. quia si tenetur φ mot9 sit accidens successiuū distinctum realiter a mobili et

Innocē.

Mat. ij.
Mar. j.
Luc. iij.
Joā. j.

Obiectio.

Ambro.
Responsio ad obiec.

loco:erit subiectiue in mobili:⁊ qꝛ accidētia quā titas ⁊ qualitas sunt mobilia:eis inheret mot⁹ sicut subiecto. Cū ergo in motu hmōi ē assignare subiectū motus:scꝫ accidens motū localiter: potest agēs naturale mouere accidētia seu spēs localiter tanꝙ̄ subiectuꝫ motus. Nulla eīn alia causa est ꝙ agentia naturalia nō agūt circa hoc sacr̄m:nisi sublatio subiecti:vt ptꝫ ex tertia regula. Nisi diceret̄ ꝙ accidens nō pōt informare accidēs:sed oē accidēs immediate inheret subē. Qualitates vō mouēt̄ur ad motū subiecti:ꝑ modum nō inherentē sed coassistētē:sicut etiam de quātitate vna opinio recitata est. Tūc de motu sicut de qualitatib⁹ supposito ꝙ nō sint in quātitate statim dicetur. Si vero motus nō distinguitur a mobili tunc in motu locali speciex non est mutatio acq̄sitiua alicuius noue rei: nec deperditiua:ita ꝙ in motu locali nouum ꝓducit̄ aut corrūpitur: sed mobile fit presens de nouo alicui loco cui prius nō fuit presens:⁊ hoc fieri per agens naturale nihil plus requirit/nisi mobile ⁊ locum:⁊ hec sunt in ꝓposito siue accidentia sint in subiecto:siue nō. Sed cōsequēter vidēdum est de mutatione passiua:⁊ ꝑmo ad quātitatem:deinde ad qualitatē. ¶ O De primo si tenetur ꝙ quātitas nō distinguitur realiter a substantia aut qualitate extēsa:tūc nō spālis difficultas de quātitate eucharistie: cū illa sit realiter qualitates ibi sine subiecto remanētes. Tenendo aūt s̄m aliā opinionē:ꝙ quātitas sit accidens distinctū a re quāta:cū experientia manifestum est:ꝙ species possunt rarefieri ⁊ cōdēsari ad ꝑsentiā agentis naturalis:⁊ ita mutat̄ quātitas. Dicit̄ ꝙ si ꝑ rarefactionē noua quātitas maior introducitur:⁊ per cōdēsationem minor siue totalis siue partialis:s̄m diuersitatem opinionū de rarefactione ⁊ cōdēsatione: aut noua subtilis substātia generat̄ que partib⁹ rari interponit̄. Quodcūqꝫ dr̄ ꝯ̄r dicēdū est:qꝛ quātitas nō ē in subiecto:rarefactionē ⁊ cōdēsationē speciex eucharistie nō fieri ab agente naturali per tertiam regulā:sed immediate a deo supplētein hoc actiuitatē cause naturalis per scđam regulam. Que aūt opinio de rarefactione ꝓbabilior sit:videāt naturales phi.iiij.phys. disputantes Si aūt fieret additio alicuius rei quāte ad spēs sacramētales:vt vinū nō cōsecratū admisceret̄ spēbus vini:nō ꝓpter hoc mutat̄ quātitas speciex vini preexistēs:quid aūt ibi fieret dictū ē.8. lec.xxv. ¶ Itē de mutatione quātitatis ꝑ diuisionē specierū:infra dicetur cū de fractiōe sacri tractabit̄. De mutatiōe ad qualitatē siue qualitates. Si tenet̄ ꝙ qualitates oēs in sacr̄o sunt sine subiecto. Dicēdū ꝙ oēs transmutationes earum acq̄sitiue fiūt imediate a deo ⁊ nō a causis naturalib⁹. Tū qꝛ qualitates noue q̄ acquirunt̄ non educunt̄ de potētia materie. Tum qꝛ ⁊ ipse manēt sine subiecto. Utrūqꝫ actiuitatē excedit cause naturalis:⁊ ꝓducere aliq̄d de potētia subiecti ⁊ ꝯseruare accidēs sine subiecto. ¶ De mutatiōe deꝑditiua:si tenet̄ ꝙ natura possit annihilare:dr̄ ꝙ oēs trāsmutatiōes deꝑditiue facte in sacr̄o fiunt a causis naturalib⁹. Diceret̄ ergo s̄m illos ꝙ in intensiōe caloris sacramentalis cā naturalis remittit frigus:sed sola causa supnaturalis intēdit calorē:qꝛ remissio est corruptio gradus qualitatis. Intēsio est ꝓductio gradus noui. ¶ Si vō tenet̄ ꝙ q̄litates sint subiectiue in quātitate:⁊ cā naturalis nō presupponat necessario materiā primā:nec subiectū sub̄ale:sed subiectū in gn̄e sit sub̄a vel accidēs:tunc omnes transmutationes qualitatū in eucharistia fieri solite:fiunt per causas naturales que educunt nouas qualitates de potētia quātitatis que est subiectū qualitatū. Si vō teneretur ꝙ causa naturalis in sua actione presupponit materiā primam:⁊ subiectū sub̄ale:de cuius potentia educat formas tā sub̄ales ꝙ̄ accidentales:tunc ꝯ̄r dicendum ꝙ oēs transmutationes circa species sacr̄ales fiunt immediate a deo. ¶ Et ex his ptꝫ breuiter q̄d dicendū est de transmutatione passiua accidētium eucharistie s̄m varias phoꝝ opi. Accidentiū dico sensibilū que fuerūt in pane:aut eis successerūt. ¶ P Cōsequēter vidēdū est de actionib⁹ ⁊ passionib⁹ corꝑis xp̄i:⁊ accidētium eius vt in sacr̄o. Et primo de actione:scđo de passione. Et vtrobiqꝫ tā de facto ꝙ̄ de possibili. ¶ Premittit̄ aūt hec regula generalis. De facto nulla fit actio vel passio in corpore xp̄i et eius accidentib⁹:per quā posset sumi experimētum presentie corporis xp̄i sub speciebus sacr̄i. Patet ex premissis:qꝛ voluit de⁹ sacr̄m istud ad mysteriū esse occultū sensui ⁊ patere fidei:vt sic sic fides premio suo nō frustretur. Unde ⁊ si aliqua oꝑatio naturaliter fieri posset per corp⁹ xp̄i eiusve accidētia vt in sacr̄o:aut aliquis effectus vel transmutatio fieri a causa naturali:deus coagendo nō cōcurrit:⁊ ita operationē hmōi impedit:ne experimētū sumat̄ de corꝑis xp̄i presentia in sacr̄o. Quo premisso de actione corꝑis xp̄i non loquimur hic de ea q̄ cōcomitanē ꝑsentiaꝫ corꝑis xp̄i:hoc est que inest corpori xp̄i ꝑmo in celo:⁊ per cōcomitantiā etiā sibi inest in sacr̄o. De illo dr̄ infra:cū de his que predicamentum vbi concernūt tractabitur:vbi etiam agetur de motu locali corporis xp̄i vt in sacr̄o. Sed de illa actiōe que sibi primo competit vt in sacr̄o: que ⁊ competeret sibi si solum esset in sacr̄o ⁊ nullibi extra:sic etiā de passionibus. ¶ Et primo igit̄ de actionibus cognitiuis de facto de q̄b⁹ Sco. in.iiij.dist.x.q.v.ponit duas ꝯclusiōes. ¶ Prima nulla sensatio pōt primo inesse xp̄o vt in eucharistia. Motiuum est:quia organū sensus nō est in corpore xp̄i vt in eucharistia modo quātitatiuo:qui tñ requiritur ad hoc vt imutetur ab obiecto. Ad hoc eīn vt fiat visio corꝑalis: oportet talem esse approximationē organi ⁊ obiecti: vt possit fundari pyramis:cuius basis sit in obiecto ⁊ con⁹ in oculo. Hec requirit ꝙ vtrūqꝫ ⁊ obiectū ⁊ oculus habeat modum quātificatiuum vt sit in loco circūscriptiue. ¶ Scđa conclusio. Ois oꝑatio spūalis puta intellectua ⁊ voluntatis pōt primo inesse xp̄o vt in eucharistia. Hāc deducit:qꝛ ala xp̄i:quia beata intelligit vt angelus quātum ad hoc ꝙ nō dependet intelligēdo a sensibus aut sensibilib⁹. Sicut ergo angelus alicubi existēs pōt intuitiue intelligere obiectū sibi ꝓportionatū sibi p̄ns:ita ⁊ ala xp̄i in eucharistia. Pōt ergo intuitiue videre intellectu ola ad eucharistiā ꝓportionatā distātiam hn̄tia scꝫ ipaꝫ spēs sacr̄ales:alam sacerdotis: ⁊ quecūqꝫ intelligibilia debitā p̄ntiā habentia. Et hec intuitio primo inest anime xp̄i vt hic in sacr̄o nō vt inest illi anime primo vt est in celo. Unde pōt dici ꝙ aliqua videt anima xp̄i primo vt in sacr̄o que non videt visiōe intellectiua in proprio genere primo vt in celo: puta omnia hic localiter presentia:supposito ꝙ immoderata distātia impediat intellectionem creatam:sicut nec angelus existens in celo videt in proprio genere:que videt hic inferius intuitiue. Ex isto infert correlarium:ꝙ xp̄s ꝓpter suū esse in eucharistia non

tantum non.

Quid s̄m is̄ so. Quid i tensio.

Prīa ꝯclusio.

Scđa conclusio.

tantū nō puaf aliqua operatione quā habet vt
in celo:sȝ etiā vt in eucharistia est:habet aliquā
operationē pmo:quā per ꝯñs cōcomitanter hȝ
vt in celo:vt puta intellectionē ꝛ volitionem cu
iuscūqȝ obiecti cuius angelus hic pñs haberet
ꝛ per ꝯñs nō ad imperfectionē est suam:ꝙ sit in
eucharistia:sed ad multitudinem perfectionuȝ.

Ochām. sacro refragatur.

¶ Q Prime cōclusioni nō assentit ochā:vñ cō-
tra eā ponit hāc conclusionē. Suppositis his q̄
fidei sunt:nō pōt sufficiēter pbari ꝙ xp̄s i sacro
non possit corporali oculo obiecta visibilia vi-
dere ꝛ videri. Quā sic probat:quia nō min⁹ pōt
principium habere actionē suā naturaliȝ q̄ñ se
toto est pñs alicui toti passo seu obiecto:q̄ dum
per vnā partem est presens vni parti passi:ꝛ per
aliam ptē psens alteri parti passi. Est aūt corp⁹
xp̄i:ꝛ oīa eius accidētia corporalia se toto pñs
toti hostie ꝛ cuilibet eius parti:ideo eodē modo
pōt esse principiū actiuū ꝛ passiuū respectu vi-
sionis:sicut si vna pars ei⁹ coassisteret parti ho
stie ꝛ alia alteri. Nā si albedo in pariete tota co
assisteret toti parti:ꝛ tota cuilibet parietis par-
ti nihil minus videretur tūc q̄ nūc. ¶ Itē posi-
to actiuo sufficiēti ꝛ passiuo:pōt seq̄ actio. Nec
ppositio hec neganda est:nisi pp̄ter rōnē q̄ hic
non apparet:vel pp̄ter autoritatē scripture:que
silr in pposito nō apparet. Uel pp̄ter experien-
tiam q̄ hic nō cōcludit:q: deus suspēdit actionē
causaȝ naturaliū ne agāt:vt pȝ ex regula pmis-
sa. Sȝ oculus includēdo potētiaȝ in corpore xp̄i
est sufficiēs agēs cū obiecto:ꝛ sufficiens passiuū

Obiectio. Rñsio ad obiectiōēs.

receptiuum visionis:ergo pōt poni visio. ¶ Et
si dicitur ꝙ tā organū q̄ obiectum sint circūscri
ptiue in loco. Rñdet ꝙ hoc non est pbatū. Et si
allegatur autor perspectiue de pyramide radio
sa:dr ꝙ autor pspectiue loquit pure naturaliter
oībus habentib⁹ se ordine naturali:nullo cōcur
rente miraculo:ꝛ de his q̄ ipse expertus est. Nū
q̄ eñ vidit colorē nisi extēsum:in talibus visio fit
per modū pyramidis ꝛc. ad bonū intellectū. i. re
quiritur talis approximatio ꝛ situs obiecti ꝛ or
gani:ꝙ si traherent linee imaginarie includen-
tes obiectū ab obiecto ad oculū: haberēt figu-
ram pyramidis cui⁹ basis esset in re visa ꝛ con⁹
in oculo:qđ verum est q̄ñ obiectū visum est ma-
ius oculo. Sed deus pōt facere colorē nō exten-
sum:ꝛ tūc videret nō per talē figurā. ¶ Deniqȝ
etiam hec figura pōt hic saluari:quia linee py-
ramidis terminant in pūcto indiuisibili imagi
nario contingente in oculo ideo nō requirūt ex
tensionē oculi. ¶ Silr quātū ad visionē passiuā
corporis xp̄i:lȝ nō fit in loco circumscriptiue:est
tñ in loco diffinitiue qui locus est extēsus: ꝛ pōt
fundare basim pyramidis : vt si linee traherent
ab extremitatib⁹ hostie continentis corpus xp̄i
precise ad oculū sacerdotis: haberent figuram
pyramidis:ꝛ hoc sufficit ad hoc ꝙ videatur:sal-
tem oppositū pbari nō pōt. Unñ videt ꝙ oculus
xp̄i in vna pte hostie posset videre se in alia pte
Sicut posset si ocul⁹ esset in diuersis locis circū
scriptiue. ¶ Nec obest, si diceret ꝙ idem nō di-
stat a se:ꝛ distātia reqritur obiecti ab organo vt
fiat visio:q: eo mō idē distat a se:dū ē in loco dif-
finitiue:quō distaret a se:si esset in loco circūscri
ptiue. Ista aūt sufficerent ad causandū visionē:
ergo ꝛ illa:de quo magis. i. cuȝ de vbi tractabit.
¶ R Suo mō dicit vtraqȝ opinio de reliq̄s cor-
poralib⁹ actionib⁹ sicut de visione sensus. Unñ
prima opi. diceret:ꝙ nullā corporalem operatio
nem pōt habere corpus christi in eucharistia p
mo vt vbi:pōt aūt habere oēm spūalem. Cū cor-
pus nomino:ꝛ aīam ꝛ vtriusqȝ accidentia intel-
ligi volo. Et voco actionē corporalem:cuius ter
minus est res extēsa vel naturaliter extēsibilis.
Opposito mō spūalis actio dr:cuius termin⁹ est
res p naturā nō extēsibilis:cuiusmodi sunt in-
tellectiones ꝛ volitiones:de quibus dictum est.
¶ Fūdamentū pme opi. est:quia actio corpalis
requirit extēsionē ꝛ modū quātitatiuū agētis et
passi. Scđa. opinio negat pmū:nā dicit corpus
xp̄i sub hostia posse calefacere hostiā:si de⁹ eius
actionē non suspenderet:ꝛ sic de aliis actionib⁹
Negat eñ ꝙ requiritur modus existendi quāti
tatiuus in agente. Nā q̄ñ sunt duo actiua quo-
rum vtrūqȝ est ex se actiuū:ꝛ hñt cōsimilē modū
existendi:si vnū pōt agere in passiuū sufficiēter
dispositū ꝛ psens : etiā pōt agere ꝛ reliquū. Aīa
aūt intellectiua pōt agere in corp⁹ q: fm he. Au

Augustin⁹

gu. ix. de trini. Aīa magnā imutationē hȝ respe-
ctu corporis sui:nō obstāte ꝙ nō hȝ modū existen
di quātitatiuū in corpe:ergo pari rōne q̄litates
corporis xp̄i pñt agere in aliud corpus : q̄ habent
cōsilem modū existendi in sacro sicut aīa in cor
pore ꝛ sunt ex se agentia:ꝛ pōt applicari passiuum
bene dispositū:ergo pñt agere. Existētib⁹ enim
actiuo sufficienti ꝛ passo disposito:nisi de⁹ suspē
dat actionē:fit actio. ¶ Nec videtur ꝙ ideo mi
nus sufficiēs sit actiuū:quia fm se totū est eque
psens passo:q̄ si eēt psens per ptes inequaliter.
Nō eñ videt ꝙ intensissimus calor si eēt in pū-
cto:iō minus vel remissius ageret:cuȝ etiam fm

Auicennā.

Auicēnā:si calor esset sepat⁹ ab oī subiecto:ad-
huc posset hr̄e actionē oēm quā hr̄e pōt in sub-
iecto:sed tūc nō eēt necessario in loco circūscri-
ptiue:sȝ tñ diffinitiue. Etiā vt⁹ vnita fortior est
seipa dispsa:iō nō reqrit extensio ptiū agentis:
sed quāto magis sunt simul:tāto fortius agunt.
¶ Itē idē pōt agere in seipm actione corpali:vt
pȝ de aqua reducēte se ad pristinā frigiditatem
post eius calefactionē remoto calefaciente ꝛ sue
nature dimissa:ꝛ tñ idē a seipo nō distat localr:
nec hȝ talē modū existēdi quātitatiuū qui ꝯue-
nit ei respectu extrinseci puta loci. ¶ Itē mod⁹
accidētalis pncipii actiui nō impedit actionem
eius:que sibi cōuenit a natura intrinseca:sȝ esse
in loco circūscriptiue:est accidentale q̄litati et
substātie:ergo pp̄ter eius ablationeȝ nō aufert
illud qđ ē naturale. ¶ Dicit ergo illa opi. ꝙ oēm
actionē quā pōt hr̄e corpus xp̄i tā corpalem q̄
spūalem si esset in loco circūscriptiue:pōt etiam
hr̄e vbi ē in loco diffinitiue passis equalr dispo
sitis. ¶ S Cōsequēter de transmutatione passi-
ua circa corpus xp̄i ꝛ sua accidētia videndū. Et
primo an possit videri oculo corpali? Scđo an
oculo intellectuali? Tertio de aliis trāsmutatio-
nibus corporalibus. Circa primuȝ conformiter

Scotus.

ad predicta rñdetur fm Sco. ꝙ corpus xp̄i eius-
qȝ accidentia nec ab oculo corporali xp̄i:nec cu
iuscūqȝ alterius glorioso vel mortali videri pñt:
patet motiuis supradictis. Sed fm opinionem
oppositam dr ꝙ corpus ꝛ eius accidētia possent
corporali oculo in debita substantia ꝯsistētem vt
puta sacerdotis in altari ꝛ circūstantiū videri:
si deus actionē naturalium causarū nō suspen-
deret:suspendit aūt ex cā supradicta. ¶ Sȝ tūc

Questio.

querit. Cum partes corporis xp̄i sunt simul in-
distincte localr:silr ꝛ colores partiū quō discer-
ni pñt ꝛ quō colores videri:cum tñ colores etiā
extēsi certo mō situati se impediunt: vt si tenue
albū puta pān⁹ subtilis albus ponatur sup in
tensum rubeū vel nigrū:color albus nō videtur
¶ Rñdet fm sic opinātem:ꝙ p visionē corpalē

partes diuerse rōnis discernunt per suas quali-
Rñsio ad questionē.
tates. Sed ptes eiusdē rōnis nō discernerentur
sicut ptz de albedine intensa: cuius partes gra-
duales discerni nō pñt: ꝛ ptes duoꝝ luminuz in
eodem medio nō pñt per visuz distingui. ¶ De
coloribus ptiū q: simul sunt: dr ꝙ maior est dif-
ficultas de colore respectu visus: ꝙ̄ de alijs sen-
sibilibus respectu alioꝝ sensuū: q: diuersitas si-
tus coloris qñqz impedit coloris visionē: nō sic
in alijs sensibilib⁹. Nā color immutat actū fm
oēm sitū ꝓportionatū. Ideo difficile est videre
qui colores in corpe xp̄i: an oēs: an aliq̄ ꝛ nō oēs
videant: ꝛ si nō oēs: q̄s pdominetur: q: de illo
nullam habem⁹ experientiā. Uñ lz illa simultas
coloꝝ partiū corpis xp̄i: possent se impedire ne
oēs viderent: nō tñ est tm impedimentum quin
aliquid videret: si deus nō suspenderet actionē
coloꝝ: illis nō coagendo: sicut in exemplo p̄di-
cto: lz color albus nō videatur: tñ color rubeus
vel niger videtur. ¶ T Sed hic posset queri: an
Questio.
aliquo mō cōcedi posset ꝙ xp̄s videtur in sacro
oculo corpali. Cuz cōiter ppls asserit se vidisse
xp̄z dñm dū vidit sacrm: ¶ Pro isto notandū ꝙ
Rñsio ad questionē.
oculo corporali aliquid dr videri quadruplr: scz
per se: per accidēs: ꝓpter ordinē ad aliud visuz:
ꝛ ꝓpter cōiūctionē silem cuz visu. ¶ Per se vi-
detur qđ videretur si esset ab omni alio sepatū:
ꝛ sine quo nihil videret: sic videt tantū color vel
lux: q: color etiā si esset a subiecto separatus vi-
deret: vt in sacro: ꝛ sine colore vel luce nihil pōt
videri oculo corporali. Ideo color vel lux ē pro-
prium obiectum visus. ¶ Per accidēs videtur
qđ accidēti per se visibili subijcit. Sic dicimur
videre solē: parietē: ꝓpter lucē ꝛ colorem que vel
qui est subiectiue in sole ꝛ pariete. sic dicit phs
scđo de ala: ꝙ diatru fili⁹ videtur per accidēs: q:
color qui in ipo est: videtur per se: ꝛ hoc mō vide
mus substātias corporeas. ¶ Propter certū or-
dinem ad aliud visum per se: nō informationis:
sed continentis ꝛ cōtēti dicimur videre cōtētū:
dū videmus cōtinens: vt hominem armatū: dū
arma quibus indutus est videmus. Et hominē:
cū tñ solū vestes videmus: ac vinum in vase du-
ci: cū solū vas cōtinens videmus. Sic in scriptu
ris dr quidā angelos vidisse: q: corpus ab an-
gelo assumptū viderūt: vt legit de manue Iudi-
Iudi. xiij.
cū. xiij. vbi dr. Intellexit manue angelū dñi esse:
ꝛ dixit ad vxorē suā: morte moriemur: q: vidim⁹
dñm. ¶ Quarto ꝓpter spūalē vnionē vel ɔiūctio-
nē alicui⁹ cū eo qđ vr aliquo p̄moꝝ triū modoꝝ
videri dr: sicut dr de⁹ visus in terris ab olb⁹ post
Baruch. iij.
hoc in terris visus est: ꝛ cū hoib⁹ cōuersat⁹: q: s.
cōiūct⁹ ē spūali vnione corpi xp̄i: qđ visuz ē scđo
mō p accidēs. Sic dixit dñs. Q: vidisti me tho-
ma credidisti. Me demōstrat xp̄z loquētez filiū
dei: quē eo vidit: q: corp⁹ dñi cui vnitū ē vbū vi
dit: quō ē q̄ hūanitatꝭ xp̄i sunt vbo attribuunt
per cōicationē idiomatū. ¶ U Scđm hanc di-
Joan. xx.
stinctionē rñdet: ꝙ corp⁹ xp̄i vt cōtētū in sacro:
nō videtur oculo corpali p se neqz per accidens
Patet ꝙ nō per se: q: corp⁹ est substātia: ꝛ nulla
subā p se vr: cū nulla suba videret sepata a colo
re ꝛ luce. Scđm ptz: q: accidētia q̄ videntur nō sub
iectant in corpore xp̄i: ideo per ea non videtur
corpus xp̄i: alioquin infidelis eadem accidētia
videns etiam videret corpus xp̄i: qđ falsum ptz.
¶ Preterea fidelis eodez mō videt hostiā ante
cōsecrationē ꝛ post: nec aliud indicat visus post
consecrationem: ꝙ̄ prius indicauit: ꝛ prius non
iudicauit ibi esse corpus xp̄i: ergo nec post. Cuz
sit eadem visio continuata vt pono eius natu-
ralis significatio non variatur: ita nec iudiciuz
precise cognitionem illam sequens. ¶ Scđo dr:
ꝙ etiam non videtur corpus xp̄i in sacro quar-
to modo. Patet: quia corpus xp̄i nō habet spe-
cialem vnionem ad species que videntur: cū nec
sint partes corporis xp̄i: nec informent ipm: nec
suppositantur ab eo. Tertio dr ꝙ corpus xp̄i vi-
detur in sacro tertio modo dicto. Patet quia vi-
dentur species sub quibus vere ꝛ realiter conti-
netur xp̄s: lz non per omnia sicut contētū in cō-
tinente locatur: vt vir armatus sub armis: ꝛ vi-
num a vase: quia corpus xp̄i continetur diffini-
tiue: nō circūscriptiue. Neqz proprie spēs sunt
locus corporis xp̄i. Sed locus specierum est lo-
cus diffiniens corpus xp̄i: vt. s. declaratum est.
Uerum ille modus tertius est magis proprius
quia videndo vas ɔtinens vinum: vinum in ve
ritate nō videtur: ideo in iudicio quo iudicam⁹
nos vinū videre viso vase sepe decipimur. Nec
est illud iudicium sensus sed intellectus: ꝛ ideo
frequēter sancti dicūt corpus xp̄i sub sacro non
videri: sed fideliter credi: aliudqz videri: aliud in
telligi: vt in auctoritatib⁹. s. allegatis in diuer-
sis passibus loquunt in illis sancti: de eo qđ pro
prie. i. per se vel per suū accidens videt. Sic etiā
lz improprie satis cōcedi posset: ꝙ videndo sacrm
videm⁹ deū: q: videmus corp⁹ xp̄i tertio mō: cui
Attendāt hec qui cōcionant ad plebeculaz rudem.
spūaliter vnitus est de⁹. Hoc ergo caute videat q̄
ad ppl̄m rudē p̄dicat: ꝙ aut subtiliora sileat: aut
si op⁹ fuerit de his smonē facere: ita clare ac di-
stincte informet: ne dū voluerit se ostendere do-
ctorē subtilē fiat in pplo magꝭ error: ꝛ nō tā in-
struat: ꝙ̄ simplices in fide turbet ꝛ seducat. ¶ X
De visione intellectuali ɔcordāt sco. ꝛ ocāā quā
tū ad intellectū sepatū: nō quātū ad cōiūctum.
Uñ de intellectu separato siue angelico siue hu-
mano: vel etiā cōiūcto ꝛ beato: q: de his est par
ratio. (Hi enim sunt similes in eo ꝙ immediate
possunt cognoscere obiecta intelligibilia: ꝛ non
indigēt ministerio sensuū vt nūc supponit. Itez
per videre intellect⁹ intelligitur cognitio intui-
tiua obiecti) dr p̄mo. Ols intellect⁹ nō alligat⁹
sensib⁹ in intelligēdo. siue angelic⁹: siue anime
sepate: siue cōiūcte ꝛ bt̄e: naturaliter pōt videre
existētiā corpis xp̄i in eucharistia. Patet. Nam
omnis intellect⁹ talis intuet res: vt in se hñt eē
fm ꝙ sunt fm se intelligibiles. Non eñ capit ta-
lis intellectus cognitionē substantiaꝝ ex cogni
tione accidētiū: sicut intellectus noster ꝓ statu
isto. Uñ q: color est ꝓpriū obiectū sensus: video
ols color obiect⁹ sensui imediate cognoscit l se:
ꝛ nō vn⁹ p aliū: ita pariformiter: q: totū ens est
obiectū intellect⁹ (idest ens in sua gñalitate fm
quā includit subam ꝛ accidēs quodlibet ens im-
mediate ꝛ in se intelligit ab intellectu: ꝛ nō per
aliud: quia quodlibet ens si esset separatum ab
olb⁹ alijs: in debita approximatione existēs ad
intellectū hmōi intuitiue cognosceretur. Quod
libet ens dico finitū ꝛ creatū: sec⁹ eñ ē de deo: q̄
nullius creati intellectus est obiectū naturale:
sed volūtarium. Nō igit accidētia panis occul-
tari possunt angelis (siue bonis siue malis: aut
intellectui hoīs beati vel separato) corp⁹ xp̄i vt
sub eis existēs: quin videatur dū nō fuerit distā-
tia imoderata: quinimmo: sicut possunt videre
accidētia panis separata ꝛ absentiā sube panis
ita etiā naturaliter videre possunt presentiā cor-
poris xp̄i sub illis speciebus: q: nō est vnū magis
obiectum intellectus ꝙ̄ aliud: ꝛ hoc stante sem-
per cōmuni coactione dei. Sicut eñ intellectus
talis pōt immediate videre aliuz intellectū an-
gelicum.

gelicū vel humanū: ita τ quālibet substantiā materialem τ quodlibet itelligibile creatū sibi pñs. Nec aliquis modus accidētalis obiecti impedit eius intuitiuā cognitionē: qr substantia sicut est prior quocūqȝ mō accidētali: ita primo τ in se intelligibilis: τ p̄ ꝯñs modus accidentaliter posterior non impedit cognitionē prioris. Est autē ille mod⁹ existēdi corporis xp̄i sub spēbus eucharistie ipsi accidētalis: ergo nō impedit ei⁹ cognitionē. ¶ v. Notanter dictū est stante semp cōi influentia sine coactione dei: qr si angelo malo pmittat vti sua naturali potētia: pōt intelligere quodcūqȝ intelligibile creatū sibi pñs: τ ita posset intelligere mysteria gratie: ex quo posita sunt in effectu τ sic presentiam corporis xp̄i in eucharistia. Sed sicut dicit magr̄ dist. vij. scd̄i snīarū: multa pñt ex natura sua: q̄ nō pmittunt eis: τ creditur q̄ angelus malus videre nō permittit mysteria grē: τ ita nec p̄sentiā corporis xp̄i sub specie sacramētali: vñ

Egidius

Egidius theoremate. xvj. Probabile inquit: videtur q̄ de⁹ tā excellēs sacrm̄ celet aliquibus substantijs separatis: τ nō pmittat demones omnē illā cognitionē habere de sacro eucharistie: quaȝ habere possent ex naturali earum virtute. Et sic

Autoritas Amb. qualiter exponenda.

exponenda est autoritas btī Ambro. de mysterio incarnatiōis: q̄ dicit ipm̄ malignum spm̄ latuisse nō absolute quin quilibet malus angelus possit videre integritatē virginis marie: tam in mēte q̄ȝ in carne: sed nō fuit permissus ꝑpter certas causas: vt nō impediret redēptio nostra eo mō quo ꝑuisa est. Vñ sicut nō semp pmittūtur demones facere q̄ possent ex naturali virtute (sicut deducit beatus August. τ allegat magr̄ dist. vij. li. ij. q̄ magi pharaonis demonū auxilio fecerunt ranas et serpētes: non tñ eorū auxilio facere potuerunt ci-

Augustin⁹.

niphes. De quo ita btūs Aug. dicit. Ex ineffabili dei potētia fit vt qd̄ possent mali angeli si permitterent: ideo non possunt: qr nō permittūtur. Neqȝ occurrit alia ratio cur nō potuerūt facere ciniphes qui ranas serpētesqȝ fecerūt: nisi qr ibi aderat maior dn̄atio prohibētis dei per spm̄ sanctū. Hec ꝓhibitio est nō per modū precepti: sed per subtractionē causalitatis) sic in ꝓposito creditur deū nō coopari demonibus ad visionē sacro scti corporis. ¶ Et si legitur aliqñ demones huic sacro reuerentiā exhibuisse: hoc forte factū est qr ex verbis: signis bonis: factis: aut miraculis ꝯtingentibus: ꝯijciebant ibi adesse dei maiestatē: cui

Ad Phil. ij.

vt apls ait ad Phil. ij. Omne genu flectit celestiū terrestriū τ infernoꝝ. Aut forte dimissi sunt proprie nature sm̄ quā (vt dictū est) cognoscere pos-

Questio.

sunt presentiam corporis xp̄i. ¶ 3 Si queraf an angeli τ beati videāt existētiā corporis xp̄i visiōe btīfica in verbo? Dicendū qr visio btīfica vt talis terminaf ad diuinā essentiā τ nō ad aliquā creaturam. Non enī est de ratiōe btītudis cognitio cu-

Rñsio ad q̄stionē. Aug.

iuscūqȝ creature sm̄ illud btī Aug. li. ꝯfes. Btūs est dn̄e qui te videt: etiā si alia nesciat. Si autē te τ alia videat nō ꝑpter hoc beatior. Accidit ergo btītudini hāc vel illā creaturā videre actu btīfico in verbo. Illa enim vident in verbo que speculum illud sctissime trinitatis lucidissimum voluntarie in se dignaf ostendere: ideo btīfica vidēt visiōe si ostēditur: si nō: non videt: quod aūt bonū fiat: dubiū nobis est. ¶ Probabile tñ est: q̄ videre existētiā corporis xp̄i in sacro pertinet ad beatitudinē accidentalē aīaꝝ btāꝝ: qr ille dum erant viatrices habuerūt fidem qua firmiter crediderūt corpus xp̄i ꝯtineri sub hostia. Visio aūt succedit fidei in patria tanq̄ȝ premium merito: licet essentiale premiū succedens fidei sit visio diuine essentie: qua sufficienter premiaf (alīs que sufficiēter premiat) omne meritū fidei. Tñ quoad premiū accidētale oīno probabile est: q̄ visio clara: et cognitio euidens oīȝ articuloꝝ fidei succedat fidei. Neqȝ est incōueniēs boīes btōs aliqua videre in verbo: q̄ in illo nō vident angeli: esto q̄ non viderent. Sicut etiam aīe btē recipiūt aureolas virginū: doctoꝝ τ martyꝝ: que nō dātur angelis. ¶ De intellectu coniūcto viatoꝝ aliter τ aliter est dicendū sm̄ duas opiniones tactas de visione corporali. Nam qr intellect⁹ cōiūctus nihil extra se cognoscit intuitiue: nisi qd̄ a sensu intuitiue cognitum est: τ presentatur intellectui in phātasmate: sm̄ illud. iij. de aīa Oportet intelligentē phantasmata speculari. Dicētes corpus xp̄i in sacro corporali oculo videri posse naturalr: si nō subtraheret suā coactionē deus: habēt dicere ꝯsequenter: q̄ etiaȝ intellectus coniunctus videre pōt xp̄i existentiaȝ in hostia. Siquidē q̄cq̄d cognoscit sensus intuitiue qui est potentia inferior: etiam cognoscit intellectus ꝯiunctus qui est potētia superior. Qui autē negāt sensum cognoscere posse: habēt ꝯsequēter negare hoc idē de intellectu ꝯiūcto quātū ad noticiā intuitiuaȝ. ¶ Habent aūt viatores fideles noticiā enigmaticā presentie corporis xp̄i per fidē longe certiorē quacunqȝ noticia: naturali experientia causata: qr illi falsum subesse non potest: nec falli pōt. Experiētia aūt fallax. Unde nonunq̄ȝ videre dicimur ea que fide tñ cernimus seu cognoscimus: τ fides oculus dicitur qui decipi nō potest. Unde τ btūs Aug. fidē scientiā nolat: non propter euidentiam (qr sm̄ aplm̄. Fides est argu-

Hebre. ij.

mentū nō apparētiū) sed propter infallibilē certitudinē. Et hoc modo etiā admitti posset mod⁹ loquendi dicētiū. Christū vidi sub hostia. i. firmiter credo: preter modos predictos: vt sic itelligatur. Vidi christū in sacro. i. vidi sacramentum in quo cōtineri veraciter xp̄m firmiter credo. Et sic hoc intelligenda sunt verba quorundā sacerdotū ostendentiū eucharistiā infirmis τ querentiū. Credis hoc qd̄ vides esse veꝝ corpus xp̄i: vt fit demonstratio τ relatio ad intellectum. i. credis hoc qd̄ fide cōcipis esse sub hostia visa: esse corp⁹ xp̄i vel q̄ fiat demonstratio τ relatio ad sacrm̄. i. credis sub hac specie quā vides: esse corp⁹ xp̄i: Cautius ergo diceret: credis sub hoc sacro esse veruȝ

Questio. Rñsio ad q̄stionem.

corpus xp̄i. ¶ τ Finaliter de alijs transmutationibus passiuis ad formas corporales. An alique tales possint fieri naturalr siue per causas naturales in corpore xp̄i vt in sacro: videndum. Et est primo dicendū: qr corp⁹ xp̄i in sacro est gl'iosum: doteśqȝ gl'iosi corporis comitanf ipm̄ vt in sacro. Est ergo ibi impassibile τ imortale: ꝑpter qd̄ nullū agēs naturale in ipm̄ agere pōt ad ei⁹ trāsmutationē etiaȝ si esset localiter in sacro. ¶ Sed q̄d si adhuc esset mortale sicut fuit in cena. Pōt breuiter dici q̄ illud fieret qd̄ in cena factū est: de q̄. 8. lec. xxxvij. ¶ Sed q̄d si dn̄s nō suspēderet actionē suā: nec causaꝝ naturaliū: tūc variabit rñsio sm̄ duas opiniones tactas. Diceret eniȝ opinio pria Sco. q̄ nullū agēs corpale pōt hr̄e quācunqȝ actionē circa corp⁹ xp̄i: vt circa passum: vt est in sacro: eo q̄ deficit illa habitudo situalis inter agēs τ patiēs: q̄ sm̄ eū necessaria est ad actionē τ passionē: vt. 8. dictum est. Vñ ꝯfr dicit q̄ corp⁹ xp̄i vt i sacramēto: nec nutrit: nec respirat: nec aliquo modo trāsmutaf. Unde videtur ꝯfr dicendū: q̄ si corpus xp̄i mortale et passibile esset sub hostia: τ nullibi extra in consistētia naturali: ꝯseruatis specieb⁹ ꝑpetue: nūq̄ȝ moreref: nec trāsmutaref: quia ei vt ibi: non posset applicari corrum

pens naturale: eo q non est in loco dimẽsiue: nec in seipsum agere posset: aut vnũ membrũ in aliud eadẽ ratione. Sed f̃m aliã opinionem oppositũ dicendũ: scz q oĩs transmutatio naturalis q̃ fieri posset circa corpus xp̃i: si esset in sacramento dimensiue: etiã nunc fieri posset cuz ibi sit diffinitiue: vt. s. dictũ est: si deus relinqueret res suis naturis: z non suspenderet actionem earum.

¶ Lectio. xlvi. B

quō sacerdos hec verba nō ꝓferat recitādo facta ⁊ verba xp̄i: cū loquēs in persona sua qui pridie ⁊c. recitat acta q̄ xp̄s in hui⁹ sacramēti institutione gessit: in cui⁹ signū xp̄m exprimit in tertia ꝑsona cū dicit. Qui scꝫ xp̄s pridie q̄ pateref accepit panē ⁊c. Et cū peruenit ad verba xp̄i: vt indicet illa recitatiue dicere: premittit verbum dicēs: qꝺ v̄bū restringit terminū a se trāsitiue rectū ad suppositionē materialem. ¶ Ad quod dicendū est in hanc secūdā opi. ꝙ sacerdos recitatiue loquit̄: recitās actus xp̄i: ⁊ etiam verba illa. Accipite ⁊ māducate ex hoc omnes: que restringuntur ad suppositionem materialem: per verbum dicēs: qꝺ premittit̄ vsqꝫ ad verba consecrationis: nā vsqꝫ ad illa loquitur in persona sua propria. Dū aūt ꝓferenda sunt verba cōsecratiōis: cessat loqui in ꝑsona sua: ⁊ assumit personam xp̄i: tanq̄ eius ꝓcurator aut vicarius ad hoc officiū per eum institutus ꝓferendo verba illa: hoc est corp⁹ meū significatiue sicut xp̄s ea ꝓferret: si in persona ꝓpria ꝑsens loqueref: ⁊ sicut in cena vltima ea creditur ꝓtulisse. Unde sacerdos quasi distinctionē siue pausam faciens: post illa verba. Fregit: deditqꝫ discipulis suis dicens. Accipite ⁊ manducate ex hoc oēs q̄ recitatiue ꝓtulit in sua persona significatiue: quasi nouā orationē incipiens in persona xp̄i subiūgit: hoc est corpus meum. ¶ B Sed tunc videnduꝫ quō ꝓpositio illa sit vera: ⁊ quid per hoc: demōstref: an demōstref ad sensum qꝺ in ꝓspectu est: vel ad intellectū. id qꝺ ibi nōdū est: hoc est an demōstretur panis vel ei⁹ species aut corpus xp̄i: ¶ Et quidē hic varij sunt modi doc. quos breuiter tangendo percurrā: ⁊ post moduꝫ saluādi veritatem magis clarū ⁊ facilem aperiam. Sūt qui dicunt ꝙ hoc demonstret panē: sed verbum est: nō capitur substātiue: sed vt valet tm̄. i. significat: vt sit sensus. Hoc est corpus meū idest panis significat corpus meū. Et ita sacerdos proferens hāc ꝓpositionē in persona xp̄i vex dicit. Uerū si sic dicētes negent corpus xp̄i vere ⁊ realiter contineri in sacramento: ⁊ panē trāssubstātiari in corpus xp̄i: sꝫ xp̄m tantū figuratiue locutum fuisse: cū dixit. Accipite hoc est corp⁹ meuꝫ ad instar huius locutionis. Ego sum vitis vera ⁊c. corpusqꝫ xp̄i non esse in sacramēto nisi tanq̄ in signo. Heretica est: ⁊. s. lec. xxxix. satis reprobata. Ideo tanq̄ fidei ac veritati cōtraria resellenda est ⁊ relinquēda. Alij vt Richar. de sancto victo. in lib. de trini. tenet ꝙ in hac oratiōe: hoc est corpus meū: est demonstratio mixta: partim ad sensum: partim ad intellectum: vt sit sensus orōnis. Hoc est corpus meuꝫ: hoc. i. illud in qꝺ panis diuina v̄tute est trāsmutandus: est corp⁹ meum. Et ad illā positionē videf etiā declinare Richar. de media villa dist. viij. quarti. ꝙ hic est demōstratio partim ad sensum: ꝑtim ad intellectū: sic intelligēdo ꝙ demonstratur hic aliquid qꝺ est obiectū sensus: ⁊ aliquid qꝺ est obiectum intellectus. primū in obliquo. scḋm in recto: vt sit sensus. Hoc. i. aliquid sub hac spē sensibili ē corpus meū. Et hoc verum est non restringēdo illud ad aliquā differentiā temporis. Unde fm eum pronomen hoc supponit ꝓ illo qꝺ actu cōtinetur: vel de proximo cōtinebif in futuro sub hac sensibili specie: que disiunctiua vera est pro scḋa eius parte. Et ex hoc dicit ꝯñr: ꝙ corp⁹ xp̄i esse sub sacro nō est causa veritatis huius ꝓpositionis: hoc est corpus meū: sed corpus xp̄i statim fore sub istis speciebꝰ est causa v̄itatis ꝑsate locutiōis. Uñ sensus est: hoc est corp⁹ meū. i. illud qꝺ statim erit p̄ns sub hac specie sensibili que videf: est corp⁹ meū: ⁊ hoc vex est. ¶ H Fūdamentū Richar. est: q2 cū fm grāmaticos tp̄s nō accidit noi: neqꝫ ꝓnomini qꝺ loco nois ponitur ꝓnomē vel nomē a parte subiecti positum nō restringif ad aliquā temporis differentiam: ⁊ ideo pōt supponere pro suo significato qꝺ est: vel fuit: vel erit sicut indifferēter significat. Nec pōt dici inq̄t ꝙ restringaf ꝑ v̄bū p̄ntis tp̄is ad supponēdū tm̄ ꝓ aliq̄ qꝺ p̄ns est: sicut cuꝫ dr̄ hō est albus: termin⁹ homo nō restringitur ad stādū pro albis tm̄: sicut cū dr̄ hō alb⁹: q2 restrictio nō fit nisi per restringēs indistans idest a parte eiusdeꝫ extremi positū. Sic ergo hoc demōstrat aliquid sub specie sensibili: siue nunc sit sub ea: siue fuerit: siue erit. Demonstrat eñ sine restrictione tp̄ali. Et equiualet ꝓpositioni disiūctiue diuersas tp̄is differētias importāti: scꝫ illi: hoc qꝺ cōtinetur: cōtētum fuit: vel continebitur sub his spēbus est corpus meū. Ecquātū capio illū doctorem vult dicere ꝙ lꝫ copula vniat extrema pro tp̄e per ipsam importato: nō tm̄ restringit extrema ad supponēdum pro suis significatis tm̄ sibi ad tp̄s copule correspōdentib⁹: lꝫ ꝓpositio solum verificetur pro illis. Uñ ꝯñr dicendum ꝙ in illa homo viuit: hō supponit non tantū pro hoīb⁹ qui sunt in tempore presenti: sed etiā pro adam ⁊ antixp̄o: lꝫ illa propositio solūꝫ verificetur pro hominib⁹ qui sunt. Sicut hic. hō currit homo irrestricte supponit tam pro hoīe currēte q̄ pro sedente ac quiescēte: lꝫ solum verificef pro homine currente. Ita in proposito hoc: demonstrat aliquid: scꝫ corpus xp̄i qꝺ nunc est vel erit sub speciebus: ⁊ illud quod erit sub speciebꝰ panis: iam est corpus xp̄i: ⁊ sic propositio simpliciter est vera. ¶ I Alexan. de ales par. iiij. q. xxxiij. post aliorum reprobationē: dicit: ꝙ hec oratio: hoc est corpus meum: est significatiua ⁊ operatiua: significatiua ex prima sui impositione: operatiua ex forme sacramentalis institutione. Ratione qua est significatiua: hoc demōstrat signatum per signum. Ratione qua est operatiua insinuatur aliquid in aliud cōuertendum. Unde est hic demōstratio signati ꝑ signū in signatum cōuertēdū. Signū ē panis: signatū est corp⁹ xp̄i: in qꝺ panis ē ꝯuertēd⁹. Hoc ergo demōstrat ad intellectū corp⁹ xp̄i: qꝺ ē signatū panis ꝯuertēdi in ip̄m. Uñ sensus hui⁹: hoc ē corp⁹ meū: est signatū hoc signo qꝺ est panis trāssubstāciādus in corp⁹ meū est corpus meū. Et sic pꝫ ꝙ nō est idem dicere: hoc est corpus meum: ⁊ corp⁹ meū est corp⁹ meū. Hec positio nō fauet heresi: q̄ dicit corp⁹ xp̄i tm̄ ꝑ panē significari: ⁊ ꝑ hoc illam esse verā: hoc est corp⁹ meuꝫ: q2 panis significat corp⁹ xp̄i. Nō eñ dicit Alexā. ꝙ hoc demonstret panē: sꝫ significatū per panē. Nec dicit panē tm̄ significare corp⁹ xp̄i: ita ꝙ nūq̄ cōuertaf in corpus xp̄i: sed dicit panē cōuertēdū esse in corpus xp̄i: ⁊ hoc implicari in demonstratione per hoc. Nā hoc demonstrat corpus xp̄i significatū per panē cōuertēdum in corpus xp̄i. ¶ Guil. antisiodoref. in summa sua dicit: ꝙ pronomen hoc: hꝫ vagam demōstrationem. Ut sit sensus huius orationis: hoc. i. existēs sub hac forma panis est corp⁹ meū. Ut cū dr̄: tu aperi: tu hꝫ indeterminatā demōstrationē. Ille eñ qui extra domum est dicit: tu aperi nesciēs quis sit intus: nihil determinate demōstrās ꝑ tu. Ita in ꝓposito: hoc demōstrat existēs sub forma illa nō determinādo illud ꝑticulariter. ¶ Huic positioni videf fauere Durā. dicens: ꝙ in proposito sit demonstratio

Attēde varios dicēdi modos.

Richard⁹ de sancto victore.

Fundamētū Richer.

Alexan. de ales.

Guil. antisiodorēsis.

tio

tio ad intellectũ: non quidem alicuius indiuidui
signati: sed solũmodo indiuidui vagi. vt sit sen-
sus: hoc. i. contentum sub hoc. i. sub speciebus: lo
quendo in generali: nõ in speciali de pane vel cor
pore est corpus meum. ¶ R. Beatus Tho. pte.

Beatus Thomas.

tij. q. lxxviij. art. v. & redit in idem: dicit ꝙ hec lo-
cutio: hoc est corpus meũ: resoluitur in illã. i. con
tentum sub hoc: est corpus meũ. Contentũ dicit
indeterminate: nõ determinando ad panẽ: qꝛ sic
locutio esset falsa. Nec ad corpus xp̃i: qꝛ sic signi
ficaretur ꝙ corpus xp̃i esset corpus xp̃i. Et hec di
cit est ratio quare cum pronoĩe hoc: nõ ponit no
men a parte subiecti: ne scꝫ eius demõstratio ad
aliquam certam speciem substãtie determinaret
sed indeterminate demonstret ↄtentum sub spe-
ciebus: qd̃ cõmune est & substantie panis & corpo
ri xp̃i: que ambo successiue ↄtinentur sub specie-
bus panis. ¶ Huic positioni etiam ↄsonat Egi-
dius theo. xliij. Item glo. interlinearis Mat. xi. di
cit: ꝙ est demonstratio ad sensum quasi ad intel-
lectum talem. Hoc est corpus meũ. i. illud qd̃ sub
illa specie visibili videtur: est corpus meũ. Ad si-
militudinem qua diceremus viso angelo sub spe
cie humana: hoc est angelus. In glo. videtur: nõ
dicit visionem corporalẽ: sed intellectualem. i. in

Sctũs Bonauentura

telligitur. ¶ Sanctus Bonauen. in. iiij. dist. xij
post recitationem et reprobationẽ multarũ opi.
dicit: ꝙ hoc demonstrat substãtiam panis sub ac
cidentibus que oculis conspici possunt: que est
terminus a quo conuersionis. (Est) vero: est ope
ratiuum: & nõ dicit inherentiam vel identitatem
extremorum. sed ↄuersionem. Et hoc est speciale
in ista oratione. Unde cum dicitur hoc est corp9
meum: nõ significatur ꝙ panis sit corpus: sed ꝙ
ad prolationem huius verbi panis: transit in cor
pus. Ualet ergo est tm̃. i. trãsit vel ↄuertit. ¶ Illa
opinio differt a prioribus in duobus. Primo: qꝛ
dicit ꝙ hoc nõ demonstrat corpus xp̃i: sed panis
substantiam sub accidentibus oculis apparenti
bus. Scd̃o dicit ꝙ est: nõ accipitur substãtiue: vt
dicit rei existentiã: sed conuersiue vt importat cõ
uersionem alicuius in aliquid: vnde valet tantũ
idest trãsit vel conuertitur. ¶ Oppositũ vtriusqꝫ
dicũt alie opi. scꝫ ꝙ hoc demonstrat corpus xp̃i: &
accipitur est substãtiue. ¶ L. Omnes ergo predi
cte opi. preter Innocentij in hoc concordat. Pri-
mũ ꝙ hec o͂ro: hoc est corpus meũ: nõ accipitur
materialiter sed significatiue: eo modo quo xp̃s
protulit dum per eam in cena ↄsecrauit. Quia ea
dem forma: quam nobis tradidit: etiam ipse ↄse-
crauit. Nõ aũt esset eadẽ forma si per nos ꝓlata
caperetur materialr̃: cũ forma xp̃i qui protulit eã
capitur significatiue. ¶ Scd̃m: qꝛ oratio illa ẽ cõ
uersiua. Per eam enĩ panis ↄuertit in corp9 xp̃i.
Et ideo significabit terminũ a quo ↄuersionis q̃
est panis: & terminũ ad quem qui est corpus xp̃i.
Et ideo nõ potest esse synonyma illi: corpus meũ
est corpus meũ: que nõ est cõuersiua: & tm̃ signifi-
cat terminũ ad quem. Nec importat ↄuersionẽ.
¶ Tertiũ: ꝙ oratio illa que est forma ↄsecrationis
est oratio vera: quia in sacramento veritatis nõ
debet esse aliqua falsitas. Laborant aũt opi. quõ
illa tria inueniantur in hac oratione: hoc est cor-
pus meũ. Uidetur enĩ difficile saluare ꝙ est vera
& simul ↄuersiua. Nã qr vera: necesse est extrema
vniri: hoc est supponere pro eodem: siue vt alij di
cũt: esse idẽ. Cuꝫ aũt predicatũ: scꝫ corpus suppo
nit pro corpore xp̃i: in cuius persona sacerdos lo
quit: necesse est subiectũ: scꝫ hoc: pro eodẽ corpo-
re supponere: & ita nõ pro pane: quod si est: vale-
bit illã: corpus meũ est corpus meũ: & ita nõ erit
cõuersiua. ¶ Hanc difficultatem faciliter videt
euadere sctũs Bonauẽ. qꝛ dicit quoad primũ ꝙ
hec est vera: & extrema supponũt pro eodem: sed
non ꝓ corpore xp̃i: sed pro pane. Hoc enĩ qd̃ est
subiectũ: demonstrat panẽ. Et predicatum non ẽ
corpus meum: sed hoc totum: ens quod conuer-
titur in corpus meum. Nam est: valet tm̃. i. tran-
sit vel conuertitur. Et ita ad illam vocalẽ: hoc est
corpus meũ: correspondet illa mentalis: hic pa-
nis ↄuertitur in corpus meũ: cuius predicatum
est: ens qd̃ conuertitur in corpus meũ: vt patꝫ in
resoluendo. Hoc aũt predicatum supponit pro
pane: & cõnotat eius cõuersionem in corpus xp̃i.
Sed quia dicere ꝙ est: valet tantũ. i. transit vel cõ
uertitur: videtur omnino voluntariũ. Nec aliq̃
grãmaticoꝝ sic imposuerunt. Nec ostendi potest
per quem theologũ data sit sibi hec significatio:
ideo ea facilitate respuitur qua acceptatur: vnde

Alexander.

Alex. q. xxxiij. mem. iij. ar. ij. §. ij. Licet hec oratio:
hoc est corpus meum: inquit sit operatiua: virtute
sibi collata a dño instituente hoc sacramentum:
non ꝑpter hoc subtracta est sibi ꝓpria significa-
tio quam habet ex impositione: neqꝫ sm̃ se totaꝫ:
neqꝫ sm̃ partem ipsius aliquam. Unde qd̃ dico ẽ:
qd̃ dico corpus: quod dico meũ: ꝓprias retinent
significationes: & modos essentiales significan-
di hic sicut alibi. Hec ille. ¶ M Ea propter oẽs
alij opinantes predicti: dicunt ꝙ est significatiue
est substantiuum. Et quantũ ad predictam diffi-
cultatẽ soluendã: fatis in hac snla ↄcordant: licet
verbis nõ eisdẽ: ꝙ ꝑdicatum huius o͂ronis: hoc
est corpus meũ: est corpus meũ: quod supponit ꝓ
corpe xp̃i: subiectum vero hoc: demõstrat cõten-
tũ sub spẽbus panis visui presentibus in instãti
ↄuersionis: si illud est corpus xp̃i. Ita ꝙ hoc: duo
demonstret. s. corpus xp̃i nõdũ ꝑsens ad intelle-
ctũ: & panẽ aut species eius presentes ad sensum.
Qd̃ sic põt declarari. Nã ꝓnomen ponit loco no
minis: & nõ tm̃ loco noĩs absoluti: sed etiã cõno-
tatiui. Et si est demonstratiuũ: demonstrat illud
& sub ea habitudine qua nomen loco cuius poni
tur: significat. Unde nõ solũ demonstrat absolu-
te rẽ aliquã: sed põt demõstrare ipsam cũ oĩb9 cir
cũstantijs: quibus significari põt per nomẽ: siue
incõpletũ siue ↄpletũ. Siquidẽ ꝓnomen demon
stratiuũ nõ est significatiuũ: nisi ex intentiõe ꝓfe
rẽtis. Nõ enĩ institutũ est primaria institutione
ad significãdũ aliq̃d determinate: sed ad signifi-
cãdũ qd̃cũqꝫ ꝓ quo ꝓferẽs eo voluerit vti. Ideo
põt poni loco cuiuscunqꝫ noĩs absoluti ꝓpriũ vel
ↄnotatiui ꝑositi vel ꝑponẽdi: simplicis vel ↄplexi
Sic in ꝓposito ꝓnomẽ hoc: demõstrat corp9 xp̃i
ad intellectũ: nõ absolute: sed ↄnotat panẽ ꝑsen-
tem sub speciebus sensibilibus in ꝓspectu existẽ-
tibus ↄuertẽdũ in corp9 ipꝫ. Est enĩ ꝑ̃ntẽ demõ
strãtis rem sic vel aliter demõstrare: & ita & ꝓ isto
vel alio noĩe ponere: vñ nomẽ loco cui9 ponitur
ꝓnomẽ hoc: est illud ↄplexũ: hoc est ens vel aliq̃d
in qd̃ panis sub illis accidentib9 ↄuertendus est
Et hoc ↄplexum supponit ꝓ corpe xp̃i: & ↄnotat
panẽ sub illis speciebus eiusqꝫ ↄuersionẽ. Hoc er-
go demõstrat ad intellectũ illud pro quo suppo-
nit. i. corp9 xp̃i: & demõstrat ad sensuꝫ panẽ & spẽs
quem vel q̃s conotat. Et sic intellecta o͂ro simplr̃
est vera: siue est: importat tp̃s ꝓlationis sue ꝑcis-
se siue ꝓlatiõis toti9 o͂ronis: siue instãs ↄuersio-
nis: qꝛ ꝓ quolibet illo tẽpore: & instanti hoc in qd̃
cõuertendus est panis: est corpus christi. Illud
enĩ in quod conuertendus est panis: est corpus
christi ante ꝓlationẽ hui9 orationis: sub ꝓla-
tione: & post ꝓlationẽ. Sic ergo pꝫ v̾itas o͂ronis.

Patet etiā q̄ est conuersiua: quia importat vtrū q̄z terminum ꝯuersionis: immo ⁊ ipsam ꝯuersionem: nō tamen eodem modo significandi: sed terminū ad quem subtractiue: terminū a quo ⁊ conuersionē formaliter seu ꝯnotatiue. Patet etiaʒ q̄ nō est idem dicere. Hoc est corpus meum: ⁊ corpus meum est corpus meū: q̄ʒ licet extrema vtrin q̄ʒ supponant pro eodem scʒ corpore xp̄i: non tñ ꝯnotant idem vt declaratum est. Et ita videt̄ q̄ q̄libet dictarum opinionum possit saluari: lʒ vna magis proprie loquatur q̄ꝫ alia. ¶ R Et licet sic videatur difficultas euacuata quantū ad demōstrationē ꝓnoīs hoc: tamē adhuc latet maior difficultas: ꝑ quā adhuc veritas forme poterit ipugnari: ⁊ est hec. Forma ꝯsecrationis in omni casu possibili est efficax: prolata a sacerdote: debita intentione super materiam ꝯgruam. Ponatur igit̄ casus: q̄ corpus xp̄i nullibi sit ante ꝯsecrationē: nec in celo: nec alibi in sacramēto: quod est possibile. Celebrat sacerdos. Ad prolationeʒ forme in vltimo prolationis verboꝝ incipit esse corp⁹ xp̄i de nouo sub speciebus panis. De nouo dico: tamen post priorem existentiā interruptam in casu. Accidit em̄ ꝯuersioni q̄ corpus xp̄i sit ante ꝯuersionem in naturali ꝯsistentia vt habitum est supra lec. proxima. Illo ergo casu posito: ꝓcederet ratio in principio huius lectionis facta: quia lʒ hoc demōstrat corpus xp̄i in quod cōuertendus est panis: ⁊ ita illud qđ predicatum significat: tamen nec ipsum: nec ꝑdicatum supponit respectu huius copule est: q̄ siue dicat tempus sue prolationis: siue ꝓlationis totius ꝓpositionis pro illo non est corpus xp̄i. Nec pōt dicere instans cōuersionis: quia illud non est cum prolatiōe ꝓpositionis. Est enim primuʒ non esse propositionis pro quo propositio non est: sed immediate ante hoc fuit. Itaq̄ʒ cum illud instans non sit presens nec simul cum oratione: non potest importari ꝑ verbuʒ est ꝑsentis tp̄is. Sic ergo residebit maior difficultas in significatione copule est: q̄ꝫ demonstratione pronoīs hoc. ¶ Q Circa hoc laborauerunt Sco. ⁊ Ockā: nescio si alter eorū satisfecerit curioso lectori. Guil. ockā huius occasione inuestigat qñ propositio vocalis sit vera: an in principio prolationis: medio: vl' fine. ij. quotli. q. vlti. ⁊. xx. quotli. q. xj. Et posset queri quādo propositio vocalis dicit̄ esse? ¶ Pro quo breuiter aduerti potest: q̄ pro alio tp̄e propositio vocalis est: et pro alio vera est s̄m quosdā. Et q̄ dici non potest q̄ propositio vocalis nunq̄ꝫ est. Nec pōt dici esse qñ omnes partes sue simul sunt: q̄ʒ ille cū sibi succedāt: nunq̄ꝫ simul sunt. Nec dici potest q̄ est qñ nulla partiū eius est. Relinquitur ergo q̄ tūc est: qñ aliqua partiū eius est: sit prima: sit media: sit vltima: q̄ non est maior ratio de vna q̄ꝫ de alia. Est ergo pro toto tp̄e prolationis sue: ⁊ pro qualibet eius parte. ¶ Et nota vocabulū pars: q̄ʒ nullus terminus dicitur pars propositionis: nisi cōiungat̄ alijs cū quibus ꝯstituit ꝓpositionē. Propositio autē tunc dicit̄ vera: qñ significat sic esse sicut est in re: si fuerit de presenti: de inesse ⁊ affirmatiua: nō aūt significat: nisi quādo sibi mētalis correspondet: q̄ʒ vocalē propositionē significare: nihil aliud est q̄ꝫ eam instrumētaliter immutare siue mouere cognitiuā ad ꝯcipiendum propositionem mentalē. Illa aūt solū ꝯcipit̄ in fine propositionis vocalis: q̄ʒ audiēs. Hoc est corpus: ignorat an dictur⁹ sit ꝓferens asini: aut hominis: aut meū: ideo nō format mentalē ante ꝯpletam ꝓlationem totius vocalis. Est ergo vocalis vera: qñ cōplete prolata est: ⁊ tunc nō est. Quādo aūt prolata est complete: tunc sub speciebus panis ē verum corpus xp̄i. Et ita illa. Hoc est corpus meū: demonstrando contentum sub speciebus. s. corpus xp̄i simpliciter: vera est: quia qñ significat ꝓpositionaliter: tūc sic est sicut significat: q̄ʒ tñ in fine ꝓlationis sue ꝓpositionaliter significat. Siquidem mentalis semper sua vera est: quia nō formatur ante cōpletā prolationē vocalis. ¶ P Sʒ q̄ꝫuis hec imaginatio sit subtilis: nō tñ videtur satisfacere: quia esto q̄ mentalis formetur vocali ꝑfecte formata: tamen copula mentalis nō importat tempus ꝓ quo mentalis ꝯcipitur: sed magis tempus ꝓ quo vocalis ꝓfertur. Unde posito casu q̄ angelus a esset precise tempore prolationis huiꝰ: angelus est: ⁊ nō vltra: tunc hec esset vera a est. Et si in mentali que formatur ad ꝓlationem vocalis est: importat tempus ꝯceptionis mentalis: ipsa esset falsa: quia qñ mentalis est: a non est vt ponit casus. Oporteret ergo q̄ copula mentalis vocali correspōdentis: importet idem tp̄s quod copula vocalis: alias nō essent synonyme. Et idē in priori casu quo corpus xp̄i per hāc conuersionem de nouo incipiet esse. Illa: hoc ē corpus meū si est importet tempus sue ꝓlationis nō esset vera: etiam in vltimo instanti sue prolationis: neq̄ʒ mentalis sibi correspondens: licet pro illo vltimo instanti: corpus xp̄i cōtineretur sub specieb⁹ panis: eo q̄ est nō importaret illud instans. Etiam videtur satis inusitatum dicere q̄ ꝓpositio est vera qñ nō est. Nec videtur q̄ verum ⁊ falsum a parte predicati ampliant subiectum ad preteritum. Ideo pōt ꝓbabiliter dici q̄ ꝓpositio vocalis est vera qñ est: ⁊ nō qñ nō est. Cōsequenter etiam q̄ mentalis correspondens vocali: est simul cū vocali in fieri: licet nō in esse. Ita q̄ mentalis etiā successiue formatur sicut vocalis: subiectum mentale ad ꝓlationem subiecti vocalis: copula ad ꝓlationem copule vocalis predicatum ad predicatū licet mentalis maneat desinente vocali. Manēt enim partes mentalis: simul nō sic vocalis. Cōsequenter dicitur q̄ vocalis tūc vera est: qñ res ita se habent sicut ipsa significat vl' significaret si aliquis eam apprehenderet ⁊ eius mentalem formaret. vnde si quis dicat: deus est: vera est etiā si nullus eam appꝑhendit. Sicut etiam euangelium in libro scriptum: verum est: etiam dum nullus ipm appꝑhendit. Significat autem vocalis qñ est: tūc enim mouet ad formandum mentaleʒ ꝑ partes: ⁊ nō qñ esse desijt. Uerum in hoc nō stat pondus ꝑsentis disputationis: sed in hoc solum qđ tempus importat copula est: in predicta ꝓpositione quia si ꝑcise importat tp̄s sue ꝓlatiōis: vl' etiā ꝓlatiōis totius orōnis: hoc est corp⁹ meū: adequate: indubie in casu illa ē falsa: q̄cq̄d etiā demōstret̄ ꝑ ꝓnomē hoc: q̄ʒ ꝑdicatū corpus meū: nō supponit: cum ꝓ toto tēpore prolationis: nō sit corpus christi s̄m casum. ¶ Q Idcirco notandum q̄ est: in dicta oratione q̄ʒ presentis tēporis: tēpus presens importat. Cū aūt presens tempus sit diuisibile (quia non pono instantia indiuisibilia) dubitari pōt quanto tempore possimus vti pro tempore ꝑñti. Ad qđ dicendū tanto: quāto placet ita tñ q̄ includat ꝑsens nunc. Unde possumus vti ꝓ tempore ꝑsenti: hora ꝑsenti: die ꝑsenti: mense ꝑsenti: anno ꝑsenti: hoc est hora includente ꝑsens nunc: die includente presens nunc ⁊ sic de alijs. Cum autem aliquo temporis spacio vtimur pro presenti. (exempli causa presenti die.) quicquid est pro aliqua parte hodierne diei: presens dicit̄ esse illa die siue hodie: ⁊ ita esse. Quamuis ergo est: dicit tempus ꝑsens: est tñ in beneplacito proferentis: quanto

Propō vocalis qñ di dicatur esse

Propō qñ dicat̄ vera.

Questio.

Rñsio ad q̄stionem.

ferentis: ꝙ̄to tēpore velit vti pro presenti: an ma
gno: paruo: vel instanti si poneretur. Et ꝭm hoc
variantur propositiones in veritate et falsitate.
¶ R Per hoc ad propositū. Dico ꝙ in illa: hoc
est corpus meū: hoc demōstrat corpus christi: in
quod cōuertēdus est panis speciebus visibilib⁹
subiectus: vt dictū est. Et significat presens tem
pus includēs prolationē huius vocalis cū instā
ti terminante ipsum: quod est primū instans nō
esse ei⁹: quod est instans conuersionis: vt valeat
tantū hec oratio: hoc est corpus meū. i. hoc con-
tentū in quod conuertendus est panis ꝛc. in ali-
qua parte tēporis includentis ꝓlationē: et in-
stans terminās: est corpus meū. Et hoc est verū:
etiā si de nouo corpus christi inciperet esse sim-
pliciter in instāti cōuersionis. Nam de eo veruȝ
est dicere quod est: q2 est cōtentū sub speciebꝰ in
primo nō esse prolationis verboꝝ: quod ex sup-
positione est pars temporis presentis importati
per est. Et hāc respōsionē tangit Sco. in. iiij. dis.

Scotus.

viij. q. ij. post tredecim conclusiones: quas ponit
ad inuestigādū quādo propositio sit vera: quid
importet verbū est: ꝛ quid demonstret pronomē
hoc. Tandē declinat ad hoc: ꝙ est importat tem
pus ꝭm intentionē exprimentis: ꝛ quantū est in
se: ꝛ inquantum est minister dei: qui orationi assi
stit ꝭm intentionē quā habere debet minister ad
faciendū quod sic intendit. Hec autē est: vt tota
oratio referaꝛ ad vltimū instans ꝓlationis ipsi⁹
orationis: siue hoc sit ex virtute sermonis: siue ex
determinatione proferētis: ꝛ hoc nō tantū in se:
sed in ordine ad principale agēs assistēs ad agē-
dum. ¶ Et per hoc ad rationē in principio hui⁹
lectionis factā dicit: ꝙ pronomē hoc demōstrat
ad intellectū corpus christi: pro quo ꝛ supponit.
Et demōstrat ad sensum substantiā panis et spe
cies: quas connotat: vt dictū est. Et licet corpus
christi nō sit presens dum oratio profertur: suffi-
cit ꝙ sit ꝑsens in tēpore presenti quod per copu-
lam est: importatur. Est enim importat totū tem
pus includēs tempus prolationis: ꝛ instās con-
uersionis tanꝙ̄ presens: ex intentione quam ha
bere debet proferens sacerdos: ꝛ ita erit simplici
ter vera. ¶ S Verū quicquid sit de hac disputa
tione logica: hoc tenendum est: ꝙ hec oratio nō
est forma sacramētalis vt vera: sed vt tale signuȝ
precedēs forte tēpore: vel ad minus natura: suaȝ
veritatē. i. conuersionē per quā propositio est ve
ra. Et nec vt vera: nec vt falsa est cōuersiua: sȝ vt
sic tanꝙ̄ dispositio preuia a deo instituta ad esse
ctū sacramētalē: cui dn̄s ex pacto assistit ad cau-
sandū talē effectū in termino sue prolationis: si-
ue significet hoc: siue aliud: siue vera: siue falsa.
Nō itaꝙ̄ necesse est ministro de eius veritate di
sputare. Sufficit ei intēdere proferre hāc oratio
nem eo modo ꝛ fine: quo christus instituit eā ꝓ
ferendā. Et hec est intētio debita: quā in habere
debet actualiter vel habitualiter: vt declaratum
est lec. vi. qua existente: ꝛ ipso orationē vocaliter
distincte proferente: assistit deus ad perficiendū
effectū: etiā si sacerdos ipsa verba tanꝙ̄ imperi-
tus latini idiomatis nō intelligeret: aut actu ad
eoꝝ significationē nō attenderet. Nec cautū est
celebranti in hora cōsecrationis secū disputare
ac sollicite intendere quid per pronomē demon-
stret: sed attendat vt verba integre proferat: ve-
litꝙ̄ hoc fieri ad verboꝝ a se prolatoꝝ expressio-
nem: quod christus instituit: et ecclesia credit.
¶ T Ostensa nūc vtcunꝙ̄ veritate huius oratio
nis: hoc est corpus meū: que est forma consecra-
tionis. Etiā paululū addendū est de eius ꝯgrui-
tate: quātū ad singulos terminos in ea positos.
Congruitate non dico grammaticali: que manife
sta est: sed verboꝝ in ea ordinatoꝝ aptitudine et
conuenientia ad rem ipsam que ibi significatur ꝛ
agitur. Posset enim alicui videri vt arguēdo re-
citat doc. irrefragabilis. parte. iiij. q. xxiiij. mem.
iij. ar. ij. ꝙ inepte poneretur hoc pronomē hoc: pro
subiecto: qḋ ꝭm vim vocabuli demonstrat id qḋ
est in prospectu proferentis: nihil autē tale: nec
panis: nec species (siquidē hec tantum sunt pre
sentia in prospectu proferentis) nihil horum est
corpus christi. Ideo ponendū erat aliud subie-
ctum expresse importans idē cū predicato: vt ab
omnibus audiētibus ꝛ proferētibus statim de-
prehenderetur eius veritas. ¶ Item q2 forma ista
cōuersiua: qua transsubstantiaꝛ panis in corp⁹
christi: que fit prolatione facta: in ipsaꝙ̄ virtus
infinita: per quā creata sunt omnia: operatur: quo
dammodo creās sub his speciebus corpus chri-
sti quantū ad nouā eius presentiā. Opera autē

Gene. j.

creationis per verbū fiat imperatiui modi expri
muntur: vt est illud. Fiat lux: fiat arida ꝛc. Cōuenien-
tius fuisset ponere verbū transitionē ꝛ ꝓductio
nem sub tempore futuro ꝛ modo imperatiuo im
portās: vt fiat: vel conuertatur: aut simile: ꝙ̄ verbū
est: quod est substantiuū importās subsistentiaȝ
rei: nō trāsitionē ꝛ hoc indicatiue sub tēpore pre
senti. ¶ Item in ceteris sacramentoꝝ formis po
nitur verbū importans operationē ministri cir-
ca materiā sacramēti: vt baptizo: cōfirmo: inun-
go: absoluo. Ideo ꝛ hic poni deberet huiusmodi
verbū: vt cōficio vel reficio: vt sic exprimeretur nō
solū operatio dei inuisibiliter operātis: sed etiā
ministri visibiliter circa materiā aliquid actiā-
tis. Preterea cū hoc sacramēto reficitur anima
tanꝙ̄ cibo vite: ꝛ caro magis conuenit cibo ꝛ re
fectioni: ꝙ̄ corp⁹ quod ossa includit: magis erat
dicendū: hoc est caro mea. Unde ꝛ dn̄s ait. Caro

Jo. vj.

mea vere est cibus. Et panis cuius partes sunt
eiusdē rationis: expressius significat carnē chri-
sti homogeneā: ꝙ̄ corpus quod habet partes si-
miles ꝛ dissimiles. Unde ꝛ christus. Panis queȝ
ego dabo caro mea est pro mundi vita. Caro di-
cit: nō corpus. Itē transsubstātiatio ꝭm rationeȝ
nominis: dicit substantiā mutatā in substantiā:
ideo magis dicenduȝ fuit: hoc est substātia mea.
Preterea magis dicenduȝ erat corpus christi: ꝙ̄
meū: q2 proferunꝛ a sacerdote loquente de chri-
sto in tertia persona. Qui pridie ꝙ̄ pateretur acce-
pit: benedixit: fregit. Uel si relatio fit ad christū:
magis dicendum fuisset: hoc est corpus tuum.
¶ Itē licet christus dixit discipulis. In nomine

Mar. vlt.
Act. xvj.

meo demonia eijciēt: tamē discipuli eijcientes di
xerunt in nomine christi: sicut Paulus dixit spi-
ritui phytonisse. Precipio tibi in nōīe iesu chri-
sti exire ab ea. Et Petrus Act. iij. In nomine Ie-

Act. iij.

su Christi Nazareni surge ꝛ ambula. Dicendo
etiā corpus christi: omnis dubietas tolleretur: ꝛ
error simpliciū dubitantiū vel putantiū sacerdo
tem loqui in persona sua. ¶ V Ad congruitatis

Sanctus Bona.

ostensionē: ꝛ obiectorū solutionē notat sanctus
Bona. post Alex. di. viij. quarti. q. vij. ꝙ hec ora
tio singulariter significatiua est inter oēs oratio
nes. Nam alie orationes tantū sunt indicatiue
veritatis existētie eius qḋ significāt. Hec autem
quod significat efficit ꝛ operaꝛ. Nec solū est ora

Sex singularia notātur in hoc venerabili sacro.

tio hec singularis cōparando ad alias commu-
nes locutiones: sed etiā singularis cōparādo ad
alias formas sacramētales: sicut et hoc sacramē
tum non solū omniū alioꝝ dignissimū est: sed et
supermirabiliter singularissimum. Unde sicut sex

notant in hoc venerabili sacramēto singularia: ita eadē singulariter oportuit per eius formā designari. ¶ Primū est mirabilis illa cōuersio panis in corpus xpi: cuius cōuersionis mira singularitas in superioribus exposita est: ideo oratio que dicit forma huius sacramēti: nedū est significatiua: sed operatiua. Efficit em̄ qđ significat tanq̄ causa sine qua nō: vt. s. lec. xliij. dictū est ¶ Secūdū: q operatio illa siue cōuersio ad successiuā orationis prolationē facta: nō est successiua: sed instātanea. ¶ Tertiū: q nō est operatio siue pductio alicuius rei noue vel nō existentis: sed terminus eius est ens actu cōpletū: substantialiter nō mutatū. ¶ Quartum: q cōuersio illa terminat ad illud ens: scz corp9 xpi: vt est signū alteri9: videlicet corporis xpi mystici: ecclesie scz fideliū que est corpus capitis christi sm apostolum. Dedit illū caput supra omnē ecclesiam que est corpus eius. ¶ Quintū: q hec cōuersio fit virtute verbi increati: nō tamen sine ministro sacerdote verba certa super materiā certā cū intētione debita proferēte. ¶ Sextū: q sacerdos nullaz operationē habet preter verbor plationē circa materiā cōuertendā. Siquidē ad effectū conuersionis nō requirit q sacerdos materiā: scz panē et species tāgat: leuet: frāgat: aut dispenset. Sine omnib9 his sola verbor prolatione: cū intentione consecrādi: fit conuersio: etiā si nec tangat: dispēset: frangat: aut sumat. Non sic in alijs sacramētis. In baptismate nō sufficit platio verborū super puerū et aquā: sed requirit lotio in aqua: q est operatio sacerdotis baptizātis. Et in confirmatione vnctio in fronte cōfirmādi: que similiter est operatio epi cōfirmatoris: sine quibus nihil efficiūt verba ¶ X Hec sex subtiliter et aptissime designant per quatuor verba forme. Nā qr forma est operatiua: per subiectū eius significari oportuit et cōuersum: et illud in quod erat conuertendū: siue cōuersio: nam si designaret operatio sine eo in qđ cōuersio fit: nō esset vera oratio. Et cū illud importat per predicatum: oportuit illud designari et per subiectū. Sed illa duo in subiecto per terminū simplicē vnū tantū modum significādi habentē: fieri nō potuit: qr vno modo significāda nō erāt. Nec apte in breui forma verbor: quā oportuit distincte pferre: poneretur ex multis terminis cōplexū. Ideo aptissime positū est pronomē demonstratiuū hoc: quod vnicū in voce ad intentionē debitā pferentis haberet duplicē demōstrationē ad sensum et ad intellectuz. Ad sensum demōstraret panis substantiā sub visibilibus speciebus presentē cōuertendā. Et ad intellectū: corpus christi nondū p̄sens tanq̄ huius cōuersionis terminuz. Pro isto supponēdo: alis cōnotando: quod sic aptissime fit per pronomen demonstratiuū: qđ ex primeua institutione habet demōstrare ad intētionē ministri cōficiētis. Nec oportuit illā significationē patere omnibus idiotis: cū secretissimū est huius sacramēti mysteriū: vt vult Diony. in de ecclesiastica hierarchia Neq ab intellectu significationis orationis depēdet virtus cōsecrationis: vt dictū est. Hec quoad pronomē hoc. ¶ Quia etiā termin9 huius conuersionis: que principaliter in oratione significat: est actu ens nō mutatū substātialiter: nō debuit poni verbū mutationē ei9 importās: puta fieri. sicut dicim9 ex aere aquā fieri: vbi importat substātialis mutatio termini: qr pductio aque simpliciter per vbū fieri: sed debuit poni per vbū essendi vt significaret cōuersio esse sine mutatione termini. Et qm̄ cōuersio illa fit nō

Ephe.i.

Diony.

successiue: sz instātanee: vbi simul est fieri et factū esse instās etiā cōuersionis nō diuidit a tpe plationis per tps vel instās mediū: q̄si post platione futurū: sed instans terminās platione: ipsum est instās cōuersionis. Ideo verbū essendi nō debuit esse futuri tpis: sed pñtis tpis: qr terminus rei presentis: pñs iudicat. Et lz virt9 conuersiua sit infinita: virtus scz verbi increati per qđ facta sunt oia: tm̄ p hāc in illa conuersione nihil nouū creat. Neq cōuersio illa est ad nouā p̄sentiā corporis xpi: tāq̄ ad terminū formalē: sed ad ipsum corp9 xpi: ad cui9 substātialē existētiā desinit esse panis cōuersus: vt habitū est lec. xl. Ideo non dr cōuersio hic trāslocatio: sz trāssubstātiatio. Corpus aūt xpi in hac conuersione nō creat: qr ante fuit: et p cōuersionē trāssubstātialiter nō mutat: ideo nō debuit poni verbū Imperatiuū: vocans rē de nō esse ad esse: fiat vel crectur: sed verbū est substātiuū: significās immutatā et semp existentem corporis xpi substātiam. Hoc de verbo est. ¶ X Qr etiā cōuersio fit panis in corp9 xpi: tāq̄ in signū alterius: qr corpus christi res est sacramēti panis: et sacrm corporis mystici qđ ex multis mēbris diuersor officior cuz vno capite xpo cōnectit: signās vnionē mēbror fideliū cuz xpo: nō sufficit: dicere caro. Qđ lz sufficeret ad rōnez cibationis spiritualis exprimēdā (ppter qđ xps cū de cibo loquit: vtit noie caro) ad signādū aūt vtrūq qđ pertinet ad rationē sacramēti: dicēdū erat corpus: qđ cōe est ad totū homogeneū et eterogeneū. Un̄ in institutiōe sacramēti dixit xps. Accipite etc. hoc est corp9 meū. Et lz panis: qr cibus et eiusdē rōnis in suis partibus: apte significet carnē xpi: qr tamē ex multis granis conficit per aque admixtionē vnitis et in pastā redactis: apte significat corpus xpi ex multis mēbris connexū: ala eius sacrosancta viuificatū: vt vult beatus Aug. sup Joan. Ut ergo vtrūq significaret: et corp9 christi vt cib9 vite: et vt mystici corporis significatū: cōgruētius dr corpus q̄ caro. Quia etiaz tota operatio ista fit virtute verbi increati hoc sacrm instituētis et dispensantis sub hac verborum forma: minister ex potestate a deo sibi tradita hoc idē ministeriū aliter facturus eadē verba assumit: nō tm̄ in sua: sed in xpi principalis et summi sacerdotis psona: ideo verba xpi nō mutata pferre dz. Un̄ nō corpus xpi: vel corp9 tuū: sed meū dicere opz: qđ nō sacerdotis: sed xpi corpus demonstrat. Et licet sacerdos in precedentibus verbis loquat de xpo in psona tertia: in his tamē loquit in psona xpi pma: vt dictū est: neq est simile de potestate eijciendi demones tradita: et de potestate cōficiēdi: qr ibi nō instituit formā aliquā. Nec eiectio demonū facta est virtute verbor: sz vtute fidei ad xpm. Plus em̄ ibi fides operata est: q̄ verba. Un̄ frequenter dixit xps in suis miraculis. Fides salua te fecit: aut fiat tibi sicut credidisti. Hic autē formā sacramenti instituit quā mutare non licebit. Qr demū sacerdos nullā habet circa materiā eucharistie operationē preter plationē verbor: nō debuit aliud verbū operationē sacerdotis circa materiā significās addi: sicut in alijs sacramētis. ¶ Et per hoc pz q vba illa q̄tuor sufficiūt: quodq cōgruētissime sunt posita: nec supflua nec diminuta. Patet etiā per hec obiectionū solutio sufficiēs. Nō tm̄ intelligēdū q illa verba sic necessaria sunt: q per alia a deo formata istitui nō potuit. Potuit em̄ quecūq voluisset instituere: sz ex cōgruitatib9 allegatis fuerūt magis apta. Et tm̄ de forme cōsecrationis panis cōgruētia: et certissima veritate.

i. Cor. x.

Augu.

¶Lectio.xlix.

Expeditis tribus principalibus diuisiõis lect.xxxviij. premisse mẽbris: scilz forme integritate: eius efficacia & veritate. Restat quarti mẽbri psecutio: qd est de cõueniẽti singularissime ɔuersiõis expressiõe. Qua scz habitudine nomina terminos hui⁹ conuersionis significantia poni debeãt in locutione: vt cõuersio ipsa catholice & vere exprimaf. Sunt aũt nõia terminorũ huius ɔuersionis panis & corpus xpi: aut eis equipollẽtia. Panis nomẽ est termini a quo: corpus xpi termini ad quẽ. Inquirendum itaqz an ipsa cõuersio his noibus exprimi possit per vbũ esse fieri. posse esse: simplr in rectis: vel mediante prepositione ex: de vel in: in obliqs. Inueniũtur nẽpe orõnes varie diuerseqz apud sctõs: quibus de hac sacrosctã trãssubstantiatione sunt locuti.

Ambrosi⁹.

Nã & btũs Amb eã nũc p verbũ pot: exprimit in lib. de sacramẽtis. vbi dicit. Quõ aũt pot qd panis est: esse corpus xpi: Rñdet. cõsecratiõe. Nũc p verbũ erat & est. Ibidẽ. Qd erat panis ante cõsecrationẽ: iã corp⁹ xpi est. Ibidẽ. Nunc per verbum fit. Vñ idẽ in lib. de catechizãdis rudibus. Panis & calix fit nobis alimẽtũ resurrectionis. In lib. de sacramẽtis. De pane fit corpus xpi. Et sequif. Ex pane fit corp⁹ xpi. Et vinũ fit sanguis christi. Ubi etiã addit prepositiones ex: de. Et sequitur ibidem. Calix sanguinis efficitur. Similiter & beatus Augu. varie loquitur.

Augustin⁹

Nam in libr. sniarum prosperi. Celestis panis qui christi caro est. Et sequitur ibidẽ quasi se exponẽs. Uocatur corpus christi / cum sit re vera sacramẽtum. Idem in. c. Qui mãducat de cõsec. dist. ij. Panis est corpus xpi. Calix sanguis. Idẽ lib. iiij. de trinita. Corpus & sanguinem christi dicimus: quod ex fructibus terre acceptum: & prece mystica consecratum recte sumim⁹ ad salutem spũalem. Quod aũt ex fructibus terre acceptũ est: & prece mystica cõsecratũ: panis est. Dicit ergo panẽ esse corpus xpi. Itẽ per fit: exprimit in. c. Non ois. ea. dist. vbi dicit. Nõ ois panis: sed accipiẽs bñdictionẽ christi: fit corpus xpi. Itẽ in. c. vtrũ sub figura. in ea. dist. exprimit per prepositiões ex: & in. vñ ait. Ex substãtia panis & vini corpus xpi mystice ɔsecratur. Et sequitur. Corpus xpi & sanguis in virtute spũssancti ex panis & vini substãtia efficitur. & sequitur. Ipse scilz xps est qui per spiritũsanctum: hãc vez panis substãtiã: suã efficit carnẽ: & trãsfit vinũ in sanguinẽ. Itẽ in cõfessione Berẽgarij: vt habef eadẽ dist. Ego Berẽgarius pfiteor eandẽ fidẽ me tenere de sacris dñice mẽse: quã hec sctã synodus auctoritate euãgelica & aplica tenendaz tradidit: mihiqz firmauit: scz panẽ & vinum que in altari ponunf: nõ solũ sacrm: sed etiam verum corpus & sanguinẽ dñi nri iesu xpi esse.

Eusebius emissenus.

Item Eusebius emissenus de cõsc. di. ij. c. qr corpus sic exprimit. Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in subam corpis & sanguinis sui verbo suo secreta ptãte cõuertit. Sequif. In xpi subam terrena & mortalia cõuertunf. Ecce omnibus modis I lectiõis hui⁹ principio ppositis: sancti vtũtur de venerabili eucharistia dogmatizãtes. Sed videdũ q̃ modi sint ppriij: q̃ figuratiui: vt obscura exponanf: & ad sermonis ppetatẽ q̃ sunt min⁹ ppria: reducãtur: qd & glose dictarũ autoritatũ faciũt. ¶B Suppono itaqz ex frequẽter dictis: q in hac cõuersione: qua panis & vinũ in corpus & sanguinẽ xpi trãssubstantiaf: panis & vinũ fm se & quodlibet sui desinũt: manentib⁹ accidentib⁹: quibus desinẽtibus: succedit corpus xpi: qd non de nouo pducif: sed preexistẽs incipit de nouo esse sub illis accidẽtib⁹. Nihilqz qd est aliqd ipsi⁹ panis vel vini: nõ materia: nõ forma: nõ aliqua pars ei⁹ itrat: cõiũgif: aut manet in: vel cũ corpe xpi: & sanguine sub accidẽtib⁹ remanẽtib⁹. Hec est catholica veritas: hic intellect⁹ quẽ in oĩbus sermonib⁹ cõuersionẽ istã exprimẽtibus cõcipere oportet & tenere: & q̃buscũqz sermonib⁹ exprimatur cõuersio ac trãssubstantiatio panis & vini in corpus xpi: nihil aliud intelligitur per conuersionem & trãssubstãtiationẽ: q̃ oĩmoda panis et vini desitio: & corporis & sanguinis christi sub remanẽtibus accidẽtibus successio. Et ad hũc intellectũ debẽt retorqueri & exponi. Sed nunc videdum q̃ locutiões fm sermonis ppetatẽ sunt ɔcedẽde.

Attende de duplicib⁹ ppositionibus q̃ in pposito formari pñt.

¶ Pro quo aduertẽdũ: q duplices possunt formari propositiões in pposito. Quedã in quibus panis quod importat terminũ a quo cõuersionis: & corpus xpi qd importat terminũ ad quẽ: sunt extrema totalia: quedã in quib⁹ nõ sunt totalia extrema. Propositiones I quibus panis & corpus xpi sunt totalia extrema: sunt simpliciter false de rigore verbox: siue sint de inesse: siue de possibili: etiã cuiuscũqz tpis pñtis: pteriti vel futuri. Cuius ratio est: qr ois ppositio de inesse affirmatiua cuiuscũqz tpis fuerit: importat vnionem extremorũ pro tpe per copulã importato. i. quia importat p subiectũ & pdicatũ sunt idem: siue magis logice loquẽdo: q extrema scz subiectũ & pdicatũ supponãt pro eodez. Si aũt fuerit de possibili: importat vnionẽ illã esse possibilẽ p aliquo tpe. Hinc est illud: q nunq̃ propositio de inesse: de preterito vel de futuro est vera: nisi sua de presenti aliqñ fuit: vel aliqñ erit vera: qr omne tps preteritũ aliqñ fuit presens: & omne futurum aliqñ erit presens.

Prepositio de inesse / d pterito & de futuro qñ sit vera.

Sic nunq̃ propositio de possibili est vera: nisi sua de inesse sit possibilis. Cũ ergo hec: panis est corpus xpi: simplr est impossibilis: ideo oẽs ille sunt false & impossibiles: panis erit corpus xpi: corpus xpi fuit panis: panis potest esse corpus xpi: panẽ possibile est esse corpus xpi. Siliter & earũ cõuerse. Et quia non sunt dabiles alie propositiones affirmatiue de inesse et possibili a predictis: in quibus sunt totalia extrema: sequitur qd dictũ est: q oẽs tales sunt false. ¶ C Propositiones vero in q̃b⁹ nõ vterqz terminox panis & corpus xpi est totale extremũ: sz ad minus vnus eorũ est pars extremi: sunt in dupplici differẽtia. Aut sunt ambo recti casus: aut alter eorũ est obliqui casus. Si ambo sunt recti casus tũc predicãtur mediãte verbo fit: efficif: incipit esse: & siqua sunt silia. Et tũc ad veritatẽ talis requirif q extrema ad min⁹ successiue supponãt p eodẽ. Vñ illa: albũ fit nigrũ: nũq̃ erit vera: nisi illud qd iã est albũ: aliqñ fit nigrũ: ita q p illo pro quo albũ supponit: aliqñ supponat nigrũ. Sic de illa. Peccõr fit iust⁹: pcecator fit discipul⁹: & silib⁹. Unde illa est simplr falsa. Hõ fit asin⁹: hõ fit cadauer: embryo fit hõ: qr illud qd est hõ: totũ scz cõpositũ: nũq̃ erit: nec fuit illud qd est vel erit cadauer. Cõpositũ eñi ex materia & forma cadaueris nũq̃ fuit hõ: licet materia hois pot fieri materia cadaueris. Et materia embryonis pot fieri materia hois. Et materia hominis fieri potest materia asini: licet p multas trãsmutationes medias.

Et ad hūc intellectū qñqʒ (lʒ improprie) cōcedū tur ille: hō fit cadauer: lignū fit ignis: qr pars hominis aut ligni fit pars cadaueris vel ignis. Sʒ siue ꝓprie siue improprie nō est illa vera fm vim verborū. Panis fit corp⁹ xp̄i: qr nec nūc: nec posteri⁹: qd est panis pōt esse corp⁹ xp̄i: lō nec simul nec successiue panis ⁊ corp⁹ xp̄i pro eodē supponūt. Nec pars panis aliqñ erit pars corpis xp̄i: qr in ꝯuersione: panis tot⁹ desinit: nec aliqd ei⁹ intrat corpus xp̄i. Unde oēs ille sunt simplr false panis fit corp⁹ xp̄i: panis fact⁹ est aut fiet corp⁹ xp̄i. Sic de verbo efficit: incipit esse: ⁊ similibus. ¶ D Si aūt alter terminorū ponit in obliquo: tūc regulariter ponit cū additiōe prepositionis ex: de vel in: ita ꝙ ex vel de: addit termino a quo i. pani: vt ex pane: vel de pane fit corp⁹ xp̄i. Et tūc preposito ex vel de: pōt dicere circūstantiā cause materialis: vel circūstantiā ordinis: vt cū dicimus. Ciphus fit de vel ex auro: quoad primū: vel ex mane fit meridies: vt dicit. v. Metaph. quoad scdm. Primo mō adhuc falsuʒ est dicere: ex pane fit corpus xp̄i: qr valebit: ex pane tanq̃ ex materia fit corpus xp̄i: q̄ falsa est vt iā dictū est. Scdo mō cōcedit: qr tūc tm̄ dicit ordineʒ substantie panis ad presentiā corpis xp̄i. ⁊ valet tm̄: ex vel de pane fit corp⁹ xp̄i. i. post desitionē panis fit p̄ns corp⁹ xp̄i: siue pani succedit corp⁹ xp̄i. hoc mō etiā cōceditur: ex nō hoīe fit hō. i. post nō esse hoīs succedit esse hoīs: qd nihil aliō est dicere: nisi postq̃ aliqd nō fuit homo: fit hō. Silr concedit: ex non albo fit albū. Quā forte p̄hs non cōcederet: nisi propter cōe subiectū vtriusqʒ termini. Si vero ponit prepositio in: addita termino ad quē. i. corp⁹ xp̄i: vt dicēdo. Panis trāsit vel cōuertit in corp⁹ xp̄i: ⁊ tūc denotat circūstātiā termini ad quē cōuersionis: ⁊ ideo ipsa vera est: ⁊ literalius magis ꝓpria. Nā tm̄ valet: panis trāsit in corpus xp̄i. i. panis trāsit vel ꝯuertit: cuius trāsitus seu cōuersionis corpus xp̄i est terminus ad quē: qd nihil aliud est: nisi ꝙ desitioni panis que trāsit de esse ad nō esse: terminus ad quē. i. illud qd succedit: est corp⁹ xp̄i. ¶ E Ex qbus summarie colligit qd solū his locutionib⁹ vere exprimit trāssubstātiatio panis in corp⁹ xp̄i: in qb⁹ ablatiuo pane: addit ex vel de: aut accusatiuo corp⁹ xp̄i: addit ꝓpositio in. Et scda pro tāto ē magis ꝓpria: qr nō denotat cōem materiā vtriqʒ termino ꝯuersionis. Et ad alterā illarū reducere opʒ oēs alias si in veritate debeāt saluari: ⁊ hoc vult gl. de ꝯse. di. ij. qr corp⁹ sup verbo cōuertunt. Bene dicit inqt cōuertunt vel transubstātiant: vel (vt alij dicūt) trāseunt vel trāseant: non fiunt: nec incipiūt. Nihil em̄ fit vel incipit esse corp⁹ xp̄i. Pōt tn̄ cōcedi qd de pane cōficiat vel fiat corp⁹ xp̄i: sicut de aqua fit crystallus: sed securius nō cōcedit hoc. Et vbicūqʒ inuenit panis vel de pane fit vel cōficit corpus xp̄i: sic intelligit. i. trāsit in corp⁹ xp̄i. Uel expone sic. i. sub specie panis: vel latet vel incipit esse vel latere corp⁹ xp̄i: vbi ante cōsecrationē non erat. Si em̄ panis corp⁹ xp̄i fieret: singulis dieb⁹ ei adderetur aliqd qd pri⁹ non erat: ⁊ sic semper augmētaret. Itē qualiter vniret diuinitati ille panis ⁊ iste? Itē si panis est corp⁹ xp̄i: ergo aliqd qd nō est natū de virgine: ⁊ sic aliqd inanimatuʒ est corpus xp̄i: ergo est animatū ⁊ inanimatū: ergo nō solum de virgine habuit originē. Nō intelligas ergo ꝙ aliqd augmentū sumat ex tali cōuersione: nec eo mō quo cib⁹ ꝯuertit in carnē: sʒ ibi est corruptio. i. desinit ibi esse subā panis ⁊ vini: nulla tamē generatio. Unde nō pōt dici ꝙ sit ibi vera trāsubātio quātū ad hoc qd noua essentia ibi generet. Hec glo. cuius intentio ptʒ: lʒ verba glosatorem theologum nō fuisse sua improprietate demōstrēt. Ex his satis ptʒ quō autoritates supra posite ⁊ siles sint moderande: ad sensuʒ catholicum reducende. Et tantum de illo.

¶ F De diuinissimi sacramēti eucharistie veneratione seu cultu.



Uia autē ex p̄dictorū olim inuestigatione: sufficient patuit in hoc sacramento xp̄m cōtineri ⁊ quoad corp⁹ et animaʒ ineffabilēqʒ deitatē: restat ꝓ cōplemēto illi⁹ quarti mēbri inquirere quo cultu: qua ve adoratiōe diuinissimū illud sacrm̄: tā a sacerdote celebrāte: q̄ a circūstātib⁹ debeat venerari? Ad hoc em̄ statim facta cōsecratiōe reuerēter in altū fert hostiā ipsaʒ ꝓplo ostēdēs quaten⁹ visa eucharistia ab hoīb⁹ supplicitera doret. ¶ Ad cuius prosecutionē aduertēdū ꝙ cōiter ponunt tres spēs adoratiōis large accepte siue venerationis: q̄ grecis frequēter nominant vocabulʒ: scʒ theosebia siue latria: dulia hyperdulia. Utimur aūt grecis vocabulis: qr in latino eloquio nō habem⁹ noīa simplicia: qb⁹ explicent q̄ ꝑ hec noīa intēdim⁹ designare. Uñ beat⁹ Aug. x. de ciui. dei. c. j. loquēs de cultu soli deo exhibēdo ait. Ad significādū deo debitū cultū: qm̄ mihi satis idoneū nō occurrit latinuʒ: greco vbi necesse est insinuo: qd velim dicere. Cōsequēter exponit ibidē: qd noīe theosebia: qd latria significet. De q. 3. lec. xvij. dictū est in expositiōe huius clausule ꝑfationis. Adorāt dn̄ationes ⁊c. Iō breuiter ꝑ latriā in ꝓposito intelligēda est theosebia. i. cult⁹ vel seruit⁹ soli deo debit⁹: q̄ ⁊ adoratio strictissime sūpto vocabulo dici solet. ¶ Qr aūt de⁹ colit actu sacrificij. Est aūt sacrificium fm beatū Aug. x. de ci. dei. c. vj. oē opus qd agit vt sctā societate inhercam⁹ deo relatū scʒ ad illū finē boni q̄ veraciter esse beati possim⁹. Sequit ꝙ oī actu in deuʒ rōnabiliter ordinato deus colit. Est autem hmōi actus duplex interior ⁊ exterior. Et fm hoc duplex distinguit latria. Interior latria dr̄ actus fidei spei ac charitatis. fm btm̄ Aug. in ench. ca. ij. ⁊ sequētib⁹. Ubi em̄ soli in religione qua deus colit sequēdi sunt: vt ibidē dicit. c. iij. Harū nāqʒ virtutū actib⁹ debita deo reuerētia exhibet. Uñ quotiēs actū fidei spei aut charitatis elicio: totiēs deū colo: deū veneror: deū adoro. ¶ Cū enīʒ in deo summum bonum credo: meditor: agnosco ipsumqʒ vniuersale principiū: creatorē: gubernatorē: ⁊ principē. In ipso cōsistere summū bonum: oīsqʒ prātis plenitudinē: sine cui⁹ nutu nec foliū cadit de arbore. In cui⁹ manu oīa sunt posita: cuius volūtati resistere null⁹ pōt: cui⁹ sapiam nil latere: prouidētiā cūcta disponere credo. Ei⁹ bonitatē liberalissime cōicare: a quo oīb⁹ donatū est esse ⁊ viuere: creata ꝯseruare: ꝯseruata in suos ꝓpos fines sortit suauiterqʒ ordinare: sueqʒ btitudis rōnalē creaturā ꝑticipē facere: lapsa reparare:

perpetue

Adoratio triplex.

Augustin⁹

Latria.

Sacrificiū

Latria duplex.

luit ponere oēs figuras: sed magis exp̄ssas. Possūt enim hec quatuor figure distingui penes quatuor p̄ncipales effectus hui⁹ sacramēti.s. Uiuificare: ⁊ quātū ad illū figurat̄ p sanguinē q̄ est vita hoīs causalr̄: q̄a aīa oīs carnis in sanguine est. Leui. xvij. Et sanguis xp̄i emūdauit ꝯsciētias nr̄as ab opib⁹ mortuis. ad Heb. ix. Ali⁹ est viuificata nutrire: ⁊ quantū ad hoc significat̄ per māna. Sap. xvi. Angelorū esca nutriuisti pp̄lm tuū. Terti⁹ effectus est vires restaurare: ⁊ quantū ad hoc significat̄ p panē ⁊ vinū oblatum a melchisedech abrae reuertenti de p̄lio: quo p̄dita restaurauit. Quartus effect⁹ est ꝓtegere a p̄tāte aduersariorū: ⁊ quātū ad hoc significat̄ p agnū pascalē: cui⁹ sanguine custoditi sunt filij isrl̄ ab angelo exterminatore. Uel pōt dici q̄ ille q̄tuor figure posite sunt fm̄ q̄tuor q̄ in hoc sacro ꝯcurrūt: scʒ signū tm̄: res ⁊ signū: res tm̄: ⁊ cā: que sunt spēs panis ⁊ vini: xp̄s: gr̄a: sanguinis effusio. Primū p oblationem melchisedech: fm̄ per agnū pascalē: tertiū per māna: quartū p effluxū sanguinis de latere representatur. Alie ab aliis assignātur cause: s̄ȝ ille sufficiāt ⁊ tm̄ de nūero ⁊ sufficientia figurarū. ¶ De tertio scʒ figurarū ordine ⁊ excellentia. Dicit̄ aūt figura excellētior q̄ exp̄ssius significat: ⁊ quātū ad hoc di q̄ figure se hn̄t sicut excedentia ⁊ excessa. Nā fm̄ diuersa in hoc sacro cōsiderata: nec hec figura excellit: nec illa. Nam quātū ad sacr̄m tm̄ rep̄sentandū: excellit figura melchisech: quantū ad sacr̄m ⁊ rē: agn⁹ pascalis: quātū ad rem tm̄: māna deserti: quātū ad cām. effluxus sanguinis xp̄i. Et hec satis patent ex p̄missis ¶ O Sʒ sunt duo dubia. Primū: cur pl⁹ sacrificia hoīū triū p̄sm abel melchisedech: abrae: q̄ ceterorū ꝯmemorantur? Scōm: cur potius hec sacrificia de lege nature q̄ de lege moysaica in canone assumunt̄: ¶ Ad primū d̄r: q̄ iō horū patrū sacrificia ꝯmemorant̄: q̄r sicut illorū sacrificia typi fuere et figure sacrificij nr̄i: ita ⁊ p̄ses ipsi fuere figura xp̄i. Abel em̄ innocēs ⁊ iustus a fratre suo inuidiose interfect⁹ est: p qō sigr̄ur xp̄s: q̄ a fratribus suis iudeis inuidia obcecatis: maliciose in morte traditus: ꝓpter qō dicit Jo. apoc. xiij. q̄ agnus xp̄s ab origine mūdi occisus est: in suis scʒ in abel: in cuius occisiōe p̄figurat⁹ est: vt dicit glo. Abraā quoqʒ figura fuit xp̄i in magna sua obediētia: qua parat⁹ fuit offerre propriam suā substantiā in filio suo vnigenito. Et xp̄s obediēs fuit patri offerēdo seip̄m in mortē ad volūtatē ⁊ bn̄placitū patris. Fuit etiā I hoc abraā figura xp̄i: q̄ patriarcha fuit ⁊ p̄nceps patrū: nō tm̄ israelitice plebis: sʒ ⁊ pp̄li xp̄iani: illius p carnē: istius p fidē: fm̄ illud Gen. xvij. Nō vltra vocabit̄ nomen tuū abrā: sed appellaberis abraā qr̄ p̄rem multarū gentiū te ꝯstitui. Sic xp̄s p̄r est oīm q̄ fecit vtraqʒ vnū: q̄ lapis est angularis: duos in se parietes: iudeos ⁊ gentiles ꝯiungēs in fidei vnitatē. Jn quo ⁊ oēs mō sp̄ualr̄ renascimur: ⁊ filij dei efficimur p gr̄am adoptiōis: q̄ ⁊ iuxta promissionē abrae factā de suo fuit semine ort⁹. Melchisedech q̄ʒ figura xp̄i fuit q̄r fuit rex salē. i. rex iusticie ⁊ pacis. Fuit sine patre ⁊ sine m̄re: ⁊ sine genealogia. Sacerdos dei altissimi: bn̄dixit abrae: ⁊ obtulit decimas: p que xp̄m apte figurabat: de quo ꝓpheta. Orietur in dieb⁹ ei⁹ iusticia ⁊ abundātia pacis donec auferatur luna. i. ecclesie mortalitas: ⁊ Esa. ix. Jpe p̄nceps pacis: pater futuri seculi. Hic princeps pacis fuit sine patre ex tempore sine matre in eternitate: sine genealogia in diuinitate. Bn̄dixit oībus fidelib⁹: ⁊ occurrit pulsās a ī ostiū: p̄ueniēs singulos in bn̄dictionib⁹ dulcedinis. Occurrit q̄dē peccātib⁹ in multa miseratione p immissionē sctārū cogitationū: vt a pctīs se conuertāt. Occurrit ⁊ iā ꝯuersis in multa dulcedine: p multiplicationē gr̄arū donorū ⁊ virtutum. Obtulit ⁊ decimas p restaurationē ruine angelice. Cecidit quidē draco magn⁹ lucifer: ⁊ traxit secū tertiā p̄tē stellarū: iuxta visionē bti Joā. in apoca. c. xij. Christ⁹ aūt p nature hūane assumptionē obtulit se deo p̄ri: quo illa pars angelorū q̄ cecidit est integrata: ne vacuitas eēt in illa hierl̄m superna. Et sicut p̄ses xp̄i: ita eorū oblatiōes figure fuerūt nr̄i sacrificij: vt p̄ʒ ex supradictis. ¶ P Ad s̄ȝ dubiū r̄ndet̄ fm̄ Alb. q̄ iō sacrificia legis nature sunt adducta: q̄r illa in fide semp fuerūt accepta. Hostie aūt legis vc. min⁹ accepte fuerūt: ⁊ ad tp̄s tolerabātur: vt eas carnalis pp̄ls magis deo offerret: q̄ idolis immolaret: eo q̄ pp̄ls ille pron⁹ fuit ad idololatriā. Uñ Leui. xvij. postq̄ mandauit de bobus ⁊ eorū adipibus immolari dn̄o quasi cām assignās addidit. Et nequaq̄ immolabāt vltra bostias suas demonib⁹ cū q̄b⁹ fornicati sūt. Uñ de sacrificijs ⁊ hostijs illi⁹ legis scribit̄ p Hiere. vi. c. Holocaustomata vr̄a nō sunt accepta: victime vr̄e nō placuerūt mihi. Et p Osee. c. vi. Mia3 volo ⁊ nō sacrificiū. Et iterū in ps. Nō accipiā de domo tua vitulos: neqʒ de gregib⁹ tuis hircos. Nū q̄d māducabo carnes taurorū aut sanguinē hircorū potabo? Et silia multa q̄ ostidūt sacrificiorū illorū inacceptabilitatē: quātū ad pctōrū remissionē ⁊ gr̄e collationē. Nā q̄ad p̄mū dicit apl̄s. Jmpossibile est sanguie taurorū ⁊ hircorū auferri pctā: ad Heb. x. Quoad fm̄ ait Rom. iij. Ex opibus legis nō iustificabit̄ oīs caro. Et ad Gal. ij. Si p legem iusticia: ergo xp̄s gratis mortuus est. Sed de hoc lati⁹. 8. lec. xx. ¶ Pōt etiā dici q̄ nō tm̄ ꝯmemorātur sacrificia horū patrū tāq̄ figure nr̄i sacrificij: quantū ꝯmemorant̄ ꝓpter patrū illorū acceptabilitatē. Jn quorū primo ꝯmendat̄ ꝯstās iusticia: in scōo fides: in tertio obediētia. Uñ orat sacerdos vt accepta sint sacrificia: sicut patrum illorū fuere. Sequitur.



Up plices te rogam⁹ oīpotēs de⁹. Jube hec p ferri per manus scti āgeli tui: in sublime altare tuū: I cō specta diuine maiestatis tue: vt q̄q̄t ex hac altaris p̄ticipatione sacrosctm̄ filij tui corp⁹ ⁊ sanguinē sumpserimus: oī benedictiōe celesti ⁊ gratia repleamur. Per eūdem dn̄m nostrū. Amen. ¶ Hec est tertia pars partis q̄nte p̄ncipalis canonis: in q̄ post petitā oblatorū acceptationē: petit sacerdos diuīe gratie ⁊ bn̄dictionis p̄ticipationem. Et h̄ȝ tres p̄ticulas. Jn p̄ma ponit̄ petitiōis istātia. Jn scōa petitiōis forma: ibi. Jube hec. Jn tertia iungitur petitionis finis ⁊ substātia: ibi. Quotquot. ¶ Quoad primū dicitur. Supplices. i. humiles te rogamus. Allegamus aūt humilitatem nostra in petēdo benedictionis gratias: instructi doctrina iacobi apl̄i dicētis. Deus superbis resistit: hūilib⁹ dat gr̄as.

Eiusdem

ad Heb. ix.
Sap. xvi.
Dubiū primum.
Dubiū fm̄
Rn̄sio ad p̄mū dubiū.
Gen. xvij.
Melchisedech sine genealog a fuit.
Ps. lxxi.
Esa ix.
Rn̄sio ad fm̄ dubiuȝ.
Leui. xvij.
Hiere. vi.
Osee. vi.
Ps.
Ad Gal. ij.

Esa.lxiiii.

Eiusdē.liiij. Hinc rogam⁹ nō ex nr̄a iusticia: q̄m
illa ante faciē tuā est tāq̄ pān⁹ mēstruate. Esaie
lxiiij. sz innitētes humilitati: p̄ quā nihil de nobis
p̄sumim⁹: sz solū de tua mīa rogam⁹ et petimus
sciētes q̄ oratio humiliū celos penetrat: ꝛ nō di-
scedit donec altissimus eā inspiciat. Eccle. xxxv.
Rogam⁹ igif te oꝑs de⁹: q2 nemo potēs est p̄sta-
re q̄ petim⁹. Quis em̄ imperabit angelis vt vota
nr̄a perferāt ante ꝯspectū tue celsitudinis nisi tu
de⁹ oꝑs: qui rex es ꝛ dn̄s angeloꝝ? Quis p̄funde
re p̄ōt celesti bn̄dictione: ꝛ imbre sup̄ne gr̄e cor-
pus ꝛ sanguinē xp̄i filij tui participantes: nisi tu
deus oꝑs qui pr̄ es mīaꝝ ꝛ totius cōsolationis:
qui p̄uenis in bn̄dictionib⁹ de mēsa quam para

Innocen.

sti māducātes? Jube hec p̄ferri. Tāte sunt p̄fun
ditatis hec verba: dicit Inno. vt intellectus hu-

Grego.

man⁹ vix ea sufficiat penetrare. Nā ꝛ bea. Greg.
tāti sacramēti dignus interp̄res in.iiij. li. dialo.
c.l. rāq̄ d̄ re ineffabili ineffabiliter loquēs. Quis
inquit fideliū dubiū h̄re possit: in ipsa immola-
tionis hora: ad sacerdotis vocē celos aperiri: in
illo iesu xp̄i mysterio angelorum choros adesse:
summis ima sociari: terrena celestib⁹ coniungi?
Unū quoq̄ ex visibilib⁹ ꝛ inuisibilib⁹ fieri? Idē.
Uno eodēq̄ tp̄e ꝛ momento ꝛ in celū rapit mini
sterio angeloꝝ sociād⁹ corpori xp̄i: ꝛ ante oculos
sacerdotis in altari videt: ꝛ ponunt hec verba de
cōse. di. ij. quid sit sanguis. Quoꝝ expositionē re
quire supra lec. xlvij. ℂ R Subdit Inno. Saluo
tn̄ occulto celestis oraculi sacro: possunt hec ver
ba: lz simplicius: tn̄ securius intelligi sic: triplici-
ter quidē: fm̄ q̄ p̄nomē hec p̄ōt demōstrare: vel
fideliū vota: vel corporis ꝛ sanguinis sacra: vel p̄
ea mystice significata. Primo mō sic. Jube hec
scz vota fideliū: supplicatiōes ꝛ p̄ces. Perferri i.
rep̄resentari. Per man⁹ sancti angeli tui. i. p̄ mi-

Angeli offe rūt deo ora tiones no- stras.

nisteriū angeloꝝ: q̄ (vt ap̄ls ait ad Heb. i.) sunt
oēs administratorij spūs. Hi q̄dē nūciāt deo no
stras orōnes quas fundimus: iuxta illud qd̄ ait
angelus ad Thobiā eiusdē. c. xij. Qn̄ orabas cū
lachrymis ꝛc. ego obtuli orōnē tuā dn̄o. Et fm̄

Albertus.

Alber. nō d̄r hic: p̄ sancti angeli tui p̄ vno ange
lo tn̄: vel p̄ vno angeloꝝ choro: sed p̄ oīb⁹. Oēs

Diony.

em̄ celestes essentie (vt dicit bea. Diony.) angeli
vocant: quoꝝ innumera est multitudo: fm̄ illud

Dan. vij.

Dan. vij. Milia miliū ministrabāt ei: ꝛ decies cē
tena milia assistebāt ei. Hoc aūt maxime intelli
gendū est fieri: dicit in sacro altaris: allegans il-
lud Greg. statim supra positū. Assistūt aūt ange
li nō ad hoc sacrm̄ cōsecrādū: q2 ad hoc nō acce
perūt potestatē: sz in hac ab hoībus excedunt: vt
supra habitū est lec. iiij. Adsunt aūt vt honorē ꝛ
reuerētiā exhibeāt regi suo xp̄o: in cuius vultū
respicere (vt Pe. ait) semp̄ delectātur. Ut quoq̄

j. Pe. i.

vota ꝛ p̄ces ꝛ desideria sacerdotis ꝛ toti⁹ populi
deo rep̄sentēt: fm̄ illud Apoc. viij. Ascēdit fum⁹

Apoc. viij.

aromatū in ꝯspectu dn̄i de manu angeli. Nō au
tem hoc petit: fm̄ bea. Aug. vt de⁹ p̄ angelos no

Augusti.

scat primo q̄d petimus aut desideram⁹: q̄ oīa no
uit anteq̄ fiāt. Dan. xiij. vn̄ ꝛ xp̄s ait. Scit pr̄ ve
ster quid op⁹ sit vobis anteq̄ petatis. Matt. vi.
Sz q2 necesse h̄z rōnalis creatura tp̄ales causas
in deū ꝛ ad eternitatē referre: siue petēdo q̄d er-
ga se fiat: siue cōsulendo q̄d faciat: aut q̄d deo iu
bēte implendū esse cognoscat: hoc nobis euidē-
ter vel latēter angelus reportet. Sic em̄ de⁹ iuxta
ordinē sue sapiētie statuit: vt infima p̄ media re-
ducantur ad suprema: vt vult Diony. in li. de an
ge. hierar. Sic docet hoīes p̄ angelos. interiores
p̄ superiores: vt oīs illuminatio a pr̄e luminū ordi
nate procedat. ℂ Uel aliter exponit hec particu

la. Jube hec p̄ferri. Hec. i. corp⁹ et sanguinē filij
tui. In sublime altare. i. in celū non fm̄ realē loci
trāslationē: q2 iā ibi residet in forma gloriosa: sz
fm̄ acceptationē gratā inquātū tibi hec corp⁹ et
sanguinē offerimus: petētes vt ex eoꝝ participa
tione celesti gr̄a repleamur. ℂ S Uel tertio. Ju-
be hec p̄ferri. Hec. i. signatū p̄ sacra corporis et
sanguinis: qd̄ est ecclesia militās. Ecclesiā mili-
tantē eiusq̄ mēbra. Jube tu pr̄ celestis p̄ferri in
sublime altare tuū. i. ecclesiā triūphātē q̄ altare

Leuiti. vj.

dicit: iuxta hoc Leui. vj. Ignis in altari meo sem
per ardebit. i. feruor charitatis in ecclesia trium
phāte: ꝛ d̄r altare: q2 ibi sacrificat sacrificiū lau-

Ps.

dis. Ps. Beati q̄ habitāt in domo tua dn̄e: in secu
la seculoꝝ laudabūt te. In ꝯspectu diuine maie-
statis tue. i. sup̄me et altissime diuinitatis tue: q̄
in celo ꝛ ecclesia triūphāte singulari fulgore ruti
lat. Per man⁹ scti angeli tui. i. p̄ ministeriū ꝛ ser-
uitiū angeloꝝ vt supra. Uel per man⁹ scti angeli
tui. i. xp̄i filij tui q̄ est angel⁹ magni ꝯsilij fm̄ illud

Esa. ix.

Esa. ix. Uocabit nomē ei⁹ magni ꝯsilij angelus.
Ut quotquot: de seruitute cleri vel voto p̄pli. Ex
hac altaris participatiōe: hoc est ex sacrificij al-
taris cōione. Sūpserim⁹: ꝛ hoc sacramētaliter vt
celebrās: vel spiritualiter tn̄ vt p̄pls circunstās.
Sacrosanctū filij tui corp⁹: qd̄ opatiōe spūssan-
cti de purissimis sanguinib⁹ ỽginis formatū: in
separabiliter mō ineffabili excellētissime diuini-
tati vnitū est: p̄pter qd̄ rectissime sacrosanctum
dicit: q̄si bis sctm̄: ex plenissime gr̄e ꝛ ỽbi p̄sonali
vnione. Et sanguinē: naturalem p̄ nobis fusum
eiusdē filij tui. Omni celesti bn̄dictione: oīm spi-
ritualiū: charismatū gr̄aꝝ: donoꝝ ꝛ virtutū. Re-
pleamur: q2 sine hoꝝ largitiōe oē op⁹ nr̄m est in-
ualidū. Repleamur fm̄ mētē a te pr̄e luminū: a q̄
est oē datū optimū: ꝛ oē donū p̄fectū. Cōcludit.
Per eūdē xp̄m dn̄m nr̄m: quē ꝯstituisti mediato
rem inter te ꝛ nos p̄tōres miseros: atq̄ aduoca
tum: vt cām nostrā corā te p̄issimo iudice iustis
simo ageret: ꝛ p̄ nobis efficaciter iterpellaret: q̄si
diceremꝰ. nō p̄ merita nr̄a placere tibi poterit
nr̄a orō. Placeat igit tibi saltē p̄ dn̄m nr̄m iesum
xp̄m filiū tuū in q̄ tibi bn̄ cōplacuisse testat⁹ es.
Per hūc ad te accedim⁹ quaten⁹ ad te ipse p̄ se-
metipsum accedat: cui ꝛ pri⁹ cōcessisti vt introi-
ret p̄ sanguinē p̄priū in scā tua eterna nr̄a redē
ptione inuēta. ad Heb. ix. ℂ T Sacerdos autē
hāc dicēs orōnē: humiliter se inclinat: osculat al-

Inclinatio quid signi- ficat.

tare: manus cōplicat: ꝛ tres cruces format. Incli
natio illa fm̄ Inno. ꝛ Alex. significat xp̄i hūilia-
tionē ꝛ inclinationē: qua imminēte passione po-
sitis genib⁹ p̄cidit in faciē orās. Pr̄ mi si possibi
le est transeat a me calix iste. Uel fm̄ alios signifi
cat illā in cruce inclinationē q̄ xp̄s inclinato in
cruce capite tradidit spiritum. Uel tertio sacer-
dos humiliter se inclinat: vt p̄ signa sensibilia si-
gnificet internā humilitatē: q̄ dū supplicās vesti
tur vt ei⁹ orō sit acceptior exaudiri: vtq̄ humilita
tem corpore demōstret quā sermone explicat se

Cācellatio manuū an te pect⁹ q̄d significet.

tenere: dicēs. Supplices te rogam⁹. ℂ Cancellat
etiā sub hac orōne manus suas ante pectus: fm̄
quarūdā cōsuetudinē ecclesiaꝝ fm̄ magistrū in
rōnali: ad designādū q̄ humilitas orōnis p̄ in-
clinationē designata: tūc p̄mū digna est exaudi-
ri: dū ex fide p̄cedit pectoris atq̄ mētis. Ex fide
dico p̄ dilectionē operātē: q̄ operatio per manus
intelligit. ℂ Uel fm̄ aliaꝝ ꝯsuetudine ecclesiaꝝ:
orat cācellatis manibus ad altare: quasi facto ex
ope ipso dicat. Obsecro te p̄ passionē et crucē fi-
lij tui: iube hec ꝛc. Cācellatio em̄ manuū suppo-
sitio ad altare crucifixionē xp̄i significat: in quo

se obtulit sacrificiū p expiatiōe peccatorū. Rursus
dū dicit. Ut quorqt ex hac altaris participatio-
ne altare osculaš: et repñsentās p hoc osculū inde
vt dicit Inn. 7 vt sicut ad pditoris osculū se xp̄s
inclinauit: ita inclinet se sacerdos ad osculuʒ re-
uerentie 7 honoris. Scdm Alb. ḋo vt se fieri par
ticipē altaris sacrificio cū alijs oīb⁹ ostēdat sicut
olim dauid se participem oīm bonoꝝ fieri petijt
cū ait. Participē me fac de⁹ oīm timētiū te: 7 cu-
stodiētiū mādata tua. ¶ Scdm alios: osculū al-
taris significat reconciliationē nostrā cū deo fa-
ctā in morte xp̄i p hoc sacrificiū commemoratā:
nā osculū pacis est signū. Osculanš aūt qdā ter
altare: fm magistrū in rōnali: agētes p hoc grās
trinitati: cui p passionē xp̄i humanū gen⁹ est re-
cōciliatū. Alij aūt bis: ad repñsentandū geminaʒ
in xp̄o naturā: seu ad significādū ipsuʒ in corpo
re 7 aīa passum. Alij semel: ad significandū illud
vnicū osculū pditoris vel vnicā xp̄i mortē et nr̄e
recōciliationē. ¶ V Deīde facit sacerdos quar-
tam crucis signationē: q̄ lʒ multipliciter a diuer-
sis exponaš in ordine ad diuersa in corpore xp̄i
vero vel mystico significata: tñ sequēs ordinē su
pra lec. xxi. in his signis expositū: dico post sctm
Tho. parte. iij. q. lxxxiij. ar. v. q̄ in hac q̄rta signa
tiōe fit trina crucis signatio. Prima ī verbo cor
pus: scda in v̄bo sanguine: tertia in v̄bo omni be
nedictione. Prima fit sup oblatā quo corp⁹ xp̄i:
scda sup calicē: quo sanguis xp̄i vi ꝯsecrationis
primo ꝯtineš: tertia ante faciem sacerdotis. Per
primā igiš ꝯmemoraš corporis xp̄i rigidissima ex
tēsio: qua iuxta pphete vocē: oīa ei⁹ ossa dinume
rari poterāt. Foderūt inq̄t manus meas 7 pedes
meos: 7 dinumerauerunt oīa ossa mea. Ps. xxi.
Cui quasi cōpatiētis affectu ecclesia canit. Flecte
ramos arbor alta: tēsa laxa viscera: 7 rigor lente-
scat ille: quē dedit natiuitas: vt superni mēbra re-
gis miti tēdas stipite. ¶ Per secundā crucē effu
sio largissima sanguinis: qua oīa defluxo humo-
re: corp⁹ sctissimū torruit: qđ idē ppheta non ta
cuit: cū in psona xp̄i Ps. preallegato ait. Sicut
aqua effusus suʒ: 7 dispersa sunt oīa ossa mea: fa
ctū est cor meū tāq̄ cera liquescēs in medio ven
tris mei. Aruit tāq̄ testa virt⁹ mea: 7 lingua mea
adhesit faucib⁹ meis: 7 in puluerē mortis dedu-
xisti me: 7 in hymno p̄fato. Clauis mite corp⁹ p-
foraš: sanguis vnda pfluit: terra pōtus: astra:
mūd⁹: que lauanš flumine. ¶ Per tertiā passio-
nis fruct⁹ vñ pfluit in nos oīs bñdictio: designa
tur: q̄ ideo añ sacerdotis faciē figuraš. ¶ X Hāc
aūt bñdictiōis plenitudinē Alber. dicit p oēs il
las tres cruces significari: vt p p̄mā sup corp⁹ sa
crā: significeš plenitudo bñdictiōis: a p̄mo perfe
ctore sctitatis scʒ xp̄o in corp⁹ xp̄i mysticū proce
dere. Per scdam sup calicē signatā: significaš in
idē corp⁹ xp̄i mysticū gratiā recipi. Per tertiam
ante faciē sacerdotis figuratā: significaš eandeʒ
gratiā in sacerdote 7 eis p quibus offert pmane
re. Scdm magistrū in rōnali: p̄me due cruces si-
gnificāt q̄ xp̄s p duob⁹ pplis passus est. Vel fm
alios: q̄ p mortē xp̄i 7 sanguinis effusioneʒ a du-
plici morte: corpis scʒ 7 aīe liberati sum⁹. ¶ Ter-
tia aūt fit ante sacerdotis faciē: vt crucis 7 passio
nis xp̄i teneat memoriā: sicq̄ʒ passiōis socius fa-
ctus: fiat particeps 7 regni: fm illud apl̄i. Si su-
stinebim⁹ 7 conregnabim⁹. ¶ Vel p tertiā crucē
significari pōt: q̄ p xp̄i passionē in cruce cōsum-
matā: crux facta est figura demonib⁹ formidabi-
lis: qua ꝯ eos efficaciter munimur 7 dfensamur.
¶ Vel fm alios p has tres cruces significaš di-
uersitas passiōis: 7 corpis quoad vulnerationē:

Innocen.

Alber.

Osculū re-
conciliatio
nis ē signū.

Ps.

Alber.

ij. Thim. ij.

sanguis quoad effusioneʒ: faciei quoad velatio-
nē: ꝯtumelias: 7 multiplicē irrisionē. Inn. ḋo nō
attēdēs ordinē lc. pallegata positū: dicit q̄ ideo
fiūt tres cruces: q: xp̄s in agonia fact⁹ tertio ora
bat: eūdē sermonē dicēs 7c. Vel crux sup corpus:
vincula figt qb⁹ ligat⁹ fuit dñs: sup calicē: flagel
la repñsentat: añ faciē sacerdotis signata: sputa 7
alapas qb⁹ xp̄i facies lita ē atq̄ pcussa figt. Sic
vario mō exponiš ista crucis signatio: sʒ p̄ma ex
positio rationabilior vr 7c. Lectio. lvi.

Inno.



A
E:
mēto ē
dñe fa-
mulorū
famula
rumq̄
tuarum
N. 7. N
qui nos
precesse
rūt cū si
gno fi-
dei: et
dormi-
unt ī sō-
no pa-
cis. Ipsis domine et omnibus in Christo quie-
scentibus locū refrigerij lucis et pacis vt indul-
geas deprecamur. Per eundē xp̄m do. no. Amē.
¶ Hec est sexta pars principalis toti⁹ canonis:
in qua post cōsecratoꝝ rememorationē 7 petitā
salutē his qui sacrificio perfruunš in parte ista
subinferš refrigerij ac suffragij postulatio 7 itera
ta sanctoꝝ inuocatio: quatenus petita a dño cō
cedanš. Et diuidiš in partes duas. In prima pe-
titur refrigeriū pro defunctis. In secūda petitur
suffragiū pro viuis: adiūctis sanctoꝝ memorijs:
ibi. Nobis quoq̄ 7c. ¶ Circa primum duo facit.
Primo orat pro quibusdaʒ mortuis specialiter.
In secūdo p oībus in xp̄o quiescētib⁹ generali-
ter: ibi. Et oīb⁹ in xp̄o 7c. ¶ Quoad primū dicit.
Memēto etiā. Etiā signū est cōtinuatiuū distin
ctoꝝ abinuicē: 7 in pposito cōtinuat hāc oratio
nem prime pcedenti: vt sit sensus: cū hoc q̄ peti
mus q̄ nos viui celesti bñdictione et grā repleā-
mur: etiā petimus dñe vt memoriam habeas fa-
muloꝝ famularūq̄ tuaꝝ 7c. credētes nr̄m sacrifi
ciū nō solū pdesse viuis: sʒ 7 defunctis. vñ Inno.
Orat pia mr̄ ecclesia nō solū p viuis: sʒ etiā pro
defunctis: 7 eos sacre oblatiōis intercessioni cō
mēdat: certissime credēs: q̄ sanguis ille p̄ciosus
qui pro multis effusus est in remissionē peccatorum
nō solū ad salutē viuētiū: verūetiā ad absolutio
nē valeat mortuoꝝ. Et vt magis ostēderet eccl̄ia
fidē qua tenet nostrū sacrificiuʒ mortuis pdesse
statuit et decreuit vt in quibuslibet missarū solē-
nijs: loco debito defunctorū memoria habeatur
vñ de ꝯsc. dist. i. visum. decretū est in concilio ca-
bilonēsi in hūc modū. Visum nobis est vt in oī-
bus missaꝝ solennijs: pro spiritibus defunctorū
loco cōpetēti in ecclesia ad dñm depreceš. Sicut
eñ nulla dies excipiš: qua nō p viuētibus 7 qui-
buslibet necessitatib⁹ dñm depreceš: ita nimirū
nulla dies excipi debet: quin pro animabus fide
liū preces ad dñm in missarū solēnijs fundanš.
Antiquitus igiš hūc morē tenet eccl̄ia vt in mis-
sarū solēnijs: 7 alijs precibus dño spūs quiescen
tiū cōmendenš: dicēte btō Aug. Nō sunt preter-
mittende supplicationes pro spiritibus mortuo
rum: quas faciendas p omnibus in christiana
7 catholica

Etiā signū
est cōtinua
tiuū distin-
ctorum.

Augusti.

et catholica societate laudamus. Defunctorum etiam tacitis nominibꝰ eoꝝ quos sub ḡnali cōmemoratiōe suscepit ecclesia: vt quibus ad ista desunt parētes aut filij aut quicūqꝫ cognati vel amici: ab vna eis exhibeat pia matre ecclesia.

Albertus.

¶ B Orat ergo. Memēto dn̄e ⁊c. Hoc est fm Alb. Nō sint erga te famuli tui ⁊ famule de numero illoꝝ de quibꝰ nullam vis habere mēoriā ⁊ noticiā: de quibꝰ per prophetā dixisti. Nōm eorum nō recordabor amplius per labia mea. ⁊

Mat. vij.

Mat. vij. Multi dicēt mihi in illa die: dn̄e dn̄e ⁊c. ⁊ tūc confitebor illis: qꝛ nunꝗ̄ ego noui vos. Illi eñ in dei memoriā nō sunt: qui deleti sūt de libro vite: de quibus dr̄. In ciuitate tua imaginē eoꝝ ad nihilū rediges. Hi sunt quibꝰ gr̄e bn̄ficiū nō impēdis: sed his que sunt in noticia tua sicut ille cui dixisti.

Exo. xxxiij.

Exo. xxxiij. Inuenisti gratiā coram me ⁊ teipm̄ noui ex noīe. Dixit aūt. Memēto: nō ꝙ velit deū quasi oblitum aliquoꝝ ad memorādum excitare: qꝛ in deū nulla penitꝰ cadit obliuio. Immutabilis est eñ neqꝫ in ipso quoꝝcūqꝫ actuū est vicissitudo: vt Jaco. j.

Jacobi. j.

Apd̄ quē nō est transmutatio: nec vicissitudinis obūbratio. Dicit ergo sacerdos. Memēto dn̄e: vt sic proijciat in deū oēm affectum suū tanꝗ̄ patrem clementissimū: vt qd̄ desiderat ⁊ petit iam deo cognitum: misericorditer tribuat: ac largiatur.

Augustinꝰ.

Ita dicit btūs Aug. ij. cōfessio se locutum fuisse ad dn̄m dicēs. Cur inquit tibi dn̄e tot narrationes rerum dirigo? Nō vtiqꝫ vt per me noueris eā: sed affectū meum excito in te: cōfitendo tibi miserias nostras: ⁊ mias tuas super nos: vt liberes nos: vt desinamus esse miseri in nobis: ⁊ btificemur in te qui pauperes sumus. ¶ Sequitur Famuloꝝ famularūqꝫ tuaꝝ: qui tibi in obedientia mādatorum tuoꝝ famulati sunt: quia de his qui nūꝗ̄ famulari voluerūt: nulla est apud deū recordatio. ij. Timo. ij. Cognouit dn̄s qui sūt eiꝰ

Joan. x.

Joan. x. Cognosco oues meas: ⁊ cognoscunt me mee. Exprimit aūt sacerdos famulatum eorum pro quibꝰ orat: vt qd̄ petit valeat citiꝰ impetrare exēplo sapiētis: qui cū sapiētia de sede magnitudinis sibi mitti petijt: ⁊ statī induxit famulatū dī.

Sap. ix.

Da mihi dn̄e sediū tuaꝝ assistricē sapiaꝫ. Et post pauca subdit. Qm̄ seruꝰ tuus sum ego: ⁊ filius ancille tue. Et ꝓpheta dauid petēs ab inimicis suis ac tribulatiōibꝰ liberari: seruitutis sue memorat. In mia tua inq̄t: disperdes inimicos meos: ⁊ perdes oēs q̄ tribulāt aīaꝫ meā: qm̄ ego seruus tuꝰ sum.

Ps. cxlij.

Fit aūt hoc qꝛ mortē hūano famulatus ⁊ hūilis seruitꝰ animū ad exauditiōeꝫ inclinare cōsueuit. * ¶ Et Sequit. Qui nos precesserūt. Tāgit mortuoꝝ pietateꝫ ⁊ ꝓfessionem. Qui nos ꝑcesserūt aū nos decedēdo. Cū signo fidei: hoc est sacra fide venerabilr ⁊ reuerēter suscipiēdo. De illis eñ spes est apud ecclīaꝫ: ⁊ pro illis intercedit. j. Coꝛ. v. Quid mihi inq̄t aplus: de his qui foris sunt iudicare? Uel fm Inno. cū signo fidei. i. cū charactere xp̄ianitatis: quo fideles ab infidelibꝰ discernunt: fm illud. Audiui numerū signatoꝝ cētū quadragintaquatuor milia ex oī tribu filioꝝ israel. In susceptiōe q̄dē baptismatis: q̄ introitꝰ est: ⁊ fidei ianua: imprimitur quoddā signū spūale ac indelebile in aīaꝫ baptizati: per qd̄ discernit baptizatꝰ a nō baptizato: fidelis ab infideli: de q̄. s. dictū ē lec. ij. Et hoc cōi noie dr̄ character ⁊ signū xp̄ianitatꝫ: de quo ht̄ in. c. maiores: de baptismo ⁊ eius effectu: vbi dr̄

* ¶ Inde psalmꝰ. In mia tua disperdes inimicos meos: ⁊ ꝑdes oēs q̄ tribulāt animaꝫ meā. Seq̄t qm̄ ego suꝰ tuus sum.

Innocē.

Innocē. Qui ficte accedit ad sacm̄ baptismi scꝫ characterē recipit xp̄ianitatꝫ impressuꝫ. Uel sic: qui nos ꝑcesserūt cū signo fidei. i. qui dū vixerūt apparuerunt in eis signa ꝙ fuere fideles ⁊ vere xp̄iani de quibus desperādū nō est: sꝫ magis pro eis orandū. ¶ Sequitur. Et dormierūt in somno pacis. i. in pace conscientie mortui sunt sine peccatis mortalibus ⁊ dei offensa: sed in dei amicitia ⁊ gratia. His eñ dūtaxat prosunt orōnes viuentiū. Frequēter autem scriptura defunctos dormiētes vocat: pro eo ꝙ sicut dormiētes somno naturali a somno euigilant: sic ei mortui a somno resurgent: vnde apls. Nolumꝰ vos ignorare de dormientibus vt non cōtristemini sicut ⁊ ceteri qui spem nō hn̄t. j. Tes. iiij. ⁊ Joā. xj. dominus inquit.

Joā. xj.

Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitem eum. Et declarās quali somno dormiret: subdit euangelista. Dixerat iesus de morte eius. Illi autem scꝫ discipuli putauerunt: qꝛ de dormitiōe somni diceret. Tūc ergo iesus dixit eis manifeste. Lazarus mortuꝰ est. ⁊ Lu. viij.

Lu. viij.

Puella nō est mortua sed dormit: ⁊ deridebāt eum: scientes quia mortua esset. Et vere qui nature mortui sunt: deo dormiūt: nam fm Aug. nō tā facile quis dormiētē a somno excitat: ꝗ̄ facile deꝰ a morte resuscitat.

Augustinꝰ.

Ex hoc aūt v̄bo qd̄ hic dr̄. In somno pacis: dr̄ Alb. Hi dormiūt in somno pacis: vel q̄ nūc in regno recepti pace fruunt: dicētes. In pace i idipm̄ dor. ⁊ re. ⁊

Alber.

Apo. xiiij. Amodo iā dicit spūs: vt requiescāt a laboribꝰ suis. Uel q̄ sunt in purgatorio: hi eñ per certā expectationē sunt in pace cordis: qꝛ i securitate gr̄e: ⁊ liberati ab oī mutabilitate: ⁊ strepitu mūdi: vñ secure expectāt sue purgatiōis terminū: ⁊ liberationē a penis ac ꝑenaꝝ locꝫ.

Apoc. xiiij.

¶ D Ex hoc etiā v̄bo videt innui fm Alb. ꝙ aīe i purgatorio nō affligunt ministerio demonū: qꝛ cū demonibꝰ somnū pacis nō haberēt: sꝫ purgant per seipsas: sicut aurū purgat ⁊ rutilat in igne. vñ. j. Coꝛ. iij. Uniuscuiusqꝫ opꝰ quale sit: ignis ꝓbabit. Si cuiꝰ opꝰ arserit: detrimētū patiet: ipe tñ saluꝰ erit: sic tñ quasi per ignē. Uñ nō opinor ait Alb. ꝙ demōes aīas purgādas deferant ad loca penarū: qꝛ scē sunt aīe ille. Et dr̄ dauid. Nō tradas bestijs aīas ꝯfitētes tibi: hoc est nō tradas eas ꝑtāti demonū affligēdas: q̄ sunt bestie dicte ⁊ aīas pauperꝫ tuoꝝ ne obliuiscaris i finē: qꝛ purgatos educis de locis penaꝝ. Sꝫ potiꝰ aīe pōdere venialiū pctōꝝ q̄ secū portāt de corpe exeūtes tēdūt ꝓfunde: ⁊ minꝰ ꝓfunde ꝑ diuersitate venialiū delatoꝝ secū ad loca penaꝝ: sicut diuersi pōderis grauia tēdūt deorsum: ⁊ ideo zach. v. dr̄ iniq̄tas sedere sup talētū plūbi. ⁊ in ps xxxvij. dr̄ de pctis. Sicut onus graue grauate sunt super me. Illis ergo valēt suffragia.

Ps. lxxiij.

¶ Hic aūt fm Inno. Alexā. ⁊ Alb. sacerdos quoꝝ voluerit habere dꝫ mēoriā specialē: scꝫ defunctoꝝ parētū: consanguineoꝝ: spāliter cōmissoꝝ: ⁊ eoꝝ q̄bꝰ missaꝫ suā spāliter applicare maluerit: quoꝝ mēoriam nō vocaliter nolatī exprimat: sed tñ mētaliter personas ipas cogitabit: ne scꝫ astātiū deuotio turbet: aut ne in vanā laudē missas dici ꝓcurātes extollant. De hac materia quoꝝ scꝫ fieri debeat: ⁊ quo ordine ac ceteris hac materiā respiciētibꝰ satis dictū est. s. cū ageret de mēoria viuoꝝ: lec. xxvi. ⁊ seq̄nti q̄ hic sup̄fluū foret repetere. Tactū est ibidē: ꝙ mēoria esse dꝫ breuis: additi sunt etiā modi breuiādi. Cui consentit Guil. parif. in diuina rhetorica: vbi de breuitate orōnis loq̄t: ita dicēs.

Guil. parif.

Qui missas adeo lōgas faciūt ꝙ tedio ꝓlixitatꝫ sue corda circūstātiū a gr̄a deuotiōis arescūt: ⁊ ipaꝫ refectiōeꝫ spūalē quā i missis ꝑcipe deberēt. i molestie amaritudinē cōuertūt. De his igit pt̄ cōq̄ri ppl̄s circūstās ⁊ dicere.

Dederũt in escã meã scl. Stulticia igitur hmõi
bolm hec est: vt pro pugillo deuotiõis quod eis
in missis tribuitur: totius populi deuotionẽ deo
auferũt: ⁊ pro trib⁹ aut quatuor (vt ita dicatur)
lachrymis cõpũctiõis aut deuotiõis: vasa ma-
gna. i. corda deuote ⁊ lachrymose orãtiuz effun-
dant. Ibi ergo breuis esse debet oꝛo: vbi breui-
tas eius alioꝝ deuotiõi orãtiũ militat ⁊ deseruit
nũq̃ tñ plixitas ⁊ longitudo oꝛonis deo displi-
cet: nisi vbi ipsa prolixitas alijs impedimentum
prestat orãdi. Hec Guil. De illis ergo sacerdo-
tibus qui in publico corã pplo celebrant loquit̃
Guil. ❡ Seq̃tur. Ipsis dñe ⁊ olb⁹ in xp̃o quiescẽ
tibus. Ubi postq̃ sacerdos aliquoꝝ defunctoꝝ
memoriã habuit spãliter: hic olm facit memoriã
gñaliter. vñ dicit. Ipsis scz q̃s spãli designauim⁹
recordatiõe. Et olb⁹ in xp̃o quiescẽtibus. i. in fi-
de ⁊ cõfessione xp̃i defunctis. Uel fm Alb. in si-
gnis fidei quiescẽtibus a laborib⁹ vite exterio-

Job. iij.

ris. Job. iij. Requieuerunt fessi robore: ⁊ ibidem

Apoc. xiiij.

Nunc enĩ dormiens silerẽ ⁊ somno meo requiesce
rem. De quibus etiam dr̃ Apo. xiiij. Beati mortui
qui in dño moriũtur. Ut indulgeas. i. concedas
ex tua beniuolẽtia ⁊ mia que superaltet iudiciũ
Jac. ij. Locũ refrigerij: in quo nõ est ardor pena
rum. Nõ hoc erat: quasi in gratia decedẽtes ex-
pertes sint refrigerij diuine cõsolationis. Non

Luc. xvi.

enĩ sunt de illis quib⁹ nullũ subuenit refrigeriũ:
qualis fuit diues epulo qui in penis clamauit.
Pater abraã miserere mei: ⁊ mitte lazarũ vt intin
gat extremum digiti sui in aquã: vt refrigeret lin
guam meaz: q2 crucior in hac flãma. Nec tñ q̃d
postulauit obtinuit: q2 dicẽte abraã. Inter nos ⁊
vos chaos magnũ firmatũ est: vt hi qui volunt
hinc trãsire ad vos nõ p̃nt: neq3 inde huc trãs-
meare. Chaos hoc profundissimũ immobilitas
est diuine s̃nie: que nullũ scĩoꝝ in patria per cõ-
passionis suffragiũ permittit trãsire ad subuen-
tionẽ in inferno dãnatoꝝ. Nec aliquẽ dãnatoꝝ
permittit per refrigerij adeptionẽ trãsire libera
tum ad locũ btõꝝ. Hic est locus refrigerij: q̃ pe-
titur in gr̃a defunctis: scz quãtũ ad penã ignis.
Quia lz cõsolationẽ habẽt ex certitudine adipi-
scẽde btitudinis: ⁊ charitate dei qua replentur:
nõ tñ habẽt refrigeriũ a pena quã adhuc susti-
nent pro pctis in vita p̃nti cõmissis: ⁊ nõ plene
quantũ ad satisfactionẽ remissis. Tale est refri-

zacha. ix.

geriũ q̃d per aquã designat zach. pph̃a. c. ix. Tu
in sanguine testamẽti tui emisisti victos tuos de
lacu in quo nõ est aq̃: refrigerij scz ab afflictione
penaꝝ: quãuis nõ sit refrigeriũ diuĩe ꝯsolatiõis.

j. Timo. vj.

❡ Seq̃tur. Lucis. i. locũ illũ in quo nõ est obscu
ritas tenebraꝝ. Sunt enĩ ale in purgatorio pri-
uate apta dei visiõe in qua ẽ lux maxĩa: habitat
enĩ lucẽ inaccessibilẽ. In his ergo tenebris sunt

Michee. vj.

nõ in tenebris culpe infidelitatis aut desꝑatio-
nis: habẽt enĩ lumẽ cogitatiõis spei ⁊ charitat̃.
De q̃b⁹ illõ Michee. vij. accipi põt. Ne leteris
inimica mea sup me: q2 cecidi. Cõsurgã. Cũ sede
ro in tenebris: dñs lux mea est. Irã dñi portabo
q̃m peccaui ei: donec cãm meaz iudicet: ⁊ faciat
iudiciũ meũ. Educet me in lucẽ: ⁊ videbo iusti-

Apoc. xxi.

ciã ei⁹. ❡ Et pacis: in qua nõ est afflictio hostiũ
Apoc. xxi. Absterget de⁹ oẽz lachrymã ab oculis
scĩoꝝ ⁊c. Uel pacis: cõtra vermẽ cõsciẽtie: qui in
his q̃ a pace eternitatis pfecta sciũcti sunt non
morit̃. Donec pueniat ad locũ vbi delectabunt̃
in multitudine pacis: cũ placebũt corã deo in lu
mine viuẽtiuz. Hic loc⁹ refrigerij lucis ⁊ pacis:
celũ est empyreũ: loc⁹ btõꝝ: loc⁹ cõsolatiõis ⁊ re

Sap. iiij.

frigerij: de quo Sap. iiij. Justus si morte pocc-
patus fuerit i refrigerio erit. Locus claritatis ⁊
lucis: quẽ claritas dei illuminat: fm illud Apoc.

Apoc. xxi.

xxi. Ciuitas nõ eget sole neq3 luna vt luceant in
ea. Nã claritas dei illuminabit eã: ⁊ lucerna ei⁹

Esa. xxxij.

est agnus. Locus securitatis ⁊ pacis. Esa. xxxij.
Erit opus iusticie pax: ⁊ cultus iusticie silẽtium:
⁊ securitas vsq3 in sempiternũ. Et sedebit pplˢ
meus in pulchritudine pacis: ⁊ in tabernaculis
fiducie: ⁊ in requie opulẽta. Hic loc⁹ celestis est
ciuitas: cuius pax est ordinatissima ⁊ cõcordis-
sima societas fruẽdi deo: ⁊ inuicẽ in deo: vt dicit

Augustin⁹

Augu. xix. de ciui. dei. c. xiij. Deprecamur oẽs scz
nos qui sacrificiũ tibi offerim⁹ siue sacramenta
li ministerio siue voto: primũ sacerdotẽ: scdm re
spicit pplm circũstantẽ. ❡ f Cõcludit̃. Per eũ-
dem xp̃m dñm nostrũ: q̃ ad inferos descendens
defunctos liberauit a locis penaꝝ: inducens in
locum refrigerij btitudinis eterne. Ipse etiaz est
splẽdor paterne glorie: lux ⁊ veritas quẽ expecta
bant sedentes in tenebris: vt educerent̃ ad locũ
diuine claritatis. Ipse est qui post labores ⁊ mi-
serias ⁊ angustias pacẽ ⁊ requiẽ repromisit di-

Joã. xvi.

cẽs Joã. xvi. In mũdo pssurã habebitis: in me
autẽ pacẽ. Cõgrue igitur petim⁹ per dñm iesum
xp̃m: vt in ip̃o donetur quiescẽtibus defunctis
locus refrigerij lucis ⁊ pacis. Et q̃uis multi in
xp̃o dormierũt qui de facto locũ lucis ⁊ pacis in
habitant quãtũ ad alam: ⁊ ita suffragio viuorũ
nõ egent: tñ hos ab alijs nõ discernim⁹ sed gñia-
liter pro omnib⁹ in xp̃o dormiẽtib⁹ supplicam⁹.

Augustin⁹

Uñ dicit Aug. in lib. de cura pro mortuis agẽda
⁊ habetur. xiij. q. ij. Nõ estimem⁹. Quãuis enim
altaris siue orationũ: siue eleemosynaꝝ sacrifi-
cia nõ pro: quib⁹ fiũt olbus prosint: sed his tãtũ
pro quibus dũ viuũt cooperantur vt prosint: sz q2
nõ discernimus qui sint: opz ea p regñatis olb⁹
facere: vt nullus coꝝ ꝑtermittatur: ad quos hec
beneficia possint ⁊ debeant peruenire. Melius
enĩ supererunt illa his quib⁹ nec obsunt nec pro
sunt: q̃ eis deerũt pro quibus prosunt. ❡ Et q2

De suffra-
gijs mor-
tuorum.

hic memoria agit̃ mortuoꝝ: cõgruũ est aliquid
de coꝝ suffragijs tractare: ea tñ que circa memo
riã viuoꝝ tractata sunt minime repetẽdo. Uidẽ
dũ igit̃ erit de sex. Primo vtrũ viuoꝝ suffragia de
functis pdesse possint. Scdo an olb⁹: an aliq̃b⁹
psint: quib⁹ ⁊ quib⁹ nõ. Tertio quib⁹ suffragijs
iuuari possint: ⁊ q̃ boꝝũ magis prosint. Quarto
vtrũ indulgentie pficiant trãseũtibus. Quinto

Ps.

ad q̃d psint. Sexto quoꝝ suffragia psint: an tñ
existẽtiũ in gr̃a: an etiã suffragia pctõꝝ. Et vtrũ
suffragia pro defunctis facta pficiãt actori. Et
si sic: an tm ei pficiãt quãtũ si p seipso faceret: ⁊
suã intẽtionẽ ad aliũ nõ dirigeret. ❡ B Quãtũ
ad primũ fuit error quorũdã hereticoꝝ negãtiũ
alas ab hic decedẽtiũ posse viuẽtiũ suffragijs ad
iuuari: suã p̃fidiã diuersis rõnibus muniẽtiũ
⁊ scripture autoritatibus. Nã scriptũ est in ps.
Reddes vnicuiq3 fm opa sua. ⁊ apo. xiiij. Opa

ij. Coꝝ. v.

enĩ illoꝝ sequuntur illos. Itẽ. ij. Coꝝ. v. Oẽs nos
oportet manifestari ante tribunal xp̃i: vt referat
vnusq̃sq3 propria corpis prout gessit: siue bonũ
siue malũ. Itẽ. j. Coꝝ. iij. Unusquisq3 pprlã mer-

Ad ro. xiiij

cedem accipiet fm suũ laborez. ⁊ ad Rom. xiiij.
Unusquisq3 nrm p se reddet rõnẽ deo. Itẽ Gal.
vj. Que seminauerit hõ: hec ⁊ metet. Et ibidem.

Hieronỹ.

Unusquisq3 on⁹ suũ portabit. Et btũs Hiero. ⁊
habet̃. xiij. q. ij. In presenti. In presenti ait seculo
scimus siue orationibus siue consilijs inuicem
nos posse adiuuari. Cũ aũt ante tribunal chri-
sti venerim⁹: nec iob: nec daniel: nec noe rogare
posse pro quoq̃: sz vnũquẽq3 portare onus suũ.

Ex his

¶Ex his oībus & similib⁹ sequi videt: q̄ defuncti actuū suor quos in corpore gesserunt p̄mia cōdigna percipient: & per ɔ̄ns nihil tunc eis proficiēt opa alior. ¶Ad idem arguunt rōne. Ad iusticiā dei pertinet vt vnicuiqz tribuat s̄m merita ppria: iusticia aūt dei nō deficiet: igitur nō pōt aliquis ex alterius operib⁹ accipere liberationis suffragiū. ¶Itē ad diuinā iusticiā pertinet silr reddere bona p bonis & mala p malis: sed null⁹ punit pro malis alterius. Ezech.xviij. Aia q̄ peccauerit ipsa morietur. Fili⁹ nō portabit iniquitatē patris: ergo nec vnus iuuat ex bonis alteri⁹. ¶Idē per idē. Opus est meritoriū & laudabile: scz per volūtatis libertatē: in inuolūtarijs enim neqz laudamur neqz vituperamur.iij. Ethi. Sed ex bono vnius nō laudat alter: ergo nec opus vnius poterit alteri esse meritorium. ¶Item proficere ex opere aliquo est existentiū in via. sed mortui sunt in termino recipiēdi s̄m merita: s̄m illō apli. Statutū est oīb⁹ hominib⁹ semel mori post hoc iudiciū ad Hebre.ix. Uñ et de mortuis intelligitur qd̄ legit Job.xix. Semitā meā circūsepsit: & trāsire nō possum⁹. Nullus eñ iuuatur ex opere alterius: nisi sit aliqua vite cōicatio: sed viuorū & mortuor nulla est cōicatio: s̄m p̄hm.j. Ethi. ergo suffragia viuorū mortuis nō p̄sunt. ¶H Sed cōtra hūc errorem est v̄itas fidei scriptura sacra: ac sctōr dogmata ecclesie qz rit⁹ & determinatio: atqz rō. ¶Rō: quia charitas q̄ est vinculū ecclesie mēbra vniēs nō solū ad viuos se extēdit: sz etiaz ad mortuos qui in charitate decedūt. Charitas eñ est vita aie q̄ nūq̄ excidit: qz nec in hoc seclo: nec in futuro finitur: vt dicit glo.j. Cor.xiij. & ideo opa viuorū cōia facit etiā defunctis. Oēs eñ fideles viui et defuncti per charitatē vniti vnius corpis ecclie mēbra sūt: lz diuersor statuū. Mēbror aūt eiusdē corpis vnū p aliud cōstat iuuari posse. Hinc ij. Mach.xij. dr̄ q vir fortissim⁹ iudas collatiōe facta duodeciz milia drachmas argēti misit hierosolymā: offerri p pctis mortuor sacrificiū iuste & religiose de resurrectiōe cogitās. Nisi eniz eos qui ceciderant resurrecturos (scz a penis in quib⁹ erāt) speraret: supflūū videret & vanum orare p mortuis. Hec eñ est resurrectio prima: qua aīa resurgit a penis i quib⁹ d-tinet. Et scd̄a resurrectio est corpor a sepulcris. Uñ & dr̄ de resurrectiōe p̄la Apoc.xx. Btūs est & sctūs q̄ hz partē in resurrectiōe p̄ma: qz illi mors in eternū nō dñabit. Uñ ɔcludit vbi. s. Sctā igitur & salubris est cogitatio p defunctis exorare: vt a pctis soluant. Ex hac autoritate luce clari⁹ p₃: q mortui orōnib⁹ viuor p̄nt a pctis: hoc est pctōr penis solui. ¶Ecclie etiā rit⁹ hāc veritatē approbat. vñ btūs Aug. in li. de cura agēda p mortuis Nō parua est vniuerse ecclie (q̄ in hac cōsuetudine claret) autoritas vt in p̄cib⁹ sacerdotis q̄ dño deo ad ei⁹ altare fundunt locū suū habeat etiam cōmemoratio mortuor. Hec autem consuetudo ab ipsis instituta ē aplis vt dicit Dam. in q̄dā s̄mo. de suffra. mortuor. Mysterior ɔscij discipuli saluatoris & sacri apli in tremēdis viuificis mysterijs memoriā fieri eor qui fideliter dormierūt sanxerūt. ¶Hoc idē p₃ p btm̄ Diony. ca. vlti. eccle. hierar. vbi ritū cōmēorat: quo in p̄mitiua ecclesia p mortuis orabat: vbi etiaz Diony. replicādo & soluēdo ostēdit orōnes viuorū valere defunctis ad remissiōez pctōr p infirmitatē hūanā admissor: vñ ait. Accedēs deinde venerādus antistes: p̄cē sacrā sup mortuū peragit. Et seqtur. Precatur oratio illa diuinā clementiam: vt cuncta dimittat per infirmitatem humanā admissa peccata defuncto: eūqz in luce statuat: & regione viuor in finib⁹ abrae: isaac: & iacob: in loco vbi aufugit dolor & tristicia & gemitus. Ista vt reor perspicua sunt beatissima sctōr premia. Hec Dionysi⁹ aplis cōtēporane⁹ & bti pauli discipul⁹. Aug. qz in suo enchi. c. cix. & habetur.xiij.q.ij. t̄ps. Neqz negādū est defunctor aīas pietate suor viuentiū releuari: cū pro illis sacrificiū mediatoris offert: vel eleemosyne fiūt in ecclia. ¶Itē btūs Amb. in lib. de obitu theodosij impatoris & habet.xiij.q.ij. Qz alij: ait. Alij tertiū diem: alij tricesimū: alij septimū: alij quadragesimuz obseruare cōsueuerūt. Et sequitur. Utraqz obseruatio habet autoritatē qua necessariū pietatis impletur officiū. Btūs Greg. ad idē multa in.iiij. lib. dialo. scribit: quor aliqua postea ponent. Ad idē magister disti.xlv. quarti libri sentētiar. & Hugo de sacra. li.ij. par.xvi. Ex quib⁹ & alijs multis satis manifestū est aīas fidelium defunctorū suffragijs iuuari viuoruz. ¶I Per hoc ad autoritates & rōnes hereticorū. Ad autoritates pōt tripli respōderi. Uno mō q oēs intelligēde sunt quātū ad premiū essentiale beatificum: & quātū ad penā eterne dānationis: illud eñ quilibet recipit s̄m propria merita. Nec per suffragia quorūcūqz iuuatur vt infra dicet. Uel intelligūtur de premio in finali iudicio cuilibet reddendo. Post illud eñ extremum & tremendū iudicium cessabūt suffragia: cessabit & quecūqz penar diminutio: & glorie augmentum: tā essentialis q̄ accidentalis. Usqz tunc eñ gaudiū accidentale btōr: per opa viator meritoria auget & maxime illor quib⁹ bti occasio fuerūt per doctrinā verbi: scripti vel exempli: preces: auxilia: ac cetera hmōi: silr & pena accidētalis dānator sicut de arrio loquit Aug. Debent ergo autoritates intelligi de redditione premior & penarū in finali iudicio futura: q̄ eñ tūc reddent: manebūt sine fine: s̄m illud Matt.xxv. Et tūc ibūt hi in suppliciū eternū: iusti aūt in vitam eternam. ¶Uel tertio q suffragia q̄ fiunt pro mortuis et viuis: dici possunt opera illor pro quibus fiūt. Tum quia vt ista eis proficerent post mortē ipsi suis operib⁹ dum viuerent meruerant: & ita sua fecerūt: qz suis precedētib⁹ meritis redduntur. De quo btūs Aug. in enchi. c. cix. Eis scz defunctis p̄sunt hec: qui cū viuerēt vt hec sibi postea prodesse possent meruerūt. Et sequitur. Hic oē meritū cōparatur quo possit post hāc vitā releuari quispiā vel grauari. Nemo autez speret qd̄ hic neglexit: cū obierit apud deū pmereri. Non igitur ista q̄ pro defunctis cōmēdādis frequētat ecclesia: illi apostolice sunt aduersa snie qua dictum est. Oēs eñ stabimus ante tribunal xp̄i: vt referat vnusquiqz s̄m ea que per corpus gessit: qz etiā hoc meritū sibi vnusq̄sqz dū in corpe viueret cōparauit: vt ei possent illa pdesse. Tū quia opus qd̄ p aliquo fit: efficit ei⁹ p quo fit: appropriat eñ ei per intētionē faciētis. Tū qz qd̄ q est eius qui vnū mecū est: quodāmō & mecū est. Uñ nō est cōtra diuinā iusticiā: si vnus fructū accipiat de opibus factis ab alio qui vnū secū est in charitate: & maxime p eo factis. Nā & s̄m hūanā iusticiā cōtingit: vt satisfactio vni⁹ pro alio acceptet: vt vult btūs Tho. in quarto scripto di stin.xlv.q.iiij. Et ita oēs autoritates allegate q̄ de pprijs opibus loquūtur: que quisqz gessit in corpore: sunt p̄dictis consentanee & nullatenus aduerse. ¶K Autoritas etiam beati Hiero. de tribunali extremi iudicij loqtur: i illo eñ finali

Eze.xviij.

Ad heb.ix.
Job.xix.

Apoc.xx.

Augustin⁹

Damasce.

Dionysi⁹.

Augustin⁹

Ambrosi⁹.

Mat.xxv.

Augustin⁹

indicio: vt dictum est: cessabūt orōnes sanctoꝝ. Uel per onus suū intelligitur qđ quisqȝ meruit: meruit aūt decedēs in gratia: vt ei pficerent viuoꝝ suffragia. Nō ergo iob: daniel: aut noe rogare poterūt vt noua merita cōsequāt defuncti. Pñt autē rogare vt pcedētib⁹ meritis hec reddantur. Uel vt Gratianus. c. allegato dicit: ꝟba hieremi de impenitentibus accipienda sunt

Ps. xlviij.

De quib⁹ ꝑpheta. Nō dabit deo placationem suam: nec precium redemptiōis aīe sue: ⁊ iō frater nō redimet cū: sed laborabit in eternum. De alijs a ſūt intelligi nō pōt. Hec gratianus. Nec obstat qđ Eccls. ix. dicit. Mortui nō hñt partē in hoc seculo: neqȝ in opere qđ sub celo geritur: quia verbū hoc est cōtionatoris: veritatē nō determinantis vt ptȝ ex textu. Etiā lȝ mortui nihil habeant de opere qđ fit in hoc seculo per cooperationē ꝓpriā (qr hoc seculū excesserūt) hñt tñ aliquid de fructu qui opera cōsequit. Ad instar quoꝝdā mercatoꝝ societatem adinuicē habētium: qui participant aliquid de lucro per suos socios: qui laborādo discurrunt per mūdi partes: cum ipsi domi residcant ⁊ quiescant. Sic et eiusdē corporis membra: licet nō oīa in eodē officio laboreīt: fructum tñ laboꝝ singuloꝝ omnia participant. Quāuis eñ manus nō digerāt sed stomachus: nec cibos in os inferat stomachus sed manus: tñ nō sibi tñ: sed omnibus membris stomachus digerit: ⁊ toti corpori manus cibum inferunt: ⁊ pedes totum corpus portant: oculi toti corpori vident ⁊c. Ita eiusdem corporis mystici ecclesie scȝ membra: tā ea q̄ trāsierūt: ꝙ illa que supsunt cōicāt: neqȝ defuncti desinunt esse mēbra ecclesie: qr capiti charitate sūt vniti: ⁊ nō pcisi sicut charitate nudati: igit ꝑticipare pñt fructū suoꝝ mēbroꝝ. ¶ L Ad rōnes. Ad pmam ptȝ ꝙ nō est contra iusticiā dei qui vnicuiqȝ ſm propria merita retribuit: qr ſm pdicta opus qđ pro aliquo fit efficit eius pro quo fit: vt statiȝ. s. dictū est. ¶ Ad scđam đr ad minoiē: ꝙ verū est ꝙ nullus punit ꝑ malis alterius: que nō aliquo mō sunt sua. Nā iuste aliqs ꝑ malis aliorū: qui aliquo mō per occasionē: consensum aut aliam cōionē etiā ad eū pertinent: vñ đr Exo. xx. Ego

Exo. xx.

sum dñs deus tuus fortis zelotes: visitans iniqtatem patrū in filios: in tertiaȝ ⁊ quartā generationem eoꝝ qui oderūt me. Ita etiā nullus iuste bonū cōsequitur ex bono alterius nihil oīno ad se ꝑtinētis: secus vbi est aliqua cōio eoꝝ aut cōiunctio: vt in ꝓposito. Uñ vbi supra sequit. Faciēs miam in milia his qui diligunt me: ⁊ custodiūt precepta mea. Uñ auferre aliqđ qđ sibi debet directe iusticie repugnat. Dare autē aliqđ ei cui nō debet: act⁹ est liberalitatis: ⁊ iusticie non repugnat: lȝ iusticie metas excedat. Ad qđ facit

Mat. xx.

illud Mat. xx. Amice nō facio tibi iniuria: nōne ex denario diurno cōueni tecū: tolle qđ tuū est ⁊ vade: volo autē huic dare sicut ⁊ tibi. ¶ Ad tertiā negat maior. Nō eñ ꝑ oīa ſile est de laude ⁊ merito: nā laus nō dat alicui nisi ſm ordinē ad actū q̄ aliqs bñ disponit. Et qr nullus bñ disponitur ex opere alterius: ideo ex oꝑe alteri⁹ null⁹ laudat nisi ꝑ accidens: ꝑ quāto ipse aliquo mō operū illoꝝ est cā: cōsiliū: vel pbens auxiliū aliquo mō inducēdo: sed op⁹ qñqȝ est meritoriuum alicui: nō ex dispositiōe quā iā habet: sȝ quātum ad aliqđ ꝯñs dispositionē vel statū eius: vt dicit Tho. Uel pōt dici breuius ꝙ opus suffragij est volūtariū volūtate antecedēte. Uult eñ qlibet

Sanctus Thom.

iustus iuuari post hanc vitā suffragijs supstitū. ¶ Ad quartā đr ſm scm̄ Tho. ꝙ aīe in purgatorio existētiū quātū ad aliquid sunt in termino: quātū ad aliquid in via. In termino sunt quātū ad meritum premij essentialis: ⁊ quātum ad certitudinē status beatitudinis ⁊ miserie: ⁊ quātū ad hoc via eoꝝ est circūsepta: vt nō possint vlterius per aliqua oꝑa trāsmutari quātū ad statuȝ adipiscēde felicitatis. Sunt aūt in via quātū ad hoc ꝙ nōdū apprehēderūt finale pmiū ⁊ vltimā retributionē ad quā ambulātꝫ ꝯtinuā satispassionē ꝑ pctis. Et quātū ad hoc via eoꝝ non est circūsepta: quin possint ab alijs iuuari. ¶ Nec contra illud est verbū apli. Post hoc iudicium: qr siue loquat de vli in fine seculi: siue de particulari iudicio statim post mortem celebrando: intelligit de iudicio finalis retributiōis: ⁊ quātū ad illud aīe iuuari non pñt viuoꝝ suffragijs. Uel pōt dici ꝙ iudicio particulari nō solū indicat quā retributionē ꝑpetuā habitur⁹ sit hō: sed etiā qb⁹ purgatōib⁹ (attētis suffragijs futuris) peruenire ad finālē retributionē. ¶ Ad qrtā đr ꝙ minor nō est vera. Ostēsum eñ est ꝙ mortuoꝝ ⁊ viuoꝝ est cōicatio quātū ad oꝑa vite spūalis: tāꝙ mēbroꝝ eiusdē corporis charitatis nexu vnitoꝝ. Phs ꝟo loquit de cōicatiōe operū ciuiliū: que nō est eoꝝ q̄ sunt extra vitā ciuilē quā excesserūt mortui: nō aūt vitā spūalē ſꝫc qua etiam mortui in xp̄o viuūt. ¶ M De scđo pncipali. s. quib⁹ ꝓsint viuoꝝ suffragia: an solū existētibus in purgatorio: an etiā existētib⁹ in inferno. Naȝ qui btitudinē adepti sunt: his nō indigent. Ad

Dubium Rñsio ad dubium

hoc dubiū rñdet btūs Augu. in suo enchi. c. cix. ⁊ allegat magr đi. xlv. li. iiij. Nō eñ inqt oīb⁹ prosunt: scȝ ecclie suffragia. Et q̄re nō oīb⁹ ꝓsūt: nisi ob dñiam vite quā qsqȝ gessit i corpore ꝓmisit. Hec eis ꝓsunt: q̄ cū viuerent: vt hec sibi postea ꝓdesse possent: meruerūt. Est enim qdā viuēdi modus: nec tā bon⁹ vt nō reqrat ista post mortē nec tā mal⁹ vt ei nō ꝓsint ista post mortē. Est ꝟo talis i bono: vt ista nō reqrat: ⁊ ē rursus talis in malo: vt nec his valeat cum hec vita trāsiret adiuuari. Primi hoiū dñr mediocriter boni ⁊ mediocriter mali: scđi valde boni: tertij valde mali. ¶ Ex qb⁹ elici pñt tres ꝓpositiōes ad dubium rñsiue. Pria. Ecclie suffragia pro defunctis post mortē ꝑpeta nō ꝓsunt btis. Et nota qđ đr suffragiū. Nā suffragiū de sui ratione importat quādam auxiliationē que cōpetit indigēti: scȝ ei qui

Suffragiū qđ īportat.

defectū patit. Et ideo ꝙuis oꝑib⁹ meritorijs viuoꝝ crescat gaudiū accidētale beatorū: nō tamē propter hoc dñr suffragia respectu beatoꝝ oꝑa bona viuoꝝ. Sic intellecta ꝓpositio ptȝ: qr hec ipsi nō requirūt: cū his nō indigeāt: habent eñ quicquid volūt: ⁊ nullius indigent. De quibus in ser. de verbis apli idē Aug. ait: ⁊ hr de ce. mis. Cū marthe. Iniuriam facit martyri qui orat pro martyre. Et pari ratione iniuriam facit cuilibet alteri btō pro ipso orans: quia oēs sunt in statu nō deficiente: sed in statu beatitudinis ⁊ sufficiētie. ¶ Scđa propositio. Suffragia ecclesie ꝓsunt defunctis in purgatorio carceratis. Patet: quia tales sunt qui ea requirunt: idest desiderant: et eis prodesse possunt: nam in penis detinentur a quibus liberandi sunt: quoruȝ liberatio pōt per ecclesie suffragia accelerari. Item aliqui defuncti suffragijs iuuari pñt: sed nulli potius ꝙ illi vt patet ex verbis Augu. Illi enim meruerūt dū viuerent: vt post mortē iuuari possint. Quō meruerunt: per hoc certe ꝙ manserunt in vnitate ecclesie per charitatem: in qua finaliter decesserūt: ꝓpter qđ manserunt membra eiusdē corporis xp̄i cui⁹ ⁊ viui: iō in bonis spūalib⁹ cū viuis cōmunicant:

la precessisset: in premiando: talis operatio esset meritũ de cõgruo: nõ de cõdigno. ¶ O Per hec respondetur ad q. motã per prepositiões. Pria. Opus nostrũ cõsideratũ fm intrinsecã suã boni tatẽ quã bz per se ex se et volũtate eliciẽte gra circũscripta: nõ est meritũ beatitudinis: nec de cõgruo: nec de cõdigno. Probatur: qr nulli confert beatitudo propter opus elicitũ ex naturali aut morali virtute hominis gratia circũscripta. Statuit siquidẽ deus fm ordinẽ sue sapiẽtie: nullum fore glorificandum in patria nisi fuerit prius gratificatus in via. Sed nec actum aliquẽ premiare in patria beatitudine: cuius nõ fuit principium gratia vie. Unde et opz paruulos qui nullũ pctm cõmiserunt baptizari: vt gratiam recipiãt si gloriã et beatitudinẽ debeant adipisci. Quapropter dixit apls. Si linguis hominum loquar et angelorum &c. Et si tradidero corpus meũ vt ardeã charitatẽ aũt q est gra: non habuero: nihil mihi prodest: ad vitã eternã scz. j. Cor. xiij. Et beatus

Augusti.

Augu. Gratia sola est que diuidit inter filios regni et perditionis. Patet hoc idẽ ex. 8. allegatis. Et sic intelligi põt illud beati Bernar. in ser. de annunciatione dñica di. Credere opz q vitã eternam nullus promereri poterit bonis operibus suis. Sic loquit glo. super illud Rom. vi. Gratia dei vita eterna: vt intelligeremus nos deũ ad vitã: nõ nostris meritis: sed sua miseratiõe pducere. ¶ Scda ppositio. Opus bonũ de genere vel

Scda ppo sitio.

etiã moraliter elicitũ a volũtate gra nõ coexistẽte nihil meretur: neqz tpale nec eternũ de condigno. Patet: qr deficit scda cõditio supra posita. s. dignitas ex parte operãtis. Meritũ enĩ de cõdigno: vt dicit Alexan. de ales vbi supra est seruitiũ deo digne debito mõ impensum. Existẽs autẽ in mortali pctõ: nõ põt digne exhibere seruitiũ deo: quia in eo est indignitas peccati per quod est in odio dei. Operibus autẽ impij non premiũ debetur: sed pena tanqz operibus inimici. ¶ P Ter-

Tertia pro positio.

tia propositio. Opus bonũ moraliter extra gratiam factum de cõgruo meretur aliqd bonũ spirituale vel temporale. Patet: qr apud largissimũ retributorem nullum bonũ manet irremuneratũ. Itẽ multa bona dant peccatoribus: nõ ex debito iustitie propter aliqua opera precedẽtia: qbus nõ precedentibus illa bona nõ darẽtur: ergo illorũ bonorũ opera precedẽtia sunt merita. Tenet cõsequẽtia ex quid nois meriti supra positi: qr talis operatio est libere elicita: et a deo ad opus bonũ retribuendũ acceptata. Sunt ergo merita et non cõdigna: vt patuit ex propositione scda: ergo sunt merita de congruo. Preterea multa bona cõcessa legimus infidelibus: et etiã idololatris intuitu quorundã bonorũ operũ. Sic enĩ legit de Achab impio rege israel. iij. Reg. xxi. Nonne vidisti humiliatum regem Achab corã me: qr igitur humiliatus est mei causa: non inducam malũ i diebus eius. Item de rege nabuchodonosor: idololatra similia habent in Daniele. Preterea peccatori facienti qd in se est: dat dñs gratiam: quã nõ daret

Zacha. i.
Jaco. iiij.

nisi qd in se est faceret: fm illud Zacha. i. Conuertimini ad me: et ego cõuertar ad vos. Et Jac. iiij. Appropinqte deo: et appropinquabit vobis. Meretur ergo peccator gratiam de cõgruo faciendo

Facere qd i se est.

qd in se est: que est bonũ spũale ¶ Forte queris. Quid est facere qd in se est: Respondet Alexan. par. iij. q. lxix. arti. iij. Ad videndũ inquit quid est facere qd in se est: est notandũ quod in quolibet homine per naturã est recta ratio: et hec recti-

do boni est notio indita a creatore: qua quelibet a la põt cognoscere suũ principiũ. s. deũ: fm illud

ps. xcix.

Ps. Scitote qm dñs ipse est deus: ipse fecit nos et non ipsi nos. Per hoc enĩ q quilibet naturaliter scit se nõ semp fuisse: scit se factũ esse: et ita scit se habere principium: et scit qd ab illo principio bz quicqd habet et nõ a se. Scit et qd ab illo dz petere bonũ: quodqz per illum debent suppleri oẽs sui defectus. Si ergo fm istam notionem operet homo: suo arbitrio recurrendo ad illũ quem scit suũ esse principium: et quem scit esse adorandũ: et petit ab eo lumen cognitionis fidei et boni: facit qd in se est: et hoc est facere qd in se est generalr in quolibet homine. Plus autem est in fideli existente in peccato mortali de lumine: quia ipse habet fidem informẽ: quia sine charitate. Hec autẽ fides informis radiat ad duo: scz ad diuinã iustitiã dãnantem reprobos: et ad diuinã misericordiam saluantẽ iustos. Ex primo creabitur timor in eo: et ex secundo spes: et hoc est facere qd in se est. Hec Alexan. Ex quo hoc dicitur: qd iste facit qd in se est: qui illuminatus lumine rationis naturalis: aut fidei: vel vtroqz: cognoscit pcti turpitudinẽ: et proponens ab ipso resurgere desiderat diuinũ adiutorium quo possit a peccato mundari: et deo suo creatori adherere. Hec facienti deus gratiam suam tribuit necessario: necessitate non coactionis: sed immutabilitatis: vt ibidez declarat Alexan. Statuit enim deus hec faciẽti infundere gratiam per quã a criminibus emundetur. Inde dicit apls ad Ephe. v. Surge q dormis: et exurge a mortuis. i. operibus mortis: faciẽdo qd

Ad Eph. v.

in te est: et illuminabit te xps. ¶ Q Quarta propositio. Cõparando opa fm se et intrinsecã bonitatẽ quã habẽt ex voluntate eliciente ad premiũ

Quarta ppositio.

beatificum: bona opa ex gratia facta premij beatifici nullatenus merita sunt cõdigna. Illa ppositio patet per illud apli ad Ro. viij. Nõ sunt cõdigne passiones huius tpis ad futuram gloriam: que reuelabitur in nobis. Item Esa. lxiiij. Quasi

Esa. lxiiij.

pannus mẽstruate vniuerse iustitie nostre. Item

Luc. xvij.

Luc. xvij. Cũ feceritis oia q precepta sunt vobis dicite serui inutiles sumus: quod facere debuimus fecimus. Ex quibus pz quod opera nostra imperfecta: etiã qr alias debita: et ppter creationem nostrã de nõ esse ad esse: et ppter redemptionem a dãnatione: et ppter iustificationem ab impietate &c. non sunt condigna premio futuro in beatitudine. Probatur etiã ratione: qr inter meritũ de cõdigno premiũ: est quedam cõmensuratio et equalitas valoris. Sed inter opera nostra et premiũ beatificũ nulla est proportio aut equalitas: cõsiderando opera fm intrinsecã bonitatẽ: et vt sunt a voluntate nostra. Nam opera nostra sunt temporalia: et quasi momẽtanea: premium vero perpetuum. Denigz visio beatifica et fruitio que dantur in premio: sine comparatione perfectiora sunt quecunqz acta viatoris in deũ relato Unde dicit doctor subtilis: qd si deus per vnicũ

Doctor subtilis.

instans durãtẽ cõferret homini beatitudinem: clarã scz dei visionẽ et cõcomitantẽ fruitionẽ sufficiẽter remunerasset oia opera bona q homo toto tpe vite sue perfecit propter magnã perfectionem beatitudinis: et immoderatũ eius excessum super oia opa nostra. ¶ R Quinta propositio. Con-

Quinta ppositio.

siderando dignitatẽ opis meritorij ex gra coefficiẽte cũ libero arbitrio: et ex spũsctõ mouẽte: atqz ex diuina promissiõe: et ordinatione eius ad premiũ beatificũ: opera nra ex gra elicita sunt meritoria premij beatifici de condigno. Patet p auctoritates in principio huius dubij adductas: q

innuunt

innuit q beatitudo sit pmiū ac merces nostro-
rū operum: et ita opera nostra merita: sed dignus
est mercēnarius mercede sua. Luce. x. Ideo apls

ij. ad Tim.

ait. Reposita est mihi corona iustitie: quam red-
det mihi dns in illa die iustus iudex. Quod autē
reddit fm iustū iudiciū: videt esse merces condi-
gna. Item glo. sup illud ps. Misericors et misera
tor et iustus dns: dicit. Misericors est cum expe-
ctat: miserator dū iustificat: iustus dum remune-

Actuū. v.

rat. Itē Act. v. Ibāt apli gaudētes a cōspectu cō-
cilii: qm digni habiti sunt pro noīe iesu contume-

Augusti.

liā pati. Itē Augu. lib. v. cōtra iulianū. c. v. Deus
primo eligit indignū: sed eligēdo facit dignum.

Gregori9.

Itē Greg. xx. moral. Gratia veniens facit vt di-
gni simus ascendere ad celestia. Et Ans. in mo-
nologion. Si creatura rōnalis q̄ eminet omnib9
creaturis: amet deū: nihil pōt esse preciū huius

Beda.

nisi deus. Multa ad idē adduci pnt. Itē Beda
in hom. de filijs zebedei dicit. Ita igitur premia
pollicetur electis: vt et digna premijs merita pre-
monstret. Ecce aperte dicit digna merita pmijs:
et loquit de premio eterne btitudinis. Probatur
etiā rōne: qr meritū cōdigni requirit equalitatē
quādā cū premio fm iustitiā. Hoc aūt est in pro-
posito cū ceteris requisitis supra positis. Nam
equalitas est ex mouente primo qd est spūsctūs
qui p grām mouet voluntatē. Hic aūt est bonū
infinitū: rōne cuius opus meritoriū equat pmio
obiectiuo qd est deus trinitas: de quo Gen. xv.

Gen. v.

Ego merces tua magna nimis. Unde et spiritus-
sanctus est pignus hereditatis nostre. ij. ad Co-
rin. j. Est etiā equalitas ex parte mouentis secū-
di: qd est gratia respectu premij formalis: qd est
visio et fruitio: et hoc in virtute etsi non actu si-
cut semē arboris in quo est virtus ad totā arbo-
rem. Per gratiā etiā fit opus velut deiforme: et
opus cōsors diuine nature. Adoptamur enim p
gratiā in filium: cui debet hereditas ex ipso iure
adoptionis: fm illud ad Ro. viij. Si filij et here-
des. Ex parte dei pmittentis est iustitia in reddē-
do. Justū enim est vt seruet promissum. Hinc dr

Mat. xx.

mercēnario. Tolle qd tuū est. Nō reddere autē
suū: iniustū esset. Hec autē iustitia non est ex na-
tura actus: sed ex liberalissima dei promissione: q
volēs se debitorē cōstituit: et sua volūtate se obli-
gauit tali operi tm reddere premium: et ita surgit
ibi cōdignitas ex veritate pollicētis: quia stante
illa dni pollicitatione: iustū est reddere / et iniustū
non reddere: licz illa iustitia ex sola liberalissima
volūtate dei pēdeat tanta premia pollicētis. Et
iste propositiones cōcorditer sunt de mēte Alex.
par. ij. q. lxix. scti Tho j. ij. q. vxi. scti Bonauen.
distin. xxvi. secūdi. et doctoris subtilis et aliorum.
¶ S Et per hoc facile exponuntur autoritates
hincinde allegate. Quarum alique loquūtur de
opere nostro cōsiderato quātū ad substātiā act9
prout elicitur ex libero arbitrio. Alie vero de eis
fm qd sunt a spiritusctō et a gratia. Unde breui-

Sctūs bo-
nauētura.

ter virūqz cōprehēdēs sctūs Bona. dicit. Op9
meritoriū cōsideratū in cōparatione ad volūta-
tis seu arbitrij libertatē: et dispensatoris liberali-
tatē: et tpis oportunitatē: est opus meritoriū me-
rito cōdigni. Cōparatū vero ad gratie dignitatē
ex qua fit opus mouente spiritusancto ad pollicē-
tis veritatē: et operis difficultatē: sic est meritū cō-
digni. Nā in hoc opus arduū est: qr est supra vi-
res volūtatis elicientis in eo q homo eleuatur su-
pra seipsū: et bono proprio pponit bonū eternū
hinc tale genus operis eterna remuneratiōe di-
gnū est. Hec sanctus Bonauen. Gratia etiā per
quā sic volūtas eleuat: eo mō quo premiū est in-
finitū: ipsa est infinita: qr gra vie non distinguit
realiter a charitate patrie: nisi forte sicut pars a
toto. Nā gra est charitas q̄ manet in patria: fide
et spe euacuatis. Nūqz em excidit charitas: vt di-
cit apls. j. Cor. xiij. Et gloria ipsa est gra consum-

j. Cor. ij.

mata. Et ita sicut nec oculus vidit: nec auris au-
diuit etc. que preparauit deus diligētibus se. Ita
nec intellectus viatoris cōprehendit pfectionē
grē virtualē: qr nō pōt pfecte et cōprehensiue co-
gnosci gra: nisi et premiū cognoscat: qd est effect9
eius tanqz cause meritorie. Sic etiā lz ex natura
rei deus nullius creature pōt esse debitor: tamen
ex natura sue immutabilis veritatis et liberalis
ac voluntarie pollicitationis se potest facere de-
bitorē sue creature. Ita etiā q stāte sua pmissiōe
qua pollicit9 est dare vitā eternā seruātibus sua
mandata: nō posset sine iniustitia subtrahere eis
premia repromissa Licet enim simplr nullius est
debitor: et posset nō dare premiū eternum creatu-
re sue: sicut potest differre: etiam creaturam anni-
hilare: tn stante promissione et ordinatione eius
ad vitā: nec pōt annihilare: nec nō dare vitā eter-
nā pmissā. Nā hec ordinatio et promissio nihil
aliud est nisi actus diuine volūtatis: quo vult illi
qhqz dare vitā. Illa ergo volūtas cū sit immuta-
bilis: nō pōt stare cū volūtate nō reddendi. Ea-
dē igitur necessitate qua non pōt solui scriptura
Jo. x. Nec iota vnū perire. Mat. v. et Lu. xvi. etiā
nō pōt nō reddere pmissa. Scriptū aūt est. Ubi
sum ego: illic et minister me9 erit. Pater quos de-
disti mihi volo vt vbi sum ego: et illi sint mecū: vt

Joan. xij. et
xvij.

videant claritatē meā quā dedisti mihi: qr dilexi-
sti me ante constitutionē mūdi. Hec autē visio
beatitudo est et vita eterna. Ibidē. Hec est vita
eterna vt cognoscāt te solū deū verū: et quē misi-
sti iesum xpm. Etlz pmissio ipsa sit cōtingens: si-
cut et predestinatio: et q pmisit pōt non pmisisse:
et predestinatū pōt nō saluare in sensu diuiso: qr
pōt non predestinasse: tn non pōt pmissum non
seruare in sensu cōposito. Hinc. ij. ad Tim. ij. dr.
Nō pōt negare seipsum. Glo. interli. Non pōt
negare seipsum qui est veritas: qd faceret si dicta
sua non impleret: et si per impossibile promissum
nō seruaret: verax nō esset: ita si pmiū promissū
mādata ei9 seruātib9 nō daret: iniustus esset. Si-
cut in humanis: oē pmissum: lz sponte et volunta-
te cadit i debitū. Sic ergo debitor noster est de9
sua misericordi voluntate: non rei necessitate.

Obiectio.

¶ T Sed cōtra pōt opponi. Eadē rōne sequit q

Ad Ro. xi.

gra prima caderet sub merito de cōdigno: qd est
cōtra oēs doctores: et aplm ad Ro. xi. Si ex meri-
tis: iam gra nō est gra. Unū sicut implicat gratiā
nō esse gratiā posita cōstantia subiecti: ita impli-
cat gratiā esse ex meritis: et tn sequit qd dictum
est: qr sicut ordinauit de9 se daturū premium ser-
uāti mādata ex gra: ita ab eterno ordinauit dare
gratiā faciēti qd in se est. Sicut ergo seruās man-

Rñsio ad
obiectionē

data meret gloriā de cōdigno: ita faciens qd in
se est: meretur gratiam de cōdigno. Respōdetur
qd faciendo quod in se est: non meretur primam
gratiā q̄ est gratia iustificās pctōrē de cōdigno
licet mereat de cōgruo. Nec est par ratio: qr pre-
ter ordinationem dei qua vult dare premium: sic
facienti ad cōdignitatē meriti duo requiruntur:
que in pposito deficiunt: ita q cōdignitas ope-
ris ex tribus pendet: scz ex dignitate operantis
ex cōmēsuratione operis: ex acceptatione pmiā-
tis. Ex dignitate operātis: vt scz operās sit perso-
na digna: hoc est nō sit indigna: nō inimica Unū
peccator qr inimicus dei est: nihil mereri potest
de cōdigno vt. 3. Cōmēsuratio opis: et hoc est vel

ex natura operis: vel ex principio operandi. Modo opus meritoriū: vt dictū est ꝓpter gratiā ex qua elicit̄: ⁊ spūm sctm̄ inhabitātē p gratiā mouentē: cōmensurat̄ premio tam obiectiuo q̄ formali. Nihil tale est in pctōre: qui nec habet spūm sctm̄ inhabitantē: nec donū supnaturale gr̄e cōmēsurabile. Nullū eñ donū gratie gratis date cōmēsurabile est gratie gratū facienti. Et ideo lz de⁹ acceptet opus faciēdi qd̄ in se est ad gratiam infundendā: quā alr̄ non infunderet: tñ deficiunt alia duo correquisita: ⁊ ita non est eadem ratio hic et ibi. Et illa tria includunt̄ in hac particula descriptionis meriti de cōdigno: qua dicitur. Ad retributionē premij fm̄ debitum iustitie acceptatus: vt ibidem est declaratum. Et tantū de illo dubio.

¶ Lectio. lx.



A Er xp̄m dñm nostrum. ¶ Hec est tercia pticula partis scd̄e sexte partis p̄ncipalis canonis: in q̄ inducitur persona p quā petim⁹ p̄fez venie largitorē admitti ad cōsortium beatorum. Et subdiuidit̄ in duas porticulas. In prima facit qd̄ dictū est. In scd̄a cōcludēdo totū canonē: reducit̄ in eū qui circa cōfectionem corporis xp̄i operat̄ trinitas benedicta: ibi. Per quē hec oīa bona semp creas ⁊c. ¶ Circa primum dicit. Per xp̄m dñm nostrū: qui veniā quā nobis pater celestis largit̄: meruit: ⁊ celi ianuā primo aperuit. In quo sctōrū cōsortiū qd̄ petim⁹ celebrat̄: vbi et ipse xp̄s oleo leticie pre participib⁹ suis vnctus ⁊ perfusus: primus patri equalis ad dexterā eius residet: forma pre filijs hominū speciosus. Et hic non r̄ndetur: amē: sicut in p̄orib⁹ orationibus propter cōnexionē verbo⁊ statim sequentium: in quib⁹ est relatiuū: cui⁹ antecedens est qd̄ hic dr̄: xp̄m dñm nostrū. Sequit̄ eñ. Per quē scilz xp̄m. Habet ergo cōdependentiā ad p̄ora: sicut relatiuū dependet ad suū antecedēs: q̄ vt nō soluat̄: nihil interponit̄. Uel secūdo q2 sacerdos secrete hāc petitionē facit: ita vt eius verba a circūstantibus ministris audiri nō possint: ⁊ nemo est circūstantiū qui respondeat amē. *Uerū hec ratio nō parū facit: q2 sic cōcluderet q̄ etiā in p̄orib⁹ orationib⁹ dici nō deberet: in quib⁹ tñ sacerdos celebrās fm̄ romane ecclesie ordinē: dicit amen: ergo ⁊ hic dicere posset secrete. Ideo tertio dicūt quidā: q̄ ideo omittit̄ amen: q2 angeli sctī q̄ huic ministerio adesse creduntur: affectātes qd̄ nos petimus suo cōsortio adiunari: respondeant amen. Hec clausula quantū ad singulas dictiones ei⁹ frequēter exposita est. Ideo hec sufficiāt.

*Hic non r̄ndet̄ amē: q2 angeli sctī q̄ p assistūt q̄ creduntur r̄ndere: tū q2 sacerdos dicit ista v̄ba i silētio: vt circūstātes audir̄ non possint: et ita nec r̄ndere: tū q2 v̄ba sequētia: p quem hec oīa dn̄e ⁊c. istis īmediate cōiūgunt̄: ita vt nihil interpōi possit.

B

Per quē hec oīa domine

semper bona creas: sanctificas: viuificas: benedicis ⁊ prestas nobis. ¶ Hec est secunda porticula: in qua ea q̄ circa corporis xp̄i cōfectionem acta sunt: reducit in xp̄m patris filiū dñm nr̄m. Et primo ea q̄ sunt ex parte sacramenti. Secundo ea que sunt ex parte personarū in sacramento operantium: ibi. Per ipsū: ⁊ in ipso. ¶ Circa primum pōt litera tripliciter exponi fm̄ triplicem huius pronois hec demonstrationē. Pōt eñ demonstrare panis ⁊ vini substātiā demonstratione simplici fm̄ Alex. q2 que demōstrat modo non sunt: sed fuerunt p̄ntia. Est ergo simplex pronois demōstratio: sicut verbis verbi cōfusio. Pōt ergo demonstrare panis ⁊ vini substantiam: q̄ fuerunt materia sacramenti: ⁊ quarū species presentes sunt sacramētū. Pōt etiam rem sacramenti presentem demonstrare carnē scz xp̄i ⁊ sanguinē. Pōt etiam demonstrare eos qui simul offerūtur in hoc sacramēto: qui mēbra sunt xp̄i: cōstituentes corpus eius mysticū ibi significatū: nō autē cōtentū. Scd̄m primā expositionē dicitur. Per quē scz dñm nostrū xp̄m mediatorē: qui se fecit rē huius sacramēti. Hec oīa scz panis vini ⁊ aque que ibi fuerant: substantias. Semp bona. Uidit eñ deus cuncta que fecerat ⁊ erāt valde bona. Gen. j. Creas condendo naturā. Sanctificas: cōsecrando materiā. Uiuificas transsubstantiādo creaturā in viuam scilicet christi carnem ⁊ sanguinē. Benedicis: accumulando gratiā: q̄ plus in hoc opere reluxit q̄ in ceteris. Creas inquam fm̄ causas primordiales: hoc est fm̄ rōnes ideales fm̄ quas rationabiliter facis quicq̄d operaris: vt dicit Aug. Sāctificas: fm̄ causas sacramētales: que sunt verbo⁊ forma: consecrantis potestas ⁊ intētio. Uiuificas: fm̄ causas effectiuas principales: que sunt tua volūtas ⁊ beneplacitū qua ipsas transsubstātias: ac cōuertis in alias viuas substantias. Benedicis: fm̄ causas salutares. Et p̄stas nobis: fm̄ causas liberales. ¶ Uel fm̄ Alber. Hec semper bona creas: per nature constitutionē. Sanctificas per verbum ⁊ orationem. Uiuificas: per vitalē cōuersionem. Benedicis: per gratie exuberationē. Et prestas nobis: per liberalissimā largitionē. ¶ Scd̄o modo exponit̄: vt hec demonstrat rem contentā: sic. Per quē hec oīa bona/carnē scz ⁊ sanguinē: semper bona: quantū ad omnē speciem boni. Sunt quippe bona vtilia ad reformationem vite labentis spiritualis. Honesta ad rememorandū opera salutis. Delectabilia: ad promotionē summe ⁊ intime deuotionis. Creas ipsa in sacramentū addncendo. Sanctificas: sacris velamentis obtegendo. Uiuificas: increate vite vniendo. Benedicis: spūalibus donis ⁊ beneficijs impiendo. Et p̄stas nobis: misericorditer largiendo. ¶ Tertio modo prout hec demonstrat signatum ⁊ non cōtētū: potest sic exponi fm̄ Alex. Implorata eñ admissione peregrināntium ad cōsortium sanctorū: subditur cōmendatio trinitatis: vt sic captāta dei beniuolētia: facilius impetret̄ quod intenditur. Commendatur igitur pater ex autoritate maiestatis: ibi Per quē hec omnia. Filius ex immensitate virtutis: ibi. Semper bona creas. Spiritussanctus: ex connexione vnitatis: ibi. In vnitate spiritussancti: in particula sequēti. Uirt⁹ ergo filij commēdatur in eo quod potest omnia ex nihilo creare: ibi. Per quem hec omnia: semper bona creas: et a peccatis purgare: ibi. Sanctificas: ⁊ gratia ⁊ virtutibus viuificare: ibi. Uiuificas: ⁊ viuificatos ⁊ purgatos gloria remunerare: ibi. Benedicis. Ut sic insinuetur: qd̄ est deus nature: largitor venie: autor vite: ⁊ rex glorie. ¶ Dicit̄ ergo. Per quem scilicet christū. Domine sancte pater cuius est autoritas maiestatis. Hec oīa bona: idest omnes hoc sacramēto significatos: nos scilicet in multitudine tuarum miseratio-

num

Augustin9.
nū sperantes:vt nobis partē cū sanctis tuis:do-
nes in glia stabilitatis. Creas:in natura bona cō
stituendo. Dicit em̄ Aug.j. de doctri.chri. qr bo-
nus est:sumus: ꝛ inquantū sumus: boni sumus.
Sanctificas:in ipso a pctis purgādo: ipso peten
te Joan xvij. Pater sancte sanctifica eos in veri-
tate. Per quem. Uiuificas: gfa et virtutibus ad
vitā preparando. Nā ꝛ ipse obtulit pro vita mū-
di. Per quem Benedicis: viuificatos gloria co-
ronādo. Ipse est q̄ in iudicio dicet. Uenite bene-
dicti patris mei:possidete paratū vobis regnum
a constitutione mundi. Mat.xxv. Per quē olim
patribus veteris testamenti benedixisti propter
ipsum qui ab eis fm carnem fuerat descensurus.
Per quem. Et prestas nobis:bona gfe ꝛ glorie:si
ne quibus nemo attingit cōsortiū beatorū. ¶ D

Dubium.
Sed hic qs dubitaret circa hunc textum. Cū pa-
ter celestis causa est immediata ois esse: ꝛ creatu
re:autor etiā sanctitatis:ꝛ principiū vite: olsqz
benedictionis origo:quō hic dicitur creare:san-

Rnsio ad dubium.
ctificare:viuificare:ꝛ benedicere per filiū. ¶ Rn-
detur ex quo pater est agens rōnale recognoscēs
ola opa sua anteq̄ fiant:necesse est q̄ apud se ha
beat rōnes ideales ꝛ exēplares rerū fiendaꝝ. Ha
beat inquā apū se in esse cognito:fm has produ
cit quecūqz pducit:vt cognoscēs ꝛ rōnabilr ope
retur:quemadmodū dicit phs.vij. Meta. Dom9
extra in re:fit a domo intra in mente:qr domifica
tor anteq̄ construat domū realez: preconcipit in
mente qualiter partes domus cōponat ꝛ ordinet
vt artificiose construatur. Cū autem filius proce-
dit a patre per modū intellectus: quia vt verbuz
patris:in quo tanq̄ in imagine perfectissima re-
lucet:nedum omnia paterna perfectio:sed omne
creabile a deo:propter qd fm Aug.xv. de tri.c.xiij
verbum generari dicitur de scientia patris:voca
turqz ars prīs oipotētis. Ars plena rationū om-
niū viuentiū:fm illud. Quod factū est in ipso vi-
ta erat. Cū igitur pater summ9 artifex pducit ali-
quid extra se:qr pconcipit:per artē dicit̄ opari:et
sic p filiū q̄ ars est prīs. Et ita dr creare p filium.

Augustin9. Joan.j.
Nō tn̄ vt ppositio per: sit nota pncipij formalis
pducēdi:quō ignis calefacit p calorē: ꝛ creat9 ar-
tifex operat̄ per artē. Nā filius nō est ars patris
formaliter:sicut nec ē sapiētia patris formaliter.
Non enim pater sapit sapiētia genita sed forma
liter sua essentia:q̄ est essentialis cognitio sapien
tia ꝛ ars patris. Siquidē nihil pater recipit a fi-
lio:sed ola hz a semetipso. Nec creat p filiū:vt p:
sit nota cause instrumentalis: sicut sector lignoꝝ
secat per securim sicut per instrumentū: qm̄ fili9
nō est instrumentū patris:qr nō minor prē. Sed
creat p filiū:vt p:dicit pncipij idētitatē ɔsubstan

Quid est dicere patrez creare p filium.
tialē: vt tn̄ sit dicere. Pater creat p filiuz tanq̄ p
vnū secū ɔsubstantiale pncipiū. Un̄ nihil aliud ē
patrē creare per filiū:q̄ patrē ꝛ filium a se produ-
ctū vnū esse creature effectiuū principiuz: vnum
scz creatorē. Et lz verissime dicatur ꝛ pater crea-
re per spm̄sctm̄:qr pater ꝛ filius ꝛ spūssanctus sūt
vnus dns:omnipotēs creator: ꝛ olm rerum finis
ꝛ principiū:tamē ea que ordinē habēt ad intelle-
ctum: specialiter attribuūtur filio: sicut que hāt
ordinē ad voluntatē attribuūtur spiritui sancto:
quia sicut filius a patre procedit per modū intel
lectus vt verbū: ita spūssanctus pcedit ab vtro-
qz per modū volūtatis vt donū. ¶ E Sed dice-

Obiectio.
res:ex illo sequeretur q̄ licet cōuenicter diceret̄
pater creare per filiū:nō tamen sanctificare: viui
ficare ꝛ benedicere:qr cū illa sint bona habentia
ordinē ad voluntatez:quia gratiose et liberaliter
donata attribui debent spiritusancto:et sicut di
citur creare per filium: dicatur sanctificare per
spiritum sanctum. Ad hoc respondetur q̄ pprie

Rnsio ad obiection
ꝛ vere dicitur pater sanctificare:viuificare spūa-
liter ꝛ benedicere per spiritumsanctum: tamē ni-
hilominus propter ꝛ ex alia causa id attribuitur
filio. Nam quia filius solus est incarnatus pas-
sus ꝛ mortuus:vt humanum genus in adam per
ditum patri reconciliaret:factus est causa meri-
torij totius boni spiritualis: quod homini cōfer
tur ad salutem. Neqz vnq̄ post lapsum ade: ali-
cui homini collata est gratia: nisi propter christi
passionem exhibitam vel exhibendam: quam vt
sic acceptauit tota trinitas tanq̄ meritū gratie
conferende:fm hoc igitur: quia christus in assū-
pta humana natura meruit:vt nobis a patre gra
tia:sanctitas:spiritualis vita ꝛ benedictio confe
ratur:conuenienter dicitur pater per filium san-
ctificare:viuificare:ꝛ benedicere:ꝛ illo modo in-
telligendo per:non dicit idētitatem principij cō-
substantialem:sed circunstantiam cause merito-
rie. Quomodo etiam dicim9 patrem aliquid da-
re per sanctos idest per merita sanctorum:non q̄
meritum sit causa vel ratio prebens patri facul-
tatem operandi:sicut calor igni prebet facultatē
calefaciendi:sed quia est aliquod acceptum a pa
tre in ordine ad collationē talis boni. Et illo mo-
do patet q̄ pater non sanctificat per spiritūsan-
ctum:quia spiritussanctus non est causa merito-
ria sanctificationis nostre: sicut nec filius fm
naturam diuinam:sed fm tantum eam in qua sa
tisfecit pro nobis idest secundum naturam mor-
talem assumptam.

Per ipsum et cum ipso ꝛ in

ipso:est tibi deo patri omnipotenti in vnitate spi
ritussancti:omnis honor ꝛ gloria. Per omnia se-
cula seculorum. Amen. ¶ Hec est vltima porticū-
cula et conclusio canonis: in qua reducit ea que
circa corporis christi consecrationem acta sunt:i
christum ex parte personarum in sacramēto ope
rantium:personarum sanctissime trinitatis: vn-
de dicitur. Per ipsum:christum scilicet filiū tuuz

Joan.j.
per quem hec oia que offerimus: creas: immo et
totum mundū: ꝛ omnia que in eo sunt. Ipse enim
est verbum per quod ioanne testante omnia fa-
cta sunt: ꝛ apostolo ad Heb.j. per quem fecit ꝛ se
cula:per quem opus humane redemptionis per
fecisti: ꝛ ruinam angelicam restaurasti. Per quez
hec oia bona: panē vinū ꝛ aquā creata sctificas:
viuificas: benedicis.i.das virtutem purgandi:
viuificandi:glorificandi: ꝛ prestas nobis sancti-
ficata ꝛ transsubstantiata: vt sint nobis in subsi-
diū purgationis:viuificationis ꝛ glorificationis

j.Tim.ij.
Per hunc quasi per mediatorem.j.Tim.ij. Me-
diator dei ꝛ hoim homo christus iesus: tibi ho-
nor ꝛ gloria. Omnes quidem rationales creatu-
re ꝛ intellectuales: homines scilicet ꝛ angeli tibi
canunt gloriam:te honorificant: quia tuum istū
vnigenitū dignatus es mittere ꝛ opera tam glo-
riosa:tam magnifica exercere. Unde.ꝛ. in prefa-
tione dicitur. Per quem christum dnm nostrum
maiestatem tuā laudant angeli:adorant domina

Ad Eph.iij
tiones ꝛc. Et paulus ad Ephe.iij. In christo iesu
domino nostro fiduciam habz ꝛ accessum ad pa-
trē ad quem flectit genua: vt ibi dicit̄. Rursus p
ipsummet filiū tuū christū tibi honor ꝛ glia: i mi
raculorū suorū operatione in quibus per filium
glorificatus est pater: vt expresse habetur Joan.

Obiectio.
ix. in illuminatione ceci nati: ꝛ Joan.xj. in resusci
tatione lazari:cuius infirmitas non esse ad mor-
tem: sed ad gloriam dei Christus ipse asserit.

Ji ipsum de cecitate illuminati discipulis querētibus quis peccauerit vt cecus nasceretur: Rńdit. Nec mirum quoniam ipse in suis operibus gloriam suam nō querit: sed honorificat patrem. ¶ H Sequitur. Et cum ipso. ois scilicet honor ⁊ gloria: q: cum ipso est tibi patri vnum esse diuinū per quod tecum vnus est deus: ipso dicēte. Ego ⁊ pater vnū sum⁹: scꝫ in essentia: quam per generationem te cōicante accepit. Pater inquit quod dedit mihi maius est oibus: hoc est diuina essentia qua maius nihil cogitari potest. Est enim scđm Dam. pelagus infinite substantie: que q: indiuisa est in filio: merito cum ipso est tibi honor ⁊ gloria: quia tibi est coequalis maiestate ⁊ potentia. Hinc apls. Qui cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est se esse equalem deo. Est ⁊ coequalis duratione quia coeternus. Sicut dicitur in symbolo athanasij: vna est diuinitas: equalis glia: coeterna maiestas. Quod etiam ꝓpheta innuit in persona patris loquēs. Ego hodie genui te. Hodie. i. i eternitate vbi nihil futurꝫ: nihil preteritū: sed hodie cōtinuū. Vñ blasphemantibus iudeis rńdens dńs ait Joā. viij. Anteq̄ abrahā fieret: ego sum: semꝑ est q: immutabiliter est. Est et coequalis btificatione sui ⁊ oim electoꝝ. Sui: q: ex se naturaliter btūs: lꝫ nō a se eadem btitudine qua ⁊ pater Joā. v. Sicut pater habet vitam in semetipso: sic dedit ⁊ filio habere vitā in semetipso. Una siquidē necessaria cognitio ꝯprehensiua sūme diuine nature: vna eiusdē eterna fruitio pr̄is ⁊ filij. Omniū electoꝝ: q: in eius faciē oēs desiderant prospicere angeli ⁊ hoies. Vñ ⁊ ipse ait. Hec est vita eterna: vt videāt te patrē: ⁊ quē misisti iesum xp̄m solū verū deū Joā. xvij. Jdcirco tibi pr̄i cū ipso ois honor ⁊ glia cū quo operaris oia: cū ipso disponēdo ⁊ regendo per spm̄ creata: vñ Jo. v. Pater meus vsq: mō operat̄ et ego operor. Et sequit̄. Quecūq: ille facit: hec ⁊ filius simil̄r facit. ¶ H Sequitur. Et in ipso: est tibi honor ⁊ glia: in quo tanq̄ in imagine ⁊ immēso exēplari tuo reluces ꝑfectissime. Jpse eñ imago est dei inuisibilis: primogenitus ois creature: qm̄ in ipo cōdita sunt vniuersa in celis: ⁊ in terra: visibilia ⁊ inuisibilia: siue throni: siue dńationes: siue ꝑncipatus siue ptātes: oia per ipm̄ ⁊ in ipo creata sunt: ⁊ ipse est ante omnes: ⁊ oia in ipo ꝯstāt: ad Col. j. Jpse est splendor glie ⁊ figura substantie patris portans oia verbo virtutis sue: ad Heb. j. Jn ipo ꝑfectissime representaris. Vñ ⁊ philippo petenti. Ostende nobis patrē: rńdit. Philippe qui videt me: videt ⁊ patrē Joā. xiiij. Nec solum tu pater in ipo relucens: sed ⁊ oia q̄ sunt in tua sciētia. Nam ⁊ verbum est: ⁊ notitia omniū que in paterna memoria sunt declaratiua: vt btūs Aug. Jn ipo eñ tanq̄ in speculo lympidissimo teipsum ⁊ omnium creaturarū rationes intueris. Est enim emanatio virtutis ⁊ claritatis omnipotētis dei sincera. Candor lucis eterne: ⁊ speculum sine macula dei maiestatis: ⁊ imago bonitatis illius Sap. vij. Jn quo et beati omnium quorum voluerint: facies contēplantur. Jn ipso quoq: est tibi pater honor ⁊ gloria: tanq̄ in eo in quo semp ⁊ substantialiter existis. Tu eñ in ipso: ⁊ ipse in te per circumincessionē admirabilē semp existis: ipso dicēte. Non credis inqt philippo: q: ego in patre ⁊ pater i me est: tā singulari: q̄ incōprehēsibili inexistētie modo A te eñ genit⁹ in idētitate nature: nō mō specifico: sicut in ceteris generantibus q̄ generāt sibi similē in specie: sꝫ in idētitate numerali: ⁊ ꝯsubstantiali per quā ipse tecū vn⁹ est de⁹ simplex ⁊ verus: cui totā tuā substantiā naturā oēmq; ꝑfectionē cōicasti: nec ab eo nisi paternitatis relatione dissūgeris. Vñ ⁊ ait. Tu pater in me ⁊ ego in te: adhuc aūt in ipo est tibi honor ⁊ glia: ⁊ vnū sumus. Joan. xvij. Jn illo igit̄ in quo semp es: in quo tibi bene cōplacuit: est tibi honor ⁊ gloria: tanq̄ in fine in quo oia consummas: scđm Alex. Vñ Apo. c. j. Ego sum alpha ⁊ o: principiū ⁊ finis. Per ipsum ergo per quē oia creas: ⁊ cū ipo cū quo creata gubernas: ⁊ in ipso in quo oia consummas est tibi ois honor ⁊ gloria: cum tradiderit regnū deo patri. j. Coꝛ. xv. Et subiect⁹ erit illi qui sibi subiecit oia: vt sit deus oia in oibus. Tūc per filiū erit patri ois honor ⁊ glia: nunc quidē est patri honor ⁊ gloria per filium: sed nō ois donec post ꝯsummationē: sicut a patre ad filium: sic a filio hereditas reuertatur ad patrē: ꝓpter quod dicitur: in ipso est ois honor ⁊ glia: q: tunc reuelabitur a filio pater: quia qđ modo creditur: tunc per speciē ⁊ manifestationem clarescet: vt habetur in glo. loco allegato. ¶ J Sequitur Est tibi deo: nō participatiue aut nūcupatiue aut vsurpatiue quō hoies ⁊ demones dij appellantur: vt ibi. Omnes dij gentium demonia. Et iterum: quos excecauit de⁹ huius seculi. ij. Coꝛ. iiij. Jtē. ego dixi dij estis ⁊ filij excelsi omnes ps. lxxxi. Sed tibi deo vino ⁊ vero per naturam ⁊ essentiam simpl̄r infinitaꝫ. Patri. nō tantū honore cura ⁊ venerabilitate: qualiter homines maiores ⁊ prestantiores patres appellamus: sed tibi patri per naturam ⁊ originem: qua tibi vere ⁊ proprijssime conuenit generatio. Vñ dixisti. Nunquid ego qui generationem alijs tribuo sterilis remanebo? Abs te inquam patre: a quo omnis paternitas in celo ⁊ in terra nolatur Ad Ephe. iij. Tu enim vnica ⁊ vera es omniū origo ⁊ principiū. Omnipotenti: ⁊ scđm virtutis ⁊ vigoris infinitatem ⁊ scđm autoritatis liberam ⁊ vniuersalem potestatem: scđm quam singulis a d nutū dńaris: omnia habens in tua ditiōe. Hester. xiij. cui subest cum volueris posse Sap. xij. Nam omnia quecunq: voluisti fecisti in celo ⁊ in terra ⁊ in oibus abyssis ps. cxxxiiij. Solus potens rex regum et dńs dominantiū. j. Timo. vj. Omnia eñ quecūq: voluerit faciet: ⁊ sermo illius potestate plenus est. Nec dicere ei quisq̄ potest: quare ita facis? Eccl̄s. viij. Nam potestas ei⁹ potestas sempiterna: ⁊ regnum eius a generatione in generationē. Dan. iiij. Tibi ois honor: q: prestantissime es virtutis: immo essentialiter virtus. Tibi ois glia: q: claritas tue virtutis super oēs emicuit: propter qđ merito ois tibi glia exhibetur: ⁊ clara tui cū laude noticia oibus predicatur. Jn vnitate spūssancti. i. cōione spūsscti: q̄ amor est nexus patris ⁊ filij: in quo coiscant tanq̄ in vno cōi dono ab vtroq: ꝓcedēte. Procedit nāq: spūsctūs a pr̄e ⁊ filio: tanq̄ amor infinitus ex infinita ⁊ fecunda vtriusq: patris ⁊ filij volūtate. Que q: est vna oibus modis in patre ⁊ filio: spūsctūs tanq̄ amor cōis ab vtroq: procedit tanq̄ ab vno spiratore ⁊ principio. Jn ipso igitur cōmunicant tanq̄ in ꝯmuni ꝓducto. Uel in vnitate spūssancti. i. in idētitate essentiali spūssancti. Quāuis ei spūssanctus personaliter sit a patre filioq: distinctus est eñ idē sibi essentialiter. Una quidē est eis cōis essentia: qua pater filius ⁊ spūsctūs vn⁹ sunt de⁹ Jn hac ergo vnitate essentie ⁊ idētitate cuꝫ spiritusctō: est tibi pr̄i: cū ipso: in ipso ⁊ ꝑ ipm̄ filium. Ois honor ⁊ glia: q: i hac vnitate essentie es de⁹ verus: cui soli vt ait apl̄s. ij. ad Timo. vi. Glia ⁊ honor in scl̄a scl̄orum. * Hic deus: vt Aug. ait: ē de⁹ trinitas q̄ hic exprimit̄ in ꝟbis expositis. Cū dr̄. Tibi deo patri: in quo nolat̄ pria persona scꝫ pater

Marginal notes (left column): Damasc. — Phil. ij. — Joan. viij. — Joan. v. — Joan. v. — Ad Col. j. — Ad Heb. j. — Joan. xiiij. — Augustin⁹. — Sap. vij.

Marginal notes (right column): Joā. xvij. — Apoca. j. — Esa. lxvj. — Ad Eph. iij. — Sap. xij. — Dan. iiij. — * Jn symbolo quoq: legimus patris ⁊ filij vna ē diuinitas: eq̄lis glia: coeterna maiestas — Augustin⁹.

Diony.

pater qui totius diuinitatis vt Diony. dicit: est principiũ: per ipsum ⁊ cũ ipso ⁊ in ipso: scd̃a persona a solo patre genita: patri omnimode equalis ⁊ cõsubstãtialis. In vnitate spiritussancti: exprimit tertia ꝑsona a solo patre et filio spirata. In idẽtitate essentie cõsubstãtialis ambobus patri et filio. Tibi igit deo patri: cũ ipso scilicet filio: in vnitate spiritussancti. i. vna cum spiritusancto honor ⁊ gloria. Cõtra oẽs hereticos filio et spiritusancto detrahẽtes. Cõtra quos beatus Hieronymus ro. vt in singulis psalmis diceret. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritusancto: sicut erat in principio ⁊ nũc ⁊ semp ⁊ in secula seculoꝝ amẽ: apostolicã autoritate interpellauit: vnde ad Damasum papam scribẽs epla. iiij. ita ait. Istõ carmẽ laudis: haud dubiũ quin gloria patri ⁊c. vsq amẽ: omni psalmo cõiũgi ꝑcipias: vt fides. cccxviij. episcopoꝝ niceni cõcilij ⁊ nostro ore pari cõsortio declaret: vbi deus ⁊ homo honorabili voce predicat. ¶ R Cõcludit oratio. Per omnia secula seculoꝝ. i. ꝑ oẽs mũdi etates: que secula possunt appellari. Naz seculũ ⁊ seclũ per syncopã quodlibet tps accipit aliquantulũ longũ: a sequor dictũ eo ꝙ tps: tps sequat. Licet fm quosdã spacium. c. annoꝝ importet: vt dicit Januẽsis: vnde secula seculorũ. i. omni tpe vel eternaliter. Siquidẽ in omni tẽpore fuit honor ⁊ gloria deo. In exordio quidẽ mũdi deũ laudabãt ⁊ glorificabant astra matutina: angelice scz virtutes: ⁊ per decẽsum seculoꝝ sanctoꝝ patres patriarche ⁊ ꝓphete: apostoli: martyres: cõfessores: virgines: ⁊ oẽs dei athlete: quibus suã presentiã pollicitus est xps dei filius vsq ad cõsummationẽ seculoꝝ: quibꝰ omnibus vsq tũc glorificabit ⁊ laudabit deus trinitas. Unde dixit ꝓpheta. In secula seculorũ laudabunt te. i. eternaliter. Siquidẽ ante mũdi cõstitutionem: ⁊ cuiuscũq creature: honor fuit ⁊ gloria in ꝑsonis summa parilitate sibiinuicẽ cõgaudẽtibꝰ. Fuitq eternaliter ante omnẽ creaturã summe glorificanda ⁊ honorãda altissima dei maiestas. In illa superbenedicta trinitate: vbi est summe clara cuz laude: infinita et cõprehẽsiua sue perfectionis notitia. Unde ibi est deo in se et a se summa honoris gloria. Glorificat enĩ patrez filius: glorificat vtrũq spiritussanctus: ⁊ viceuersa quelibet diuina persona reliquã: qz quilibet clarissimã ꝑfectionis cuilibet infinite infinitam cũ laude notitiã. Fuit enĩ (verius est ⁊ semp est) ante omnẽ creaturam summe honorificãda ⁊ laudãda ⁊ glorificãda illa infinita maiestas: nec ab alia cõdigna ꝙ a seipsa: cũ nullius creature notitia cõmensurabilis sit substantie infinite. Nihil quidẽ isti summe ⁊ beatifice societati defuit. Unde per creature cõstitutionẽ magis reddet honorãda: nec aliquid glorie ex creatura accreuit. Ipsa sola est sibiipsi sufficiẽs honor ⁊ gloria ab eterno ⁊ in secula seculoꝝ. ¶ A Respondet chorus vel minister: Amẽ. qd̃ in proposito aduerbiũ est affirmandi. i. certã: seu verũ est. Non verbũ defectiuũ valẽs tantum. i. fiat. Nihil enĩ hic fieri petit: vel optat: qd̃ nõdũ est: sed honorẽ ⁊ gloriã que eternaliter est trinitati sacerdos sacrificãs fideliter cõfitet: cui circũstans fideliũ turba cõsonans ⁊ ipsam cõfessionẽ ac gratiarum actionẽ approbãs respõdet: amen. i. verũ est: ꝙ per ipsum xpm tibi oipotenti patri in vnitate spiritussancti: est oĩs honor et gloria: per omnia secula seculoꝝ. Sic itaqz perfectis omnibꝰ que ad sacramẽti supercelestis ⁊ diuinissimi cõsecrationẽ: ⁊ ad sacrificiũ per sacerdotem quidẽ ministerialiter: per patrẽ autẽ cũ filio in vnitate spiritussancti operantẽ principaliter pertinẽt canonis institutor in hac gratiaꝝ actione: ⁊ pro hoc immẽso dei beneficio nobis peccatoribꝰ indignissimis exhibito: sed et ꝓ essentiali sua gloria a creaturis omnibꝰ magnificãda ⁊ ꝑpetuo collaudãda canonẽ dixerat cõcludendũ. Cui ⁊ nos ꝓ qualicũqz eiusdẽ canonis expositione per me deficiẽter foris exhibita grãs possibiles ⁊ deuotissimas referamus: agnoscẽtes fideliter quicqd verũ: quicqd dignũ: quicquid salutare sonuit: nõ meũ sed illius esse: a q̃ oẽ verũ: omne sanctũ: ⁊ omne bonũ atqz datũ optimum est. Si quid vero erroneũ: si minus clarũ: si tãto incomprehẽsibili: admirabili sacramẽto indignũ personuit: meũ esse palã cõfiteor: cuius remissionem vt apud misericordẽ dñm se nobis ex nimia indebitaqz charitate in hoc sacro cõicantem: ac iterũ atqz iterũ ꝓ nobis misericordi patri offerẽtem: obtinere merear: vestraꝝ orationũ patres ⁊ magistri ⁊ fratres suffragia imploro suppliciter ⁊ requiro. ¶ Nunc addẽda est expositio mysteriorum in gestis signis et ritibꝰ sacerdotis ꝑlata in altari proferẽtis latentiũ. In primis cũ post suffragia defunctis petita: ad viuos rediens dicit. Nobis quoqz peccatoribꝰ vocẽ exaltat: ⁊ pectus tundit: quo aliud significat fm allegoriaz: aliud fm tropologiã. Scd̃m allegoriã vocẽ exaltat silẽtium interrupẽs fm Inno. ⁊ Alex. quo representat cõfessionẽ et cõtritionẽ latronis in illo dñice passionis articulo increpãtis alterũ et dicentis. Nos quidẽ digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. Desiderãsqz cõsortiũ beatoꝝ pro quo sacerdos petit in ipsa orone: dicebat ad iesum. Dñe memẽto mei dũ veneris in regnũ tuũ. Lu. xxiij. Uel fm eosdẽ: per exaltationem vocis ⁊ tunsionẽ pectoris exprimit ꝙ centurio ⁊ qui cuz ipso erãt: visis his que fiebãt christo in cruce pẽdente: timuerũt valde dicẽtes. Uere filiꝰ dei erat iste. Mat. xxvij. ⁊ Lu. xxiij. dicit. Uidẽs autẽ centurio qd̃ factũ fuerat: glorificauit deũ dicẽs. Uere hic homo iustus erat. Et oĩs turba eoꝝ qui simul aderãt ad spectaculũ istõ: ⁊ videbãt q̃ fiebãt: percutiẽtes pectora sua reuertebant. Secunduz Albertũ vero per tropologiã. Tunsio pectoris ꝓ hoc ꝙ est ictus afflictionẽ inferens: significat satisfactionis laborẽ: qui necessarius est ad obtinẽdum participationẽ cũ sanctis que petitur. Per hoc autẽ ꝙ sonus tũsionis est cum sono vocis: significat cõfessionẽ eoꝝ que in pectore latent: per hoc ꝙ fit cũ gemitu: significat cõtritionis cõpũctionẽ que etiã necessaria est: vt cõsortiũ cũ sanctis impetret. Nihil enĩ inquinatũ in hoc sctm ⁊ diuinũ cõsortiũ potest introire. Apo. xxi. Fit autẽ hec tunsio tribꝰ digitis vltimis: qz pollex ⁊ index separari nõ debẽt ꝓpter reuerentiaz sacramenti post cõtactũ eius vsqz ad cõmunionẽ: ne forte si quid de hostia digitis adhereret: per cõtactũ alterius corporis a digitis decideret: et ita irreuerẽtia fieret sacramẽto: vt sic se tripliciter peccasse exprimat: corde ore ⁊ opere. ¶ M Dum ho sacerdos ꝓfert hec verba. Sanctificas: viuificas: bñdicis: tres format cruces cõtinuatim sup hostiam ⁊ calicẽ. Deinde quinqz cruces in verbis. Per ipsum ⁊c. que a diuersis diuersimode exponunt. Nec mirũ: quia in hoc sacratissimo mysterio: mysteria multiplicia includuntur. Sequẽdo tamẽ in primis beatũ Tho. in parte. iij. q. lxxxiij. ar. v. conformiter ad ꝑdicta lec. xxi. ⁊ liiij. vbi dictum est: ꝙ ꝑ cruces importat passio Christi: ⁊ ꝑ eas que ꝑcedũt cõsecrationẽ: ea significant que passus est ante ligni affixionẽ: per cruces q̃ postea fiũt: ea que passus est aut egit in ligno crucis

Hieronymus.

Seculũ quantum spaciũ importet.

Amen aduerbium affirmandi.

Lu. xxiij.

Matth. xxvij.

Albertus.

Sonus tũsionis q̃ est cũ sono vocis quid significat.

et post depositionē. Et s3 hoc dictū est ꝙ quinq3 cruces facte in verbis. Hostiā purā ⁊c. designāt quinq3 vulnera xp̄i in sua affixione et lāceatione passa: ⁊ in tribus crucib9 in his verbis. Corpus ⁊ sanguinē: representaꝛ corporis extensio: sanguinis effusio: ⁊ passionis fructificatio. Hunc ordinem prosequēdo fit hic in verbis. Sāctificas ⁊c. sexta crucis signatio: qua fiūt tres cruces super calicē ⁊ hostiā cōiunctim in verbis. Sāctificas: viuificas: bñdicis: per que significaꝛ triplex oratio quā xp̄s fecit in cruce. Prima quam fecit pro suis persecutorib9: cū3 dixit. Pater ignosce illis: q2 nesciūt quid faciūt. Secūda quā fecit pro liberatione a morte: cū dixit. Deus meus de9 meus: vt quid dereliquisti me? Tertia pertinet ad adeptionē glorie: cū ait. Pater in man9 tuas cōmendo spiritū meū. Rursus septima signatio fit sm eundem: tribus crucibus cū hostia sup calicē discoopertū cū his verbis. Per ipsum: cū ipso ⁊ in ipso: ad representandū tres horas quib9 pependit in cruce: sc3 a sexta hora vsq3 ad nonā. Octaua signatio cōtinue subsequiꝛ septimā: cū sacramento panis extra calicē vel in latere calicis factā cū duabus crucib9 in verbis. Et tibi deo patri omnipotēti: in vnitate spūssancti. Quibus signaꝛ separatio anime a corpore in morte dñi. Licet eñ in xp̄o tres sint substātie: sc3 diuinitatis: anime: et corporis: tñ solū due fuerunt in morte ab inuicē separate: sc3 anima a corpore. Diuinitas vero a neutra fuit separata: sed vnita fuit carni in sepulcro: etiā aie in inferno. Istum tñ ordinē nō p omnia seruāt Inno. et post eū Alexā. vnde sm eos: q2 sexta feria passus est dñs: ⁊ crucifixus hora tertia linguis iudeorū. Mar. xv. Hora sexta manib9 gentiliū. Joh. xix. Et circa horā nonā inclinato capite emisit spiritum. Ibidē. ad significādū primā crucifixionē: linguis iudeorum hora tertia clamantiū. Crucifige crucifige: fiunt tres cruces in sexta signatione. Secūda que est post interuallū horarū trium facta est militum gētilium manibus: designatur in septima signatione: que iterū fit trib9 crucibus. Diuisio vero corporis ⁊ anime facta in hora nona mortis xp̄i significatur octaua signatione sicut supradictū est. Et illas duas cruces sm Alexan. facit sacerdos cū corpore christi manu ad se ꝯuersa: quo significatur ꝙ mortē quā xp̄s sustinuit: q̄ p illas duas cruces significaꝛ: sustinuit p nobis. i. Pe. iij. Christus semel p peccatis mortuus est: iustus pro iniustis. ¶ O Uel aliter: tres cruces septime signationis significāt tres xp̄i cruciatus: q̄s ipse in cruce sustinuit: passionē: ꝓpassionē ⁊ compassionē: passionem in corpore: propassionem in mente: cōpassionē in corde. De passione in corpore dicit ꝓpheta Thren. i. O vos oēs qui transitis per viā: attēdite ⁊ videte si est dolor sicut dolor meus. Itē foderūt man9 meas ⁊ pedes meos dinumerauerūt omnia ossa mea. Ps. xxi. De ꝓpassione mētis Mat. xxvi. Cepit iesus contristari ⁊ mestus esse dicēs. Tristis est aīa mea vsq3 ad mortē. De cōpassione cordis orauit pro crucifixorib9 suis. Pater inquit ignosce illis ⁊c. De passione ⁊ ꝓpassione loquiꝛ Hiero. sup illud Mat. Cepit iesus cōtristari ⁊ mestus esse. Ut veritatē inquit: ꝓbaret assumpti hoīs: vere cōtristat9 est sed nō passio eius dominaꝛ animo: verū propassio est. Que tractās magister li. iij. sentē di. xv. dicit. Afficiꝛ quis interdum timore vel tristitia: ita vt mentis intellectus nō inde moueaꝛ a rectitudine vel dei cōtēplatione: ⁊ tūc propassio est: aliquando vero moueꝛ ⁊ turbatur: ⁊ tūc passio est.

Mar. xv.

Jo. xix.

i. Pe. iij.

Thren. i.

Mat. xxvi.

Hiero.

Hec magister. Passio ergo ⁊ propassio vt distinguunꝛ: affectiones mētis sunt nō corporis. Nō ergo fuit passio illa que cōtra propassionē cōdiuidiꝛ: hoc est affectio mentē deordinans: sed fuit in eo passio que est dolor corporis: ⁊ propassio q̄ est tristitia mētis: nō tamē deordinās mentē. Et ideo nō habuit mentis passionē. ¶ Facit autem tres cruces illas cū corpore christi sup calicē: q2 christus sustinuit huiusmodi cruciatus: qui per calicē significanꝛ voluntarie. Esa. liij. Oblat9 est q2 ipse voluit. Quod vero hostia superferꝛ calici: significaꝛ ꝙ christus nō fuit deiectus inuoluntaria passione: sed mētis cōplacētia superferebatur. Uel significaꝛ per hoc sublimatio christi per passionis obedientiā ad Phil. ij. Factus est obediens vsq3 ad mortē: mortē aūt crucis: ꝓpter qḋ et deus exaltauit illū ⁊c. Due vero cruces q̄ fiūt in latere: significant duo sacramenta que de latere christi fluxerūt: scilicet aqua regenerationis: ⁊ sanguis redēptionis. Jo. xix. Unus militū lācea latus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis et aqua. Unde quidā in horū duoꝝ signoꝝ fine: tāgunt calicē cū hostia: per quod percussio lateris christi cū lancea designaꝛ. Secundū dñm Albertum fiūt tres cruces in sexta signatione: ad significandū ꝙ oīa creata ⁊ recreata sanctificanꝛ: viuificanꝛ ⁊ benedicunꝛ in virtute crucifixionis et passionis xp̄i. ¶ P Sed querit hic Alex. Cur in prolatione huius verbi: creas: non fit crucis signatio: sicut in prolatione sequentiū verborum. Sanctificas: viuificas: benedicis. Respōdet. Signatio crucis indiciū est dñice passionis. Creatio autē hominis nō est causa passionis dñi: sed lapsus hoīs reparandus: ⁊ ideo in verbo: creas: non fit signatio crucis. Preterea licet hō ex prima conditione naturali ratione polleret: et gauderet arbitriȷ̄ libertate: non tamē habebat vnde poterat merendo proficere. Posse autem merendo proficere habet homo ex gratia sacramentali: et virtute crucis sine passionis dñi. In signum ergo huius defectus non efficiꝛ crux a sacerdote cum dicit. Omnia bona creas. Adhuc dicit Alexan. de vltimis quinq3 crucibus in verbis. Per ipsum ⁊c. Licet sm vsum Romane ecclesie tres cruces cum hostia primo fiant supra calicem: deducendo hostiam a labio calicis ad labiū: ⁊ due vltime iuxta latus calicis. i. inter calicem ⁊ sacerdotem: aliter tamen fiunt sm vsum quarundam ecclesiarum: sm quem prima crux ex omni parte vltra calicem protendiꝛ: secunda calici coequaꝛ: tertia inter calicem coarctatur: quarta eade3 est cū prima: quinta ante calicē protrahiꝛ. Per primam crucē significatur passionis christi diuturnitas: per secunda3 integritas: per tertiā acerbitas siue intimitas. Diuturna eñ fuit passio xp̄i. Non enim incepit die mortis eius: sed in circūcisione quādo arra3 dedit redēptionis nostre. Luce. ij. Et post cōtinue in paupertate et labore vitam ducebat. Ps. Pauper sum ego: ⁊ in laboribus a iuuentute mea. Integra fuit: quia totū corpus circūquaq3 patiebatur. Job. xvi. Circundedit me lanceis suis: conuulnerauit lūbos meos. Nō pepercit ⁊ effudit in terra viscera mea. Concidit me vulnere super vulnus. Acerba fuit pertingēs vsq3 ad interiora aīe ⁊ spūs. Ps. Intrauerunt aque vsq3 ad animā meā. Aque inundationes penaꝝ sunt. Per quartā crucē que est eiusdē dimēsionis cū prima: significaꝛ sufficiētia efficacie passionis. Per quintā significaꝛ ꝓfect9 sufficiētie. Sufficiēs enim fuit redemptioni omnium nō tñ ꝓfuit nisi redēptis fidelibus: vt dicit Ber.

Esa. liij.

Ad Phi. ij.

Joan. xix.

Alber.

Questio.

Rñsio ad q̄stionem.

Alex.

Ps.

Job. xvi.

Ps.

Item

¶ Q Uatuor hec cruces formãde sunt: sacerdos corpalẽ vel custodiã desuper calicẽ remouet: in signũ q illud qd de xpo fuit significatũ: sed clausum: erat in passiõe reuelatũ. Tunc verificatum fuit illud Hiere. xxxi. Cognoscẽt me oẽs a minimo vsqz ad maximũ: in cuius rei signũ velũ templi scissum est a summo vsqz deorsuz. Mat. xxvij. Deinde sacerdos tenet corpus dñi sup calicem: ⁊ parũ eleuato calice cũ ambabus manibus dicat. Per oia secula seculoꝝ. Et dicẽdo. Oremus reponit eũ in loco suo sup corpale. Et dicendo. Per oia scla seculoꝝ: exaltat vocẽ interrũpẽdo silẽtiũ. Ad literã vt chorus: pplš vel minister audiẽs: respõdeat. Amen. Quo per mysteriũ designat q xps clamãs voce magna emisit spm. Vel sm alios: q cẽturio magna voce pnũciauit. Uere filius dei erat iste: q chorus rñdet. Amen: signũ est lamẽtatiõis mulieꝝ: q xpm seqbant flẽtes dñm. Depositio vo hostie super pallã corpalis: signũ est inuolutiõis corpis dñi de cruce depositi in syndone mũda: facte per nicodemum ⁊ ioseph de arimathia: sepelientes dñm in monumento nouo: in quo nondum quisq̄ positus fuerat. Deinde tegit calicẽ corpali vel custodia in signũ occultatiõis veritatis q futura est maxime tempore antichristi: qd ⁊ Esa. vj. figuratuz est: vbi legitur: q duab9 alis seraphin velabant caput: ⁊ duab9 velabãt pedes: ⁊ duab9 volabãt. In capite principiũ/in pedib9 finis intelligitur. In principio igr ecclesie ante xpi aduẽtũ: velata fuerũt que de eo fuerãt reuelata. Ale velãtes caput: fuerunt figure legis nature: pariter legis scripte: idest moysi. Ale velantes pedes signant q in fine tpe antichristi erit occultatio credẽdorum ⁊ agẽdoꝝ: qn regnabit error falsitatis ⁊ libido improbitatis. Duabus alis volabãt. In volatu ale extẽdũtur: ⁊ elongãtur a corpe: nec corpus tegunt. Unde volatu seraphin significatur processus ad manifestationẽ: quo significat manifestatio veritatis significatoꝝ de xpo tẽpore medio: idest tẽpore passionis. Et tantum de his mysterijs. ¶ Explicit Canon.

¶ Eucharistie communio: ⁊ pars secunda expositionis canonis incipit. ¶ Lectio. lxi.

I Mperscrutabilis diuine charitatis altitudo: que etsi se nobis peccatorib9 manifestare dignata ẽ i filij summi patris incarnatiõe: qua ad nostra descẽdit infima: vt nos ad sua sublimia exaltaret. Nã ⁊ supra modum benigna ineffabilis trinitas in vna personarum suaꝝ (ait Dionysius cap. primo de diui. no.) infirma nostra integre verissimeqz suscepit ad seipsam reuocans ⁊ astringens infirmitatem nostram: simplex iesus eternusqz tẽporales subijt metas: atqz intra nature nostre terminos venit: qui omnem totius nature ordinem excedit. Nam qui origini humane multum dedit: quod nos ad imaginem suaz fecit: reparationi nostre longe amplius tribuit: cum seruili forme ipse se dominus coaptauit Sic enim ait Leo. In christo ipsa ad peccatores misericordia: ipsa ad errantes veritas: ipsa ad mortuos vita descendit. Nec modo descendit: sed et morte sua quã pro nobis subijt: eterne mortis vincula quibus tenebamur: dirupit. Siquidem post illãm humane preuaricationis primam ⁊ vniuersalem ruinam: ex qua per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum: ⁊ per peccatum mors: et ita in omnes homines pertransijt: in quo omnes peccauerunt: nemo diaboli dñatiõnem nemo vincula dire captiuitatis euaderet. Nec cuiq̄ aut recõciliatio ad veniã: aut reditus pateret ad vitam: nisi coetern9 patri deo fili9: etiã hominis esse dignaretur filius: veniens querere ⁊ saluare qd perierat: vt sicut mors per Adam ita per dñm nostrum iesuz xpm esset resurrectio mortuorum: quod manifestissimum nimie dilectionis noscitur esse signum. Maiorem charitatem nemo habet: inquit ipse saluator q̄ vt aiam suam ponat quis pro amicis suis. Joan. xv. Sed maiorem ipse habuit. Cõmendauit eñ charitatem suam deus in nobis: ait apls: quia cum adhuc inimici essemus: recõciliati sumus deo per mortem filij eius: ad Roma. v. Ecce apertissimã summe charitatis exhibitionem. Nec tamen satis visuz est inexhausto pietatis fonti: vt nostra assumẽs frater noster fieret excelsus oĩz creator: lapsorum sufficientissimus reparator: nisi etiam nostra vt ita loquar fieret factura: dũ in hoc mirabili sacramento sacerdotũ ministerio suã nobis exhibet presentiã sub sacramentis speciebꝰ symbolis: panis viniqz substãtia: in corp9 suum et sanguinẽ cõuersa: ⁊ substantialiter trãsformata. ¶ O Uiuificum ⁊ admirabile sacramentum quo corporali dei presentia fruimur: quo celi ambitum excedẽtem: lucẽqz inaccessibilẽ inhabitãtem breuissima specierũ formula cohibitũ oculis corporeis cõtemplamur. O perfectum ⁊ permagnificũ donũ: qd principalẽ cõdecuit munificentiam quo sic se totũ nobis effudit: vt nil sibi retineret in corpe ala deitate. Uere eleuata est magnificentia tua sup celos. Nam q̄cq̄d in celo fuit gr̃e ⁊ glorie: liberalitate ineffabili cõtulisti. Et hoc quidẽ donũ verbis sacri canonis q deo duce, vtcũqz exposuim9: cõsecram9: cõficim9: cõtrectamus: vt liceat dicere illud. j. Joã. j. Quod fuit ab initio: qd audiuim9: qd vidim9 oculis nostris: qd pspexim9: ⁊ man9 nr̃e cõtrectauerũt de verbo vite: ⁊ vita manifesta est: ⁊ vidim9/⁊ testamur: ⁊ annũciam9 vobis vitã eternã: q erat apd patrẽ: ⁊ apparuit nobis. Qd vidim9: ⁊ audiuim9 annũciam9 vobis: vt ⁊ vos societatez habeatis nobiscũ: ⁊ vt societas nr̃a sit cũ pr̃e ⁊ filio ei9 iesu xpo. Quis fratres tãte charitatis magnificẽtia nõ miref? Quis nõ toto hilaritatis affectu suscipiat? Quis ad tante societatis patris ⁊ filij cõsortium nõ aspiret? Reuera admirãda: stupẽda qz sunt hec excellentissima dei dona. ¶ B Sed si qd superest attẽtius cõspexerim9: quo nos perducet incõprehẽsibilis excellentioris modi donatiõis admiratio: quo inq̄s queso? Nõ sufficit summe liberalitati se nobis dedisse in peregrinatiõis comitẽ: ⁊ sociũ nobiscũ in hoc eucharistie sacro sm nomẽ suũ oẽm in se gr̃am cõtinẽte nisi in eo se traderet famescẽtib9 in eduliũ vegetans ad vitã eternã. In viaticũ cõfortans nos ad pficiẽdã hui9 exilij viã: ⁊ in pign9 eterne salutis: ⁊ ois felicitatis: ⁊ cõiortis suminã. Hoc est qd pphcta post laudes prioris doni decãtatas expectabat (al's expetebat.) Magnificẽtiã glorie tue loquẽtur (inqt) ⁊ mirabilia tua narrabunt. Sed adhuc donũ diuini expectans alimẽti: addit. Oculi oĩm in te sperãt dñe: ⁊ tu das illis escã in tẽpore opportuno. Aperis tu manum tuam: ⁊ imples oẽ aĩal bñdictiõe. Ps. cxliiij. quasi dice-

Hiere. xxxi.
Mat. xxvij.
Esa. vj.
Dionysi9.
Leo.
Roma. v.
Joã. xv.

ret:q̄cq̄d hacten⁹ dedisti parū est adhuc inedia destituti expectam⁹ oēs donec largā manū magnificētie apiēs:nosq̄z oēs donec adhuc alaleo dono quo teipꝫ dare digneꝛ l escā satiādo omni impleas bñdictiōe.Et ecce factū est. Disposuit rex noster salomō pacificus mensam cuꝫ cibis:ꝛ propositionis panibus:quos videns regina saba:ecclesie ex gentibus collecte figura:admirata est:ꝛ ꝓ stupore nō remāsit in ea spūs.iij. Reg.x.ꝛ.ij.Paral.ix. ¶ Hoc cōuiuiū grāde qđ assuerus beatitudo nostra:in cōiunctione Hester ꝙ est ex ꝑplis eleuata:parari iussit supermagnificum cunctis principibus ꝛ seruis suis:quo dedit requiē vniuersis prouincijs ac dona largit⁹ est:iuxta magnificētiā pꝛīcipalē. Magna eq̄dem dona in hoc cōuiuio ecclesie sue xp̄s dedit: corpus videlꝫ suū in cibum:sanguinē in potū:aīaꝫ in precium:deitatē in cōdimētum liberalr̄ exhibendo. ¶ Hoc phase qđ celebrauit Ezechias rex:ad cuius ꝑficiēdū mysteriū scīficata est sacerdotū pluria multitudo ꝛ oīs terra iuda dñm fideliter cōfitētiū hilaritate ꝑfusa est:tā sacerdotum ꝛ leuitaꝝ:ꝙ̄ vniuerse frequētie que venit ex israel.i.tota frequētia xp̄iani ꝑpl'i : cōicās huic dono dñi iesu xp̄i. Hoc eñ panis cōfirmās:vinū letificās cor hoīs:ac cib⁹ ligni vite: quo qui digne vescitur:mortē videre nō poterit in eternū. Ad cuius sumptionē fructuosissimā ꝙ super est pars officij disponit. ¶ ¶ Postꝙ̄ eñ sacratissimū altaris officiū qđ missa dicit̄ : in prima sui parte ꝓmisit ꝑparationē ꝑpl'i:ꝛ offerendoꝝ:que dicitur missa cathecuminoꝝ. Et in scđa que canon dicitur:subiūxit cōsecrationē oblatoꝝ. In hac tertia parte ꝙ cōio recte noiatur ꝓcedit ad participationē cōsecratoꝝ. In pꝛīa parte ꝑpl's illuminat̄ ꝛ materia ideonea altari ꝑñtatur. In scđa forma traditur qua eucharistia cōficitur ꝛ summo patri offert̄. In tertia ꝛ finali ꝑ sumptionem sacramenti fructus eius cū benedictionis plenitudine percipit̄. Diuidit̄ aūt hec pars sm̄ Dionȳ.c.iij.de ecclastica hierar.in tres partes In prima ad sacrā eucharistie sumptionē ꝑparatio cū exhortatione ꝓmittit̄. In scđa cōio ipsa sumit̄ ꝛ dispēsat̄. In tertia cū graꝝ relatiōe finis mysterijs imponit̄ Scđa ibi. Per.e.d.n. Tertia in antiphona:ꝙ post cōionē dr̄:ꝛ sm̄ officioꝝ diuersitatē variat̄. Et q2 ad dignā tanti mysterij participationē ex nobis exurgere nō valemus. Dñs eñ est qui opatur in nobis velle ꝛ ꝑficere pro bona volūtate.ad Philip.ij. Neq̄ꝫ eñ sufficientes sumus cogitare aliq̄d a nobis quasi ex nobis:sed sufficiētia nr̄a ex deo est:qui fecit nos idoneos ministros no.te.in huius sacramenti institutiōe inchoati.ij.ad Cor.iij. Ideo hanc a dño oꝛonibus obtinere oportet. Premittit igit̄ in primis exhortationē ad orandum misericordem ꝛ clemētissimū patrem. Scđo ponit ipsam orationē:ibi. Pater noster. ¶ Circa primū dicit.

Hester.i.

ij. Paralipo.xxx.

Dionysi⁹.

ad Phil.ij.

ij. Cor. iij.

Oremus preceptis saluta

ribus moniti:ꝛ diuina institutione formati audemus dicere. ¶ Pane celesti iā cōfecto:stās ad arā sacerdos alta voce premonet oēs petere hūc panē dicēs. Oremus. Attendēs ꝙ in patrū desiderio an re dudū est desideratus:quāuis nullus esset qui esurientibus dare ꝛ frāgere posset. Hinc Threnoꝝ.iiij. Paruuli petierūt panē : ꝛ nō erat qui frangeret eis. Hinc autē mō speratur a dñi benignitate:ꝙ suis quidē viribus: sed sacerdotis manibus frangatur:ꝛ distribuatur vnicuiq̄ꝫ sm̄ ꝙ oportet. Et ideo ad excitandū hoc desiderium:sacerdos exaltat vocem in hac oꝛone:duo circa hoc faciēs. Excitat eñ desideriū ad petendū panē celestē:dicēs in cōmuni. Orem⁹ Deinde ad temeritatis excusationē ꝛ ꝑsumptiōis allegat salutaria orādi monita ꝛ ꝑcepta: ac circa orādi modū diuine instructiōis instituta. Cum eñ vt premissum est in ꝓhemio:multa requirantur ad fructuosam hui⁹ celestis alimonie mādu cationē:ne cib⁹ vite cōuertat̄ in cibū mortis : siquidē de eo in prosa canit̄. Mors est malis:vita bonis:opus est vt oremus:ne cibus vite nobis vertat̄ in cibū mortis:ꝛ cib⁹ salutaris ꝓpt̄ nr̄aꝫ indispositionē fiat nobis exitialis. Indigne eñ māducātes iudiciū sibi māducant ꝛ bibūt : facti rei corporis ꝛ sanguinis dñi:vt dicit apl's.i.Cor.xi. ¶ D Inter req̄sita ad digne cōicādū numerat̄ oꝛo.s.lec.xiiij. Ad orādū aūt ꝑceptis monemur vtriusq̄ꝫ testamēti noui ꝛ veteris : euāgelicis et apl'icis:ideo sudi figit.ꝑceptis. Uñ.ij. Paral.xx. Cū ignoremꝰ q̄d agere debeam⁹:hoc solū habemus residui:vt oculos nostros dirigam⁹ ad te: haud dubiū quin in oꝛone. Itē Tob.iiij. Omni tp̄e bñdic deū:ꝛ pete ab eo vt vias tuas dirigat ꝛ oīa cōsilia tua in ipso permaneāt. ꝛ Eccl.xviij. Nō impediaris orare semꝑ qm̄ merces dei manet in eternū. Monemur ꝛ ꝑceptis euāgelicis. Luc.xviij. semꝑ orare ꝛ nō deficere. Et apl'icis. vñ.i. Thes.vlt. Sine intermissiōe orate. Iteꝫ ad Heb.iiij. Adeam⁹ cū fiducia ad thronū gratie dei: vt miam cōsequamur:ꝛ grām inueniamus in auxilio opportuno. Tota scriptura huiusmodi preceptis ꝛ monitis plena est. ¶ Addit̄. Salutarib⁹.q2 scripture ꝑcepta ad vtilia ꝛ ea ꝙ salutis sunt dirigūtur. vñ.ij.ad Tim.iij. Oīs doctrina diuinitus inspirata vtilis est ad docēdū : ad arguēdū:ad corripiēdū:ad erudiēdū in iusticia vt ꝑfectus sit homo dei ad omne opus bonum instruct⁹ Salutaria igit̄ sunt monita: ꝛ vtilia ꝑcepta inductiua ad orādū : quibus inuigilādūꝫ est:ne cōtēnētes tā salubrē exhortationē dei beneficio redamur indigni. iuxta illud beati Gregorij.x.moral. Dignū ꝑfecto est vt ab ei⁹ beneficijs quisquis sit extrane⁹:cuius iussionib⁹ nō vult esse subiect⁹. ¶ Sed cū monere ꝛ precipere cōtrarias habēt cōditiōes:preceptuꝫ enim vim habet obligatiuā:monitio vero tm̄ inductiuam ꝛ exhortatiuā:cur hec simul iungunt̄:cum dicit. Preceptis salutarib⁹ moniti. Respōdet Alexā. parte.iiij.q.xxxvij.ꝙ doctrina orādi ꝛ presertim huius oꝛonis ad quā inducimur: christi est qui magister est ꝛ dñs. Ioā.xiij. Uos vocatis me magister ꝛ domine ꝛ bñ dicitis:sum etenī. Dñi aūt est precipere ꝛ instituere. Magistri monere ꝛ instruere:vt illa duplex autoritas insinuaretur:dominationis scꝫ ꝛ magisterij:copulatur hic institutio ꝛ preceptū ꝛ monitio. Preterea dicit Alex. Monitio domini:licet non importet obligationem necessitatis:sicut illud quod est preceptum simpliciter:importat tamen obligationem reuerentie:vt sicut ob necessitateꝫ salutis acq̄rende incūbit exequi id qđ ꝑceptū est. sic ob reuerētiā domini monentis incumbit exequi qđ monet̄. Monita enim hic dicuntur precepta. ¶ E Seq̄tur. Et diuina institutiōe formati idest firmiter eruditi:quid scꝫ ꝛ qualiter orare debeam⁹. Hoc enim nescit mortalis imbecillitas nisi doceatur vnde ad Roñ.viij.dicitur. Quid oremus sicut oportet nescimus. Unde ꝛ filij zebedei in petitione reprehēsi sunt:q2 nō recte petierunt: dicente eis xp̄o. Nescitis q̄d petatis. Mat.xx. Et Iaco. iiij. Petitis ꝛ non accipitis eo ꝙ male petatis.

Threnoꝝ. iiij.

Tob.iiij.

Eccli.xviij.

Ad heb.iiij.

ij.ad Tim. iij.

Gregorius

Dubium.

Rñsio ad dubium.

Ioā.xiij.

Alexan.

Ad ro.viij.

Iaco.iiij.

Eapropter

Ea propter discipuli me in petitiõe errarent: xp̄m adierũt: petẽtes vt quẽadmodũ orãdũ esset eos institueret dicentes. Domine doce nos orare. Mat. vi. vnde et precibus eorum inclinatus plurima salutis monita circa orationis modum et formã tradidit dicẽs. Cum oraueritis nõ eritis sicut hypocrite: qui amant in synagogis: et angulis platearum stantes orare vt videantur ab hominibus. Tu autem cũ oraueris intra in cubiculũ tuum: et clauso hostio: ora patrẽ tuum in abscõdito. Tradidit et formam orandi dicẽs. Orãtes nolite multũ loqui sicut ethnici faciũt. Putãt enim q in multiloquio suo exaudiãtur. Sic autem orabitis. Pater noster qui etc. Hac diuina institutiõe edocti: nõ nostra presumptiõe temeraria Audem⁹ dicere sciẽtes quid: a quo: qualr orare debemus. Christo autore pariter et doctore: qui ausum prebet orandi salutaribus preceptis fiduciã impetrãdi exhortatiõis monitis. Amẽ amẽ dico vobis si qd petieritis patrẽ in nomine meo dabit vobis. Joã. xvi. Petite et accipietis: querite et inuenietis: pulsate et aperietur vobis. Luce. xi.

Joã. xvi.

Prebet et doctrinã deprecãdi diuinis formans institutus. Et sm Alexã. dicit notanter formati: nõ informati quo notat q diuina instituto firmiter nobis inherere debet: sicut forma ei cuius est forma: propter qd signãter dr formati poti⁹ q̃ informari: licet idẽ importent. Vñ instituta dñi debẽt in corde scribi. Prouer. vij. Serua mãdata mea et viues: et legẽ meam quasi pupillã oculi tui. Liga eã in digitis tuis: scribe eam in tabulis cordis tui. ¶ F Et qr ad orandum tã salubriter exhortamur: vidẽda sunt aliqua de oratiõe: quatenus ad vtiliter orãdũ instructi: eidem fructuosius incũbamus. Quid enim oratiõe prestãtius: quid fructuosius: aut qd magis necessariũ? Cuius excellentia ex his colligitur: vt dicit Guilhel. pari. in diuina rhetorica circa principiũ: q ois sacrificatio: ois bñdictio: oẽ sacrm: et omnino qcqd in cultu diuine honorificẽtie agitur: aut orõ est aut oratiõe pficif. Itẽ ex eo q ois ecclesia sctõrum celesti ac diuino magisterio erudita ac instituta tãta: tãqz multiplici celebritate frequẽtat oratiõẽ vt et die noctuqz insistat et inuigilet: et eidem vite presentis tpa tanq̃ illi ↄsecrata et debita partiatur. Cuius rei nulla alia cã vel ratio estimari vel cogitari põt nisi orõnis tanta necessitas tantaqz fructuositas: qua tante frequẽtatiõis et instãtie cõtinuitatẽ exigat et requirat. Deniqz sicut oẽs virtutes oratiõe pficiũt: ita nulla vera virtus nisi per oratiõẽ obtineri põt. Vñ abbas isaac in sua colla. c. ij. ait. Est virtutũ et oratiõis reciproca quedam inseparabilisqz cõiũctio: inuicẽ sibi mutua ratione cõnexa. Na sicut ad oratiõis perfectionẽ ois tẽdit structura virtutũ: ita nisi huius culmine hec oia virtutũ genera fuerint colligata atqz cõpacta: nullo mõ firma poterunt vel stabilia perdurare. ¶ Vidẽda sunt ergo de oratione nouem in genere. Primo de eius quidditate ac definitiõe ac cuius potẽtie et virtutis sit act⁹. Scdo ad quẽ dirigẽda sit. Tertio de spẽb⁹ orõnis. Quarto de his que petẽda sunt. Quinto cuius sit orare. Sexto de eius qualitate. An vocalis esse debeat an mentalis. Septimo de attẽtiõe. Octauo de eius efficacia. Nono de eius merito. ¶ G Quãtum ad primum recitat Alexã. par. iiij. q. lxxxiij. multas orationis definitiones verbaliter differentes: scdm sniam satis concordãtes. Dam. lib. iij. ca. xxiiij. ita definit. Ascẽsus intellectus ad deũ. Cui consonat illa Aug. in ser. de oratione et ieiunio. Pius mentis affectus in deum directus. Et

Alexan.

Prouer. vij.

Guilhel. parif.

Circa orõnẽ vidẽda.

Diffinitio orõnis ex Damasceno.

illa Hugonis. Cõuersio in deum per pium et humilem affectum. Itẽ definit Dañ. Oratio est petitio decẽtiũ a deo. Cui etiã consonat illa Augu. Rerũ inuisibiliũ inquisitio. Et illa glo. magi. super illud. j. Thes. v. Sine intermissione orate. Expressio desiderij propter bonũ adipiscẽdum: vel malũ remouẽdũ in forma per verbũ exterius vel interius. Hec enim exprimũt petenda: priores exprimunt potentiã qua petitur. Aliter definit bea. Greg. x. moral. dicens. Orare est amaros in cõpunctione gemitus: et nõ cõposita verba resonare. Cui silis est illa Hugonis. Deuotio ex cõpunctione pcedens que danf sm statum penitẽtis. Itẽ btũs Bern. in quadã epistola. Oratio ẽ hominis deo adherentis affectio: et familiaris q̃dam et pia allocutio: et statio illuminate mentis ad fruẽdũ deo q̃diu licet. Cui cõsonat ista beati Ambr. Oratio est cibus mentis pclaraqz alimonia suauitatis: que mẽbra nõ onerat: sed in ornamẽta cõuertit. Ornamenta vtiqz morum ac virtutum. Hec one dantur sm statum pfectionis orantis. Hec autem diffinitiões diuersas orõnis proprietates exprimunt: et magis quedam sunt pprietatũ assignatiões et laudes: vt dicit Guil. q̃ conuertibiles definitiões. Has pulchre et late prosequitur Alex. loco allegato. Definit autẽ orationẽ Guil. in de diuina rhetorica in sua generalitate sic. Oratio est petitio que ad deum dirigitur: vel ad personas vel personã propter ipsum Petitio autem genus est ad orationem: que generaliter est locutio inclinatiua alterius ad bonum prestandum: vel mala in remouendum. Et dicitur inclinatiua nõ optatiua: qr nõ est idem optare et petere. Multi enim optant et desiderant: que nõ petũt: et multi optant vel desiderant que omnino habere nolunt sicut viri sancti et sapiẽtes qui multa cõcupiscũt et desiderãt sm sensualitatẽ: a quibus en se abstinẽt viriliter et auertũt. Qui autem petit indubitanter ostendit sese velle obtinere qd petit. Hec Guilhel. ¶ H Ex his patet quod oratio est actus quidam potentie rationalis quia relatus ad deum: qd referre in deum soli potẽtie rationali cõuenit. Sed vtrum sit actus intellectus vel volũtatis. Nã vtrumqz videntur definitiones sanctorum astruere. Ut illa ascensus intellectus ad deum. Et illa Aug. Pi⁹ mẽtis affectus in deum directus. Scdm primam videtur q sit actus intellectus: sm scdam: q sit actus volũtatis siue affect⁹. Pro quo notat Richar. in. iiij. dist. xv. q. iiij. ar. j. q oratio dupliciter põt accipi. Uno modo pro desiderio obtinẽdi aliquid a deo quo desiderans ordinetur in ipsm Et illo modo est actus voluntatis vt elicientis: et intellectus vt dirigentis. Alio modo oratio est propositio hmõi desiderij: loquẽdo deo per modum supplicatiuum. Sic dicit Isidorus: orare ẽ dicere: et sic est actus intellectus vt elicientis: et volũtatis vt mouentis. Ex illo pz q oratio siue sic: siue sic accipiatur: semper importat vtrumqz actum intellectus et voluntatis. Uterqz enim requiritur ad orationem. Nihil enim petitur obtineri nisi affectu desideretur: et intellectu desideriũ exprimatur ei a quo obtineri speraf. Solum enim desiderium obtinẽdi nõ ẽ oratio. Nã qui qd deside rat suo ingenio et labore acquirit: nõ dr orare: sed qui hoc ab alio sibi dari petit orat. Requirif ergo expressio petitionis verbo mentali ad minus quandoqz etiam verbo signo vel verbo vocali. Sed desiderium hmõi exprimi non potest: nisi habeatur saltem verẽ: vnde oratio vtrumqz dr. Sed quod horum dicat substantiue: et quod for-

Gregorius

Bernar.

Ambro.

Diffinitio orõnis ex Guilhel.

Oratio dupliciter põt accipi.

Isidorus.

maliter seu cōnotatiue est qōnestio: ⁊ sic responsio Richar. distinguit: q2 vtrūqz pōt dicere fm aliā ⁊ aliā acceptionē: parū tū refert: quia deficiente cōnotato: deficit suppositio: ideo vterqz act⁹ requiritur vt sit oratio. Quia tū oratio frequenti⁹ dr petitio: ⁊ petitio est sine locutione vel mentali vel exteriori: immo est locutio interior vel exterior: ideo pōt dici q oratio sit actus rōnis: ille. s. quo loquit deo mentaliter a quo desiderat optata obtinere. Quō aūt fiat interior locutio habitum est supra lec. xxi. Nihil eñ aliud est nisi proprium desiderium mente cōcipere: vt deus illud cōcedat: ⁊ hoc est mentaliter exprimere verbum mentale formare. Oratio vo exterior est signum aliqō sensibile orationi interiori subordinatum. Et ita btūs Tho. ij. ij. q. lxxxi. ar. i. tenet orationē esse actum ratiōis. Et hoc idem innuit nomen petitio: qō pōit pro genere definiti. ¶ Addit q ad deū dirigit q2 sola petitio q fit ad deū imediate vel imediate per sanctos intercessores: pprie oratio dr. Ut patet in olb⁹ definitionibus supra positis exprimitur deus tanq̄ is qui petit. Ut vt dicit Guil. sola petitio que fit ad autoritatē principalitatem potestatis in re que petitur habētē est oratio. Hic aūt est solus deus: in cuius sunt ditione cuncta posita. Petitio vo que fit ad sanctos: quia nō fit tanq̄ ad eos per quos principaliter implendū sit qō petitur: sed tanq̄ ad mediatores id a deo fieri impetrantes: pro quanto per eos fit ad deum oratio dr. Ideo additū fuit: vel ad personam vel personas pp̄ter ipm. Ea enim que petēda sunt: gratia scz ⁊ gloria: solus deus dare pōt. ¶ I Ex quo patet solutio scde. q. scilz ad quem dirigenda sit oratio: scz ad solum deuz tanq̄ ad illum qui principalitatē hz prātis petita concedendi. Unde etiam colligitur cuius virtutis oratio sit actus. Cum eñ orans orādo deū protestatur ipso facto deum esse summum oīm principium: oīa in sua hñs potestate: exhibet sibi honorē latrie: vt ptz ex dictis. s. lec. xlix. Orādo enim petit ab eo tanq̄ ab eo qui principalitatem hz potestatis: quod solius dei est: vnde sic petendo adorat: quia deum quem orat: confitet primum omnium principium: omnia producens omnia gubernans: omnia administrans: pertinet igitur oratio ad virtutem latrie. Huic diffinitioni Guil. satis concordat illa Dam. Oratio est petitio decentium a deo. Et illa magistri. Expressio desiderij ⁊c. ita q addatur. Expressio desiderij facta deo propter bonum adipiscendum vel malum remouendum formata per verbū interius vel exterius. Et lz deus nō indiget expressione vt noscat nostra desideria cuius oculis nuda ⁊ aperta sunt omnia: tū orans orando deum elicit in se cognitionē desiderij sui: vt deus illud compleat: qō est exprimere ⁊ loqui deo. ¶ K Ad tertium: scz de speciebus orationis tanta est varietas: vt nisi speciali spūssancti illuminatione cōprehendi nō pñt. Nā tot orationis spēs assignari pñt: quot in anima vna: immo in cunctis aīabus: status queunt qualitatesqz generari. Scdm mensuram nāqz puritatis in qua mens vnaque qz proficit: ⁊ qualitatē status in quo vel ex accidentibus inclinatur vel per suam renouatur industriam: ipsa quoqz nomen satis singulis reformat. ⁊ idcirco vniformes ofones emitti semper a nemine posse certissimum est. Aliter eñ qsqz supplicat cū alacer est: alr cū tristitie vel desperatiōis pōdere pgrauat: aliter cū spiritalib⁹ successib⁹ viget: aliter cū impugnationum mole deprimit: aliter cū veniā petōr: aliter cū acquisitionē grē seu cuiuslibet vtutis exposcit: vel certe extinctionē cuiuslibet vitij depcat: alr cū ɔsideratiōe gehēne ac futuri iudicij tiore cōpūgit: alr cū spe futuror bonor desiderioqz inflāmat: aliter cū in necessitatib⁹ ⁊ periculis: aliter cū in securitate ⁊ trāquillitate versat: alr cū sacrorum celestiū reuelatiōib⁹ illustrat: aliter cū sterilitate vtutū ac sensuū ariditate cōstringit: vt dr ab abbas Isaac de ofone. c. viij. Scdz oēs has innumeras alias diuersitates orantiū: sumi pñt alie ⁊ alie spēs ofonū. Preterea fm diuersas ofonū cōsiderationes ac cōparatiōes nūc ad eum qui orat: nūc ad eos p quib⁹ oratur: nūc ad ipa que cōcedi postulant: aut remoueri petuntur: nunc ad radices ɔ quib⁹ orādi affectus oritur: nūc ad alia quedā varie sumunt ofonū spēs: q oia pseq̄: cū si nō impediret ingenij obtusitas: phibet tū digressionis a pncipali nra materia nimia plixitas. Sufficiat vel tāgere spēs illas qs apls i. ad Timo. ij. exarauit. ¶ L Quatuor itaqz ofonis spēs assignat apls cū ait. i. Tim. ij. Obsecro primū oīm fieri obsecratiōes: ofones: postulationes: grar actiones p olb⁹ holbus. Que pene tot hñt interptes: quot expositores. In colla. patrum collatiōe. ix. distinguūtur fm. iiij. stat⁹ hominū. Nā pmo obsecratio ad incipientes peculiari⁹ ptinet: q adhuc vitior suor aculeis ⁊ memoria remordent. Est eñ obsecratio imploratio vel petitio p pctis: qua vel p pñtib⁹: vel p pteritis admissis suis vnusquisqz cōpūctus veniam depcat. Scda ofo que ad illos spāliter ptinet: qui in pfectu iā spiritali: appetituqz virtutum quadā mentis sublimitate cōsistunt. Est eñ ofo vt spēs in alijs cōdistincta: cū aliud aliqd offerimus seu vouem⁹ deo: vt cū renūciātes mundo spōdēt cordis metriōe dño: funiturant cū pponūt firme vitior radices funditus eruere: qō ad pficientes ptinet. Tertia spēs postulatio: eos respicit q pfectionē votor suor opib⁹ implētes: intercedere p alijs ɔsideratiōe fragilitatis eor ⁊ charitatis studio pcurant. Est eñ postulatio supplicatio q ex charitatis feruore p alijs fundit. Quarta spēs grar actio ad illos respicit: qui iā penalis cōsciētie spina de cordib⁹ euulsa: securi iam munificentias dñi ac miseratiōes: quas vel in preterito tribuit: vel in pñti largit: vel pparabit in futuro: mēte purissima retractātes ad illā ignitā q ore holm nec cōphēdi nec exprimi pōt ofonē feruētissimo corde raptant. Et has quatuor supplicationū spēs etiā dñs ipe in suis ofonib⁹ explaniuit. Nā obsecratiōis gen⁹ assumpsit dum in horto orauit. Pater mi si possibile est trāseat a me calix iste. Uel illud qō ex ei⁹ psona cātatur. Deus deus me⁹ respice in me q̄re me dereliq̄sti? Orationē vo cū dicit Jo. xvij. Ego te clarificaui sup terrā: op⁹ cōsummaui qō dedisti mihi vt facerē. Postulationē cū dt. Pr qs dedisti mihi: volo vt vbi sum ego: ⁊ ipsi sint mecū. Joā. xvij. Itē cū dixit. Pr ignosce eis: qi nesciūt qd faciūt. Lu. xxiij. Gratiar actionē cum dicit. Cōfiteor tibi pr dñe celi ⁊ terre: qi abscōdisti hec a sapiētib⁹ ⁊ prudētibus: ⁊ reuelasti ea paruulis: ita pr: qm sic placitum fuit ante te. Mat. xi. Aut cū dicit Joā. xi. Pater grās ago tibi: qm̄ audisti me: ego autem sciebā: qi semper me audis. Possunt tū oīa illa quatuor ofonū genera in vna supplicatiōe pfecta cōphendi. Quod ⁊ declarari posset in ofone prolixa quā fecit dominus post cenaz vltimam Joā. xvij. ¶ M Glos. or. i. Timoth. ij. non multum difformiter a predictis vult q species ille seu differentie orationum assignate ab apostolo

Guilbel.

Ofo quid.

Quatuor spēs oratio nis.

Quid postulatio.

Joā. xvij.
Luc. xxiij.

Joan. xi.

stolo: dicunt differentias orationis scdm q̃ oratio dicitur: qua exprimuntur petenda scdm gradus quibus perficitur a statu culpe ad statum glorie. Unde obsecratio dicitur adiuratio pro rebus difficilibus: vt pro conuersione ipsius: aut remotione mali. Oratio est petitio bonorũ: vt virtutũ pro iã cõuersis. Postulatio est petitio glie celestis pro iam iustis. Gratiarũ actio est gratiarũ relatio generaliter pro omnibus. Vt̃ sis Tho. in. iiij. dist. xv. q. iiij. ij. q. lxxxiij. ar. vlt. quem sequitur Petrus de aliaco. Nycolaus de lyra: ⁊ alij plerique: distinguit dictas quatuor species scdm ea que requiruntur ad orationem: non seruat tñ ordinem quem apls posuit. Unde scdm eum ad orationẽ tria requiruntur.

Tria req̃sita ad orõnẽ scdm sctm̃ Thomam.

Quorũ primum est orans mente ascendat ad deũ quẽ orat: quod signatur noĩe orationis: accipiendo proprie nõ cõiter. Nam scdm Dam. Oratio est ascensus intellectus in deũ. Ascensus dico ad cogitandũ ⁊ memorandũ diuinas perfectiones: potentiã: sapientiã: bonitatẽ: ⁊ ceteras. Que etiam ideo verbis exprimũtur: vt per ea mens ad deum cognitiõe ⁊ amore eleuetur: vt cum ecclesia orat. Omnipotens ⁊ misericors deus ⁊c.

Pro. xxx.

¶ Scdo req̃ritur petitio: que significatur nomine postulationis: siue determinate aliquid proponatur: vt illd̃ Salo. Prouerb. xxx. Duo rogaui te ne deneges mihi anteq̃ moriar. Uanitatẽ ⁊ verba mendacij longe fac a me. Mendicitatem ⁊ diuitias ne dederis mihi: quod quidã proprie nolant postulationem. Siue indeterminate: vt cum quis generaliter petit exaudiri vel iuuari: vt in ps. xxx. Inclina ad me aurem tuam: accelera: vt eruas me. Et illud ps. lxix. Deus in adiutoriũ meũ intende dñe ad adiuuãdũ me festina. Et hãc nolauit supplicationẽ: siue solũ factũ narret: vt illud Joã. xi. Ecce quẽ amas infirmat: quod vocant insinuationẽ.

Ps. xxx.
Ps. lxix.
Joan. xi.
Daniel. ix.

¶ Tertio req̃ritur ratio ĩpetrãdi qđ petit ⁊ hoc vel ex parte dei qui petitur: vel ex parte eius qui petit. Ratio quidẽ impetrãdi ex parte dei: est dei scitas ⁊ perfectio: propter quã petimus exaudiri: scdm illud Daniel. ix. Propter temetipsum inclina deus me⁹ aurem tuã: ⁊ ad hoc pertinet obsecratio: que est per sacra cõtestatio: sicut cũ dicimus. Per crucẽ ⁊ passionem tuã: libera nos dñe. Sic petẽdi q̃ñ petit pro se amotionẽ culpe: ⁊ si ei⁹ petitio nõ est accepta rõne petẽtis: accepta tamẽ esse põt ratione mediatoris per quẽ fit adiuratio sicut si diceret petẽs. Obsecro te dñe per preciosã mortem tuam vel per dulcissimã matrẽ tuã. Acceptam enĩ illã orationẽ faceret intercessio matris vel inuocatã beneficiũ passionis. Sic ɔsueuit ecclesia in orationibus ad patrẽ factis concludere. Per dñm nrm̃ iesum xp̃m: vt supra frequẽter expositũ est. Sic ɔtestamur deũ per sctõs qui sibi placuerũt. Sic in letania. Per incarnationem tuam per natiuitatẽ tuã ⁊c. li. nos dñe. Ratio vero impetrãdi ex parte petẽtis est gratitudo: qr de acceptis bñficijs grãs agẽdo meremur priora nobis ɔseruari: augeri: ⁊ accipe potiora. Uias aũt ĩpetrãdi sibi claudit: qui de acceptis grãs non agit. Et vt dicit Glo. barmonis: he quatuor spẽs in officio misse inueniunt. Nam obsecratiões sunt que precedũt ɔsecrationẽ: in quib⁹ fit memoria xp̃i: doctrine eius: ⁊ sctõrũ: ⁊ sic quedã sacra commemorantur. Orationes vero sunt ea que in ɔsecratiõe dicuntur in qua mẽs nr̃a maxime debet eleuari in deũ. Postulatiões vero sunt: que in sequentib⁹ petitionibus sequũtur: qr eterna bona: ⁊ pax determinate ⁊ generalr̃ viuis ⁊ mortuis postulantur. Que vero post cõmunionẽ dicũtur: sunt gratiarũ actiones. Et hec quatuor cõiter in orationib⁹ ecclesie ac collectis simul inueniuntur: vt in illa oratione. Omnipotens sempiterne deus mestorũ cõsolatio: laborantiũ fortitudo: perueniãt ad te preces: de quacũque tribulatiõe clamãtium: vt omnes in necessitatibus suis tuã miam sibi gaudeãt affuisse. In qua primũ oĩpotẽs scz deus: ptinet ad orationem: mestorum ɔsolatio ⁊c. ad grãrũ actionẽ: quod sequitur: perueniãt ad te preces ⁊c. pertinet ad postulationẽ. Per xp̃m dñm nr̃m: pertinet ad obsecrationẽ. Et ita est videre pene de oĩbus.

¶ Ex his aũt patet: vt dicit dñs Petrus de aliaco: q̃ obsecrationes: orõnes: postulationes: gratiarũ actiões: nõ sunt partes subiectiue: hoc est species orationis: propter quod non oportet q̃ diffinitio orationis conueniat cuilibet harum partium. Sed sunt partes integrales ex quibus componitur oratio perfectissima. Consistit tamẽ oratio principaliter in ipsa postulatione siue petitione vnde bene definita est petitio: que ad deũ dirigitur: vel ad personas: aut personam ꝓpter xp̃m. Uel scdm Dam. est petitio decentiũ a deo mediate vel immediate. Sunt ⁊ alie diuisiones sanctorũ: ⁊ expositiones prefate diuisionis: quas late prosequitur Alexã. Sed que dicta sunt sufficit tetigisse.

Petrus de aliaco.

¶ M Nunc videndũ est de his que petenda sunt: ⁊ de hoc breuiter dicitur scdm beatum Aug. ad probã de orando deum. Que licet desiderare: hec licet ⁊ petere. Sed scdm Rich. breui distinctione absoluitur hec questio. Nam triplicia sũt que desiderari possunt. Quedam quibus nõ possumus male vti saltez formaliter: vt virtutes: grã ⁊ gloria: ⁊ talia determinate ⁊ simpliciter peti possunt in oratione. Sic enim legimus sctõs simplr̃ petijsse. Ostẽde nobis faciẽ tuã ⁊ salui erim⁹. Itẽ dirige me in semita mandatorũ tuorũ. Et hoc verũ est de grã gratũ faciẽte ⁊ glia: illis nemo male vti põt: nec formalr̃ nec obiectiue: qr repugnant omni malo vsui: scz petõ: sic ⁊ ceteras virtutes charitate formatas simpliciter petimus: quia ꝓpter charitatẽ formantez eas etiã nemo male eis vtit̃ obiectiue. Secus de moralibus tñ: id est grã nõ formatis: illis male vti possumus obiectiue: qr de eis q̃s põt extolli ⁊ supbire: sicut de virtutib⁹ naturalibus: ⁊ nõ sunt inter summa: sz inter mediocria bona numerãda. Quedã sunt bona q̃b⁹ possum⁹ ⁊ bene ⁊ male vti: vt bona naturalia: dona grẽ gratis date: ac bona tp̃alia: ⁊ illa non sunt determinate petẽda ⁊ p se. i. absolute: sed sub ɔditione: si de⁹ ꝓuidet illa ad salutẽ nostrã esse vtilia. Illa vero quibus bene vti nõ possumus ea acceptãdo: vt vindicta de inimicis: victoria in bellis iniustis: potẽtia paupes opprimẽdi: ⁊ silia: que sine petõ adesse nõ pñt: nullo mõ sunt petenda a deo in orõne vt hec nobis ɔcedant. De hoc latius in petitionib⁹ dñice orõnis tractãdũ erit: eo q̃ oĩa orãda seu petẽda in ip̃a cõtinent.

Augustin⁹

¶ O De q̃nto: scz cuius sit orare. Ad hoc rñdet btũs Tho. q. ꝑallegata ar. x. post Alex. q̃ q: orõ est act⁹ rõnis q̃ aliq̃s supiorẽ deꝑcat: sicut iperiũ est act⁹ supioris quo inferior ad aliq̃d ordinat. Illi ꝓprie competit orare: q̃ rõnẽ hz ⁊ supiorem. Unde pz q̃ omni rõnali creature vsum rõnis habenti: ⁊ solũ tali conuenit orare: q̃les sunt angeli ⁊ hoĩes. De ãgelis bonis manifestũ est. Unde Raphael. Dum orabas ⁊c. Ego obtuli orationes tuas dño. Tob. xij. Offerẽdo autẽ oratiões: ⁊ ip̃e orabat desiderãdo oratiões tobie a deo exaudiri. De malis Matthe. viij. Demones rogabat eũ dicẽtes. Si eijcis nos hinc mitte nos in porcos. De hoĩbus bonis prophetis ⁊ sanctis plena est vtriusque testamenti scriptura. de dãnatis Lu. xvj. Diues epulo orabat

Cui competit orare.

Tobie. xij.

Matt. viij.

pater abraã miserere mei: et mitte lazarũ ꝛc. Deo vero qui superiorem non habet hõ orãdo pstare cõuenit: et non orare. Neqz ex eo ꝙ vna persona est ab alia: et per hoc exaudire orantẽ ab ea hz a qua et essentiam. Non tamen propter hoc vna est superior alia: licet origine sit prior. Unde in symbolo athanasij. Tres persone coeterne sibi sunt et coequales: et nulli persone diuine conuenit orare: ꝙ vero christus patrem orasse legitur: non ſm diuinam naturam hoc egit. sed ſm humanaz pro nobis assumptã: ſm quam ait. Pater maior me est

Joan. xiiij.

Joan. xiiij. Brutis quia ratione carent: orare nõ conuenit. Et licet dicitur in ps. Qui dat iumẽtis escam ipsorum: et pullis coruorum inuocantibus eũ. Inuocare capitur ibi pro naturali desiderio: quo omnis creatura etiã non cognoscens appetit deo assimilari: vt dicit Phs. ij. de aia: qꝛ appetit esse et permanere: et ea quibus potest in esse cõseruari. Sic et omnia dicũtur deo obedire ꝓpter naturalẽ instinctũ: quo a deo mouent̃.

Alexan. de Ales.

¶ P Alexander de ales. q. xcj. par. iiij. latius prosequitur illam questionem de personis in diuinis: de beatis: de viatoribus: de damnatis. De primo dicit. Non potest esse oratio in diuinis: quia oratio de sua ratione repugnat idẽtitati substantie: repugnat etiam equalitati potentie: repugnat fontalis plenitudinis opulentie. Ergo quia in diuinis nulla est substantie diuersitas: ideo nec oratio quia nullus orat se. Nulla etiam potentie minoritas: igitur nec oratio: quia ois orans magis potentem orat: qui aliquid prestare potest quod ipse non potest. Quia etiam in bonis nulla egestas igitur non oratio. Omnis eñ orans orat pro aliquo supplendo: quo caret ipse vel alius ꝓ quo orat. quia ergo personarũ in diuinis est substãtie idẽtitas: potentie equalitas: et eadẽ fontalis plenitudinis opulentia: non potest ibi esse oratio. Christo autem ſm assumptã naturã optime conuenit orare tum propter meritũ: tum propter exemplum: tũ propter veritatis assumpte nature argumentũ: tum propter officiũ assumptum exequendum. Congruebat eñ ratione sui meriti: quia sua oratione merebat̃ nobis qui sumus min⁹ idonei ad susceptionem beneficiorũ dei. Ratione exempli: vt discipulos suos et ꝯsequenter nos ad orationis exercitiũ inuitaret: in cui⁹ exercitio maxime aduersarius superatur: propter qđ dñs dicit Mat. xxvj. Uigilate et orate vt non intretis in tẽtationẽ.

Mat. xxvj.

Ambro.

Unde Amb. super Beati imaculati. Pernoctabat in oratione dñs iesus: non indigens petitionis auxilio: sed statuẽs nobis imitationis exẽplum. Orare etiam conuenit christo in argumentum veritatis assumpte humanitatis: vt se ostenderet verũ hoiem: et vere a deo missuz. Hinc Joã. xj dicebat. Pater gratias ago tibi qm̃ audisti me Ego autẽ sciebã: qꝛ semꝑ me audis: sed propter populum istum qui circũstat dixi: vt credãt: qꝛ tu me misisti.

Joan. xj.

Ultimo congruebat christo orare ratione officij: qꝛ ipse sacerdotis et põtificis habebat dignitatem. Uñ sicut ad officium eius pertinebat sacrificiũ pro peccatis offerre: ita et pro peccatoribus exorare. Uñ ad Heb. v. Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus cõstituitur in his q̃ sunt ad deũ: vt offerat dona et sacrificia pro pctis. Et sequit̃. c. vij. Jesus eũ eo ꝙ maneat in eternum: sempiternũ habet sacerdotium: vnde et saluare in perpetuũ potest: accedẽs per semetipsum ad deũ: semper viuens ad interpellandũ pro nobis. Dixit: semper viuens ad interpellandum: quia nõ tantũ dũ in humanis vitam adhuc mortalẽ a gerer: sed et nunc: et vsqz ad

Ad Heb. v.

generale iudiciũ interpellat pro nobis ratiõe humane nature representatione sui ad patrem ea ꝑte qua homo est: ex qua parte mediator noster est: vt dicit glo. supra verbum allegatum: scilicet semper viuens ad interpellandum pro nobis. Glosa inter. representatiõe sui ex ea natura qua pontifex. i. humana: quam celis intulit: interpellat pro nobis. ¶ Q Hic ce obuiat predictis quod de spiritusancto Paul⁹ dicit ad Rom. viij. Quid oremus sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Ad Ro. viij

Nam ſm ꝙ exponit beatus Aug. de bono perseuerantie: intelligendum est causaliter. Postulat ꝓ nobis. i. nos postulare facit. Unde dicit Quid eñ est ꝙ ipse spiritussanctus interpellat: nisi interpellare facit gemitibus inenarrabilibus: sz veracibus. Tropo enim illo dicit quo dicimus: letũ diem: qui letos facit.

Augustin⁹.

Quod vero Damascenus lib. j. ca. x. loquens de spiritusancto: vocat euz interpellatorem paracletum: ita dicens. Deprecatorẽ et interpellatorem paracletum: et vniuersorum deprecationes suscipientem: per omnia similem patri et filio: intelligendum est per quandam appropriationem. Nam preces nostras per quandam appropriationem suscipit. Cum enim actus dei respectu creature: sit totius trinitatis: suscipere preces orantium attribuitur spiritusancto: sicut et ipsa bonitas ſm quam suscipiuntur preces humiles miserorum. Et per hunc tropum intelligẽde sunt plures autoritates: in quibus spũssctus dicitur aduocatus noster: et pro delinquentibus interuenire apud iusticiam patris: vt loquitur Grego. Quod et ipse exponit dicens. Aduocatus noster dicitur: quia pro errore delinquentium apud iusticiaz patris interuenit. Et sequitur. Qui etiã pro delinquentibus exorare perhibetur: quoniaz eos quos repleuerit: ad postulãdum inflammat: et orãtes facit.

Dama.

Grego.

¶ R De beatis angelis et sanctis consequenter prosequitur Alexan. ostendens ꝙ eis conuenit orare. Orant enim pro se et pro nobis. Pro se orant: non pro malis amouendis: qꝛ nullum est in eis malum: sz pro bonis tãtum adipiscendis. Orant enim pro bono habito: vt eo continuẽtur tam angeli q̃ anime beate. Unde Gre. reg. ij. mora. In ipso deo posite: ab ipso aliquid petere dicuntur. Nam quo mente ardentius inherẽt etiam de ipso accipiunt: vt ab ipso petant que eũ facere et velle nouerunt. De ipso ergo bibunt: et ab ipso sitiunt: et modo nobis incomprehensibili in hoc petendo esuriunt: prescinendo satiãtur. Discordarent ergo a voluntate cõditoris: si que eũ vident velle dare: non peterent: eiqz minus inhererent: si volentem dare pigriori pulsarent desiderio. Hic plane dicitur de petitione boni habiti: vt continuetur: quod notatur cum dixit. De ipso bibunt quod ab ipso sitiunt. Et quod dixit de animabus: similiter verum est de angelis. Anime autem beate etiam orant pro non habito: scilicet pro corpoꝝ suoꝝ reuniõe: a qua in parte depẽdet glorie ipsarum perfectio: vnde Bernar. in de diligendo deuz. Sine corporibus suis (inquit) nec valent nec volunt consummari. Et beatus Grego. scđo mora. exponens illud Apocalip. vj. Uidi subtus altare dei animas interfectorum propter verbum dei et cetera vbi dicit: ꝙ animas vindictam petere: est diem iudicij et resurrectionis corporum extinctorum desiderare. Magnus enim eorum clamor: est magnum eorum desideriũ: ac verba illa eorum sunt desideria. Pro nobis autẽ orant: et pro bonis adipiscendis et malis remouendis. De quo satis supra dictum recor esse lec. xx. et. xxi.

Angelis et sctis orare conuenit.

Grego.

Bernar.

Grego.

xx.⁊ xxi. ℭ S Qd vero oib⁹ viatoribꝰ bonis ⁊ malis conueniat orare: p3: q2 q̄diu hic viuit: vertibilis est viator ad bonū ⁊ ad malū. Nunq̄ p̄uat potētia satisfaciēdi ⁊ merēdi. Jdeo cōpetit ei oratio: q̄ virtutē h3 p̄seruādi et purgādi. Purgādi: q2 salutaris. P̄seruādi: q2 est virtualis. Hec enim duo p̄cipue orationi ascribunt. Nam de p̄mo dicit Hiero. sup Mat. c. vi. Oratione pestes sanātur mētis. Ecce purgatio cōtra incētiua vitiox. De secūdo Jsid. de sum. bo. ii. iij. c. vij. Frequens oratio vitiox impugnationē extinguit. Ecce preseruatio p̄tra oīa tētamēta. Nec obuiat q̄tū ad malos illud Eccl. xv. Nō est speciosa laus in ore pctōris. Nec illud Jo. ix. Scim⁹ q̄m pctōres de⁹ nō audit. Nec illud Chryso. sup Mat. Qui orat ⁊ peccat: nō orat: s3 deū deludit. Nec illō Aug. in quodā sermone. Qua frōte postulas qd̄ promisit deus: si nō facis qd̄ iussit de⁹. Prius audi monitionē: ⁊ sic exige p̄missiones. ℭ Nā quoad primum ⁊ cetera intelligi possunt autoritates ille de pctōre volente in pctō p̄manere: ⁊ ita obstinato. Tali in illo statu nō cōuenit orare: cū oranda ac petēda a deo nō affectet. Secus de pctōre nō obstinato: q̄ affectat ac p̄ponit pctā deserere: et statum iustitie induere. Talis em̄ q̄m h̄ūe effectū et hoc p̄positum h3 a deo: iam p̄ illo dono cōuenit sibi vox laudis ⁊ gratiax actio: q̄ est laus speciosa. Vel d̄r non est speciosa. i. deo grata et accepta laus in ore pctōris. Accepta inquā ad p̄miū eterne remunerationis. ℭ De scd̄o. Scim⁹ q2 deus pctōres nō audit: dicit beat⁹ Aug. q illud verbū nō fuit x̄pi: s3 ceci nōdū plene illuminati. Vel vt supra dictū est. Deus nō audit pctōres in pctis p̄manere volētes: neq3 in his q̄ male petunt. De talib⁹ etiā peccatoribꝰ loquunt Chryso. ⁊ Augu. in autoritatib⁹ allegatis. ℭ T De dānatis vero in malo obstinatis dicit: q nō ꝯuenit orare licet possint aliqua postulare. Cū em̄ ofo p̄prie accepta: vt. s. definita est: sit cōuersio ad deū per piū ⁊ humilē affectū: sitq3 petitio decentiū a deo: manifestū est eis dānati nec habeāt piū ⁊ humilē affectū in deū: nec decētia petāt ꝯquia obstinati in malo: ideo ofo p̄prie accepta dānatis nō conuenit. ℭ Qd etiā p3 ex eox p̄rauitate: ex ofonis dignitate: ⁊ ex dei bonitate. Cū em̄ cōtinue mouentur per ꝯtēptū in deū: nō pōt in eis esse humilis affect⁹: sine quo tn̄ nō pōt esse ofo quoad p̄mu3. Oratio etiā eleuat p̄priū subiectū sc3 mētem supra se in deū: sicut definit Augu. Oratio est pius mētis affect⁹ in deū direct⁹. Dānati x̄o penitus sunt a deo auersi ⁊ in malo depressi: ita vt eleuari supra se non possunt: q̄re eis ofonis dignitas nō cōuenit quoad scd̄m. Deus quoq3 summe bonus gr̄e sue munera nō valētib⁹ p̄ficere nō elargit. Ofo aūt inter diuine gr̄e munera numeraf: ideo eā dānatis: q̄ munerū gr̄e capaces nō sunt: nō largit. Verū l3 eis nō cōueniat orare proprie: possunt tn̄ petere aut postulare. Petunt em̄ sibi laxari man⁹ ad bonox vexationē. Sicut diabol⁹ petiit ptātē tētādi Job. Sic dicit glo. ii. Cor. xij. sup illud. Ter dn̄m rogaui. Exaudit diabol⁹ Job petēs tētādū: ⁊ nō exaudit ap̄ls petēs stimulum amouendū. Et beat⁹ Greg. ii. mora. Tribus modis loquit diabol⁹ ad deū. Vel cū vias suas insinuat: vel electox innocētiā criminib⁹ accusat: vel tentādā eādē innocētiā postulat. Et ita accipiēdo ofonem large: p̄ qualibet petitione facta ad deū f̄m definitionē Basil. etiā demonib⁹ conuenit orare. Sic v3 accepisse beatus Tho. cū dicit. Illi cōuenit oratio: qui rationē habet et superiorem: ⁊ ita large accipitur supra in respōsione ad dubiū: cū dicit: omni rationali creature vsum rationis habēti cōuenit orare. Si autem orare acciperet stricte: oporteret addere omni rationali creature vsu3 rōnis h̄nti: nō obstinate ⁊ dānate.

Margin notes: Hiero. — Jsidorus. — Eccle. xv. — Jo. ix. — Augu. — Damnatis non conuenit orare. — Augusti. — Grego. — Beatus Tho.

ℭ Lectio. lxij. A



Unc de certa q̄stione videndū: que fuit de ofonis q̄litate. Inuestigādum ergo est de ofonis q̄litate q̄tum ad expssionem vocis: loci cōgruētiā: morā tp̄is: gest⁹ ⁊ sitū corporis. Nā de qualitate p̄fectionis dicetur in q. viij. de ofonis efficacia. ℭ Circa primum. An ofo debeat vocaliter p̄fici. Premittit hic Alexā. par. iiij. q. ix. mē. ij. ar. vi. aliqua ofo est pure mentalis: aliqua pure vocalis: aliq̄ mixta ex vtraq3. ℭ Pure mētalis est: dum immotis labijs cor ad deū loquit. Quo modo orabat anna: de q̄. j. Regū. i. d̄r. Porro anna loquebat in corde suo: tantumq3 labia ei⁹ mouebant: ⁊ vox penit⁹ nō audiebat. Et glo. sup illud ps. Exaudisti dn̄e deprecationē meā dū clamarē ad te. Clamor fit ad deum nō voce: s3 corde: q2 multi silētes labijs clamauerunt: multi strepētes corde auerso nihil impetrare potuerūt. Clama ergo intus vbi de⁹ exaudit. ℭ Pure vocalis est: q̄n vocaliter loquēs nihil cogitat de his q̄ dicit nec in generali: nec in speciali: sed castra fabricat in hispania aut h̄mōi: hoc est inter versat mania ⁊ penitus impertinentia. Mixta est qua oiās mētaliter cogitat in gn̄e vel in specie q̄ vocib⁹ enūciat. ℭ Itē ofonu3 q̄dā est publica vel cōis: alia est p̄uata ⁊ singularis. Publica ac cōis est: q̄ per ministros ecclesie in p̄sona totius fidelis pp̄li deo offert. Hec nō solū exigit affectū interiorē: sed ⁊ effectū exteriorē: q2 illa est excitatiua oīm fideliū ad bonū: ⁊ fit p̄ omnibus fidelib⁹. Et licet sacerdos exequēs orationis officiū nō habeat q̄nq3 affectū: nō tn̄ est sine affectu interiore rōne affectus mēbrox q̄ sunt de ecclesia: q2 semp aliqui sunt in ecclesia qui habent mentis affectū in deū directū. Alia est oratio singularis ⁊ p̄uata q̄ offert a singulari p̄sona: siue pro se siue p̄ alio aut alijs orāte. Persona singularis d̄r: q̄ nō gerit ex officio personā ecclesie. ℭ B Tūc dicit ad dubium q oratio publica necessario est vocalis. Oportet em̄ q talis ofo innotescat populo p̄ quo offert: qd̄ fieri nō potest nisi sit vocalis. Debet nāq3 se populus in hac ministris ecclesie cōformare: ipsum deū f̄m modu3 sibi possibilē publice deprecando. Et ideo rationabiliter statuit ecclesia: vt ministri ecclesie huiusmodi orationes etiā alta voce pronūtient: vt ad notitiā omnium possint peruenire. Nec hoc tantū: sed etiā instituit: vt h̄e cū melodia cantus perficiant: vt patet ex cōi ecclesie ritu etiā in vetesta. obseruato. Nam cantus in laudē dei fact⁹ cū intellectu: ⁊ aduertētia eox que cantant: animos cantantiū exhilarat simul ⁊ audiētiū. Et fugat etiā acidiā: q̄ f3 Greg. est quedā tristitia cir-

Margin notes: Orationis sectio. — j. Reg. j. — Ps. — Altera partitio orationis. — Persona singularis que dicat. — Grego.

ea bona spiritualia et diuina: q̄ protūc imminēt
faciēda: vñ dr Jac. v. Tristatur aliquis vestrum:
oret equo aīo aut psallat: vbi glosa. Crebra psal-
modie dulcedine nocuā tristitiā depellat. Et p-
pheta in ps̄. Exultabūt la. mea cū can. tibi. i. ita
repleor interno gaudio cū cantauero tibi: q̄ in
labijs meis foris apparet abūdātia gaudij inte-
rioris. Cantus etiā ad dei laudē ordinatus oble-
ctat animū: et ad maiorē excitat deuotionē. De
quo beat⁹ Augu. dicit q̄ flebat vberrime in hym-
nis et canticis ecclesie suauiter cātātis: quodq̄
voces ille influebant in aures eius: et eliquaba-
tur veritas in corde. Et in lib. cōfes. Reminiscor
lachrymas meas quas fudi ad cant⁹ ecclesie tue
dñe in primordijs recuperate fidei mee: et nunc
ipse cōmoueor: nō cantu: sed rebus que cantan-
tur cū liquida voce et cōuenientissima modulatio-
ne. Proficit etiā cātus attētioni: dū animus diu-
tius moratur circa sententiā verborū que cātant.
Profundius quippe intelligere possunt ea: et ma-
sticare: q̄ si raptim ac celeri⁹ sine cantu pferant:
ppter qd̄ supra dicit Aug. q̄ voces influebāt in
aures: et veritas eliquabat in cor eius. ¶ Ex his
patet q̄ in ecclesia vtiliter et salubriter institutū
est publicas orationes cū cātu exerceri dū illud
agat deuote: honeste et ordinate: resecatis nimiū
curiosis: secularib⁹ et lasciuis: fractisq̄ modula-
tionibus: que magis animi distractionem: et va-
nā auditus delectationē operant: q̄ deuotionis
excitationē. Magisq̄ verborū laudis diuine in-
telligentiā tollunt: dū ppter nimiā artificiosam
vocū fractionē: nō verba: sed tm̄ cantantium so-
nus percipit. Qd̄ vtiq̄ reprehensione dignū nō
dubitat: vnde beatus Aug. in cōfes. ait. Cū mihi
accidit vt amplius me cantus: q̄ res que cantat
moueat: penaliter me peccare confiteor. Et tunc
mallem me nō audire cātantē. Et beatus Hier.
sup epistolā ad Ephe. v. cātantes et psallentes in
cordibus vestris dño: dicit. Audiant hec adole-
scentuli: audiant hi quib⁹ est in ecclesia psallen-
di officiū: deū nō voce solū: sed corde cantandū.
Nec in tragediarū modū guttur et fauces lenien-
de sunt medicamine: ne in eccl'ia theatrales mo-
Et exponit Alex. illud quod dr: fraternitatem ad vnigenitum: de fraternitate non naturali: sed ad optiua: vt valeat ad vnigenitū adoptiuum. Alio quin pater nō acciperetur essentialiter: sed perso naliter. ¶ iii Licet aūt in oratione dñica postu letur beneficium exhibendū a tota trinitate per nomen pater acceptū hic essentialiter: nihilomi nus ratione autoritatis patris: et mediationis ip sius filij: frequenter in orationibus specialiter fit mentio de patre et filio. De patre: vt a quo petit. De filio: vt per quē postulatur obtinere. Un ora tiones frequēter concluduntur. Per dñm nřm ie sum xpm. Et sic dicit Alber. in lib. de sacramētis. Attolle oculum ad patrē: qui p filium te redemit: et dic pr noster rc. ¶ Quod vero cū oratio hec di rigit ad totā trinitatē: non ponitur nomen essen tiale fm sermonis proprietatē: vt deus vel dñs: sed nomen pater: qđ fm proprietatem sue imposi tionis est personale: licet hic accipiatur essentia liter scil plures assignant rationes. Una vt p hoc celestis magister daret nobis fiduciā impetrādi petita: et per hoc ad frequenter orandū nos inui taret. In patre nanqz attendimus beniuolentiā et pietatē: ex qua sperare poterimus: ꝙ preces no stras non abijciat: sed magis ex paterno affectu ipsas aspiciat et gratiose admittat. Hinc Chryso. Deus patrem se magis ꝙ dñm dici voluit: vt no bis daret fiduciā ad petēdū et spem magnam ad impetrandū. Serui eñ nō semper impetrant qđ

Chrysosto.

petūt: qz plerūqz nō cōsiderāt quid ad honorem dñi: sed quid ad propriā pertineat vtilitatē. Econ uerso aūt faciūt veri et legitimi filij: et ob hoc im petrāt qđ impetrare ptēdūt. Ad idē facit qđ dicit

Augustin⁹.

Aug. Quedā datur inqt presumptio impetrandi que petituri sum⁹: cū prius que peteremus tam magnū donū accipimus vt sinamur: imo vt iu beamur deo dicere pater. Quid enim nō dabit fi

Bernard⁹

lijs petētibus quibus hoc ipm ante dedit vt filij eius essent? Et hc. Ber. Oratio que paterno dul cescit nole oim petitionū meaꝝ impetrandarum fiduciā mihi prestat. ¶ Scđa causa est: vt p hoc xps nos inuitaret ad exercitiū piaꝝ et virtuosarū operationū. Cogitare nanqz debemus ꝙ cū deum patrē nostrū dicimus: nos filios ei⁹ recognosci mus: et per hoc ipsū imitari studeamus. Uile eñ est et opprobriosū esse filiū viri excellētis in virtu te et ol probitatis honestate: et a morib⁹ eius scitis et virtutibus degenerare. Sic indignissimum est: vt homo deum qui omni bonitate excedit vniuer sam creaturā: patrē noiet et nihil suis vita et ope ribus ostēdat dignū tanto patre: quo scz deo ali qualr assimilari posset. Unde xps iudeis gloriā tibus se habere deū patrē in celis (cuius tamen

Joan.viij.

opa nō exercebant) exprobrabat dicēs. Uos ex patre diabolo estis. Et hoc dicit propter opera eorum contraria operibus dei. Et iterū ipsis di cētibus se esse filios Abrae: ait. Si abrae filij estis: opera abrae facite. Hinc btūs Cyprianus. Me

Cyprianus

minisse nos debemus et scire: ꝙ quando deū pa trem dicimus: vt et quasi filij dei operemur: vt sci licet simus pij et misericordes: sicut et pater noster qui in celis est. Et beatus August. Qui dicit deo

Augustin⁹.

pater: videat ne tāto patre sit indignus: p recessū scilicet a patre: per inobedientiam moresqz per uersos. Dicentes itaqz pater: paternam imagi nē vite nostre similitudine imitemur. ¶ iiii Pro

Triplex est assimilatio hoīs a deo

quo notādum ꝙ hominis ad deum triplex est as similatio. Una qua receditur a deo. Alia qua ac ceditur ad deum. Tertia qua sistitur in deo. Pri ma est multorum qui peruerse imitantur deū vo lentes deo esse similes: per magnitudinem poten tie: per singularitatem reuerentie: permittentes et appetentes sibi diuinos honores exhiberi: per

Esa.xiiij.

infinitatem opulētie et per similia. Tales sic imi tando non efficiūtur filij dei: nec deo accepti: sed hac imitatione recedunt a deo: efficiūturqz socij

Pria assimilatio.

luciferi qui dixit. In celum cōscendam sup astra dei exaltabo solium meū: sedebo in monte testa menti: in lateribus aquilonis ascendam sup alti tudinem nubiū: et similis ero altissimo. Scđa si

Scđa assimilatio siue similitudo.

militudo est bonorum viatoꝝ: et cōsistit in parti cipatione similiū virtutū virtutibus dei: que sūt iusticia / misericordia / liberalitas / veritas / chari tas: et cetere virtutes hmōi: que perfectissime in deo sunt: vt ipse deus sunt: et esse debent par ticipatiue in omni rationali creatura: de quo in telligitur illud Aug. viij. de tri. Non locoꝝ inter

Augu. viij. De trinitate.

uallis: sed similitudine acceditur ad deū. Et si dissi militudine opposita receditur a deo: et hac simili tudine volens nos accedere ad deū: dixit christ⁹. Estote misericordes sicut et pater vester miseri cors est. Luce. vi. Tertia similitudo est beatorum

Tertia similitudo.

de qua. i. Joan. iij. Scim⁹ ꝙ cū apparuerit: simi les ei erimus: scilicet in gloria eterne visionis et fruitionis: que est beatitudo perpetua: ad quam nūc aspiramus: ad eam aūt p secundā similitudi nem peruenimus: ad quam exhibendam cum di cimus pater: excitamur. ¶ Tertia causa cur ma

Malach.

gis voluit nos in oratione dicere pater: quā do minus est: vt hoc ostenderet ꝙ seruire sibi debe mus: non timore pene: sicut serui dominis suis ministrant: sed sicut boni filij optimo pri ex amo re et timore filiali. Debemus enim ad deum talē habere amoris affectum: ꝙ si verberet: si castiget si aduersi aliqd admittat: ab eo nō recedam⁹: si cut serui faciūt qui a dominis se castigantib⁹ fu giūt. ¶ Quarta causa: vt per hoc nos ad se hono randum prouocaret. Siquidem honor patri de bet. Mala. i. Si pr ego sum: vbi est honor meus? ¶ Quinta: vt a solo deo quod necessariū est po stuletur. Cū eñ ipse est pater ad eum pertinet cu

Sap. vi. iiij. Reg. i.

ra prouisionis. Sap. vi. Equaliter est illi cura de omnibus. Et. i. Pe. v. Omnē solicitudinē vestrā proijciētes in eum: quoniā ipsi cura est de vobis. Et. iiij. Reg. i. Nunquid nō est deus in israel vt eatis ad consulēdum beelzebub deum accaron. ¶ Sunt et alie cause supra tacte ad ostendendū differentiam filiorū legis gratie. Itē vt dum de fi liali adoptione cogitamus: ei tanꝙ patri filialē affectum rependamus. Item vt timeat orans of fensam patris: ne contingat audire graue illud opprobriū. Uidit dñs et ad iracundiam concita tus est: quia prouocauerunt eum filij sui et filie.

Deut. xxxii

¶ P Noster. Hic secundo captamus dei beni uolentiā per commendationem eius liberalita tis amplitudine

tis amplitudine: dicēdo noster: qd generalitatē: siue vniuersalitatē quādā importat. Magna ꝗp pe dei est dignatio: ꝙ nō solum se patrē cōstituit angelicaꝝ virtutū perspicuitate nature fulgētiū. Neqꝫ dūtaxat hominū excellētissimoꝝ: ꝛ in vera religiositate eminentiū: sed olm generaliter mortalium quos imaginis sue similitudine insigniuit. Oēs siqdē illos paterno de⁹ respicit affectu: vt nō sit hō viuēs in terra: q se abscōdat a calore eius. Respicit inquā dū ipsos etiā quos sua insigniuit imagine: per gratiā in filios ꝑ xp̄m in eo est adoptat. De quo apls. Accepistis spm̄ adoptionis filioꝝ dei in quo clamam⁹ abba pater: qui testimoniū reddit spiritui nostro: ꝙ sum⁹ filij dei. Per qd vult nos hereditatis sue esse participes. Unde sequit. Si filij ꝛ heredes: heredes qdē dei: coheredes aūt xp̄i. Nō em̄ vult de⁹ mortē peccatoris: vt qdā crudeles parētes: qui filios extermināt: ꝛ ab hereditate ꝓscribūt: sed magis vt cōuertant et viuāt: vt partē hereditatis: ꝛ regni sui cū ceteris valeāt possidere. Rursus paterne omnes respicit de⁹: dū ne hic in via deficiāt: panē ꝑstat salutiferū: oē delectamētū in se habentē: ꝛ omnē saporis suauitatē: quo nutriti ꝛ cōfortati: ambulare possint in fortitudine cibi illius vsqꝫ ad mōtem dei: altitudinē scꝫ beatifice visionis. Et ne ꝑ deuia in via moꝝ oberremus: deus piissimus pr̄ ꝑ spm̄ suū nos erudit ad id qd est vtile in recipiēdo sctificationē: vt dicit apls Heb. xij. Recte igitur oramus ad deū. Pr̄ nr̄. Noster inquā q nos generat: pascit: nutrit: corripit et instruit: et alia patris officia circa nos pie non desinit exercere.

Ro. viij.

Obiectio. ¶ Q Sed his obuiare videt. Nam xp̄s orando dixit. Pater mi si possibile est: trāseat a me calix iste. Ois aūt xp̄i actio nostra est instructio: vt dicit Greg. Igit videt ꝙ ꝛ nos orantes ad patrē sigillatim debeam⁹ dicere: pater me⁹: ꝛ non pater noster. Huic cōcordat scriptura: nā Mat. vj. dicit xp̄s. Ora patrē tuū in abscōdito: ꝛ pr̄ tu⁹ q videt in abscōdito: reddet tibi. Itē Hier. iij. Amodo voca me: pr̄ meus: dux ꝟginitatis mee es tu. Itē ꝑsumptionis esse videt dicere: pr̄ nr̄: cū pr̄ dicit paternitatē adoptionis: q nos in filios adoptat per gratiā. Nemo aūt scit an odio vel amore dignus sit. Ergo presumptio est dicere pr̄ nr̄: q se significat filiū seu esse in numero filioꝝ. Unde sufficeret dicere pr̄: ꝛ nō esset necessariū vt videt addere: neqꝫ nr̄: neqꝫ me⁹: sicut ꝛ Luc. xj. facit: di. Cum oratis dicite. Pr̄ sanctificet nomen tuum.

Mat. xxvj.
Grego.
Mat. vj.
Hier. iij.
Luce. xj.

Rn̄sio ad obiectionē ¶ Ad ista rn̄det Alex. de ales par. iiij. q. xxxvij. notando ꝙ nemo simpliciter dicere dꝫ pr̄ me⁹: nisi xp̄s filius dei: ne dictū simpliciter sonet in paternitatē nature: vn̄ gl. Mat. vj. Nemo dicat me⁹: qd soli xp̄o cōpetit: q est fili⁹ ꝑ naturā. Hmōi em̄ ꝓnomina solēt discretiue poni: ꝛ discretionē seu singularitatē importare: qd nulli cōuenit nisi q singulariter filius est. i. per naturā. Nihilomin⁹ scriptura insinuat sic posse dici: meus scꝫ pr̄: nō tamē simpliciter: sꝫ cū aliqua additione insinuāte hoc nō singulariter dici: vt etiā ptꝫ in hꝫ bis scripture allegatis. Naꝫ vbi dr̄: ora patrē tuū in abscōdito: addit: ꝛ pr̄ tuus qui videt in abscōdito: reddet tibi. Redditio soli creature cōuenit. Soli em̄ creature merces reddit: vn̄ glo. Reddet tibi mercedē fidei. Silr̄ cuꝫ dicat Hiere. iij. Uoca me pr̄ me⁹: addit: ꝛ dux virginitatis mee es tu: qꝛ ducatus soli creature cōuenit: deo em̄ nō conuenit duci: sed ducere insinuat: qd dictuꝫ est nō debere intelligi de filio simpliciter. i. filio naturali: ꝛ ita nec de patre eius naturali. In oꝛone vō dn̄ica addit. Qui es in celis: qd cōuenit pr̄i respectu filij naturalis: ideo si adderet meus: importaret ꝙ esset pr̄ simplr̄. i. naturalis orantis. ¶ R Esto etiā ꝙ ꝑ sequētes particulas. s. dimitte nobis debita nr̄a: cū ceteris satis innueret: patrē deū nō esse naturaliter patrē orātis: q petit sibi tāqꝫ deficiēti creature dimitti debita.

Cui reddat merces.
Hiere. iij.

Quare dicat in oratione dominica noster ꝛ nō meus. Sunt tn̄ ꝛ alie notabiles cause ꝛ rōnes cur dr̄ nr̄ ꝛ nō meus. Quarum vna est pacis cōseruatio ꝛ cōcordie. Appropriatio em̄ ꝛ singularitas persepe cause sunt litis ꝛ dissidij. Un̄ quidā gloriātes de suis magistris ꝛ doctorib⁹ ꝑ appropriationē: cōtētionē inuicē cōcitarūt: dicente vno ego qdē sum pauli: ꝛ altero: ego sum apollo: et alio: ego vero cephe: alio: ego aūt xp̄i: vt refert apls. j. Cor. j. ꝛ. iij. Ut ergo lis et discordia in oꝛone tolleret: et nemo sibi filiationem vsurparet singulariter: xp̄s voluit orātes dicere pr̄ nr̄. De quo bea. Amb. tractans verbū de quo sermo. Attolle inqt oculos ad patrē qui te ꝑ lauacrū genuit: q te per filiū redemit: ꝛ dic pr̄ nr̄. Bona ꝑsumptio: sꝫ moderata. Patrē dicis quasi fili⁹: sꝫ noli tibi aliqd specialiter vēdicare. Solius xp̄i est pr̄ specialis: nobis olb⁹ in cōi est pr̄: qꝛ illū soluꝫ genuit: sꝫ nos simul creauit. Illi⁹ em̄ pr̄ ꝑ naturā: sꝫ nr̄ est pr̄ per gratiā.

Ambro.

¶ Secūda cā est: vt ad charitatē ꝓximi accēderemur. Naꝫ sicut per verbū pr̄: ad summi patris amorē excitamur: ita cū dicim⁹ nr̄: ad fraternā dilectionē inflāmamur. Cū em̄ orando nos vnū patrē in celo habere recognoscim⁹: dicētes pater noster: ꝑ cōsequens nos in terris esse fratres ꝓfitemur: ac ꝑ hoc inuicē nobis impēdere fraternū amorē ac fidelitatē: admonemur. Nā ad hoc natura inclinat: ꝛ rō dictat: vt filij vni⁹ patris tenacius se diligāt: efficacius se iuuēt: ꝛ sibi mutuo viscerosius cōpatiant: propter illud cōe qd participāt a suo pr̄e. Sicqꝫ sibi obsequant. i. mutuo se honorent. ad Ro. xij. Honore inuicē preuenientes: vbi glo. Aliter nō esset fraternus amor: nisi mutuo se preueniāt obsequijs.

Ad ro. xij.

¶ S Tertia causa est: vt ꝑ hoc xp̄s nos inuitaret ad humilitatē: ꝛ a nobis tolleret oēm suꝑbie occasionē: ne scꝫ diues super pauperē se extollat: nobilis suꝑ ignobilē: superior super inferiorē: potēs suꝑ debilē: clericus suꝑ secularē: sed oēs se fratres cognoscerēt: ꝛ vni⁹ patris filios: ꝺm illud Malac. ij. Nunqd non pr̄ vn⁹ est olm nostrū? Quare ergo despicit vnusquisqꝫ vestrū fratrē suū? Et bea. Aug. in de sermone dn̄i in mōte. Admonent inqt: ꝑ oꝛonē dn̄icā diuites et genere potētes seu nobiles ꝺm seculū: nō superbire aduersus pauperes ꝛ ignobiles: qm̄ omnes simul dicūt deo pater noster: immo potius: qꝛ dicūt oēs pater noster: sibi mutuo tāqꝫ fratres debēt subuenire. Diues pauperi: sanus egrotanti: sapiēs ignorāti: potēs impotēti: aliter infructuose clamant pater noster. Si patris iussa non impleāt: si obediētiā filialē trāscēdant: ꝛ fraternum amorē in se inuicē nō exerceāt. Sꝫ ꝓh pudor nūc inter christianos suꝑior opprimit inferiorē: fortior debiliorē: diues inopē: miles ciuem: ciues sacerdotē.

Malac. ij.
Augusti.

Efficax sane remediū cōtra suꝑbiā animiqꝫ tumorem: affectuose reuoluere nos esse fratres: vnū habere patrē deū: qui non est acceptor personaꝝ. Hoc remedio vtit Boe. iij. de conso. me. vj. cōtra arrogātes ex generis nobilitate dicēs. Quid genus ꝛ proauos strepitis? Mortales igitur cūctos. Edidit nobile germē: nā omne hominū gen⁹ in terris. Simili surgit ab ortu. Un⁹ enim rerum pater est. Un⁹ q cūcta ministrat. Si primordia vestra. Autoremqꝫ deū spectes. Nullus degener extat. Ni vitijs peiora fouens. Proprīū deserat ortum. ¶ Quarta causa: vt inuicem

Remediuꝫ efficax contra animi tumorem.
Boetius.

nobis impedamus orationū suffragia. Quia eñ orās ad deū ⁊ dicēs: pater noster: nō se tantū: sed et alios dei filios pronūtiat: in hoc ⁊ ꝓ aliis non pro se tantū orat: implēs in hoc qđ scribitur Eccle. xvij. Unicuiq; mādauit deus de ꝓximo suo.

Eccle. xvij.

Cypria.

vnde Cypria. in li. de oratione dñica. Ideo nō dicimus pater me⁹ sed noster: nec da mihi: sed nobis: q̄r vnitatis magister noluit priuatim preces fieri: vt scilicet tantū quis pro se precet. Unū autem pro omnib⁹ orare voluit: q̄r in vno oēs ipse portauit.

Chryso.

Et Chry. super Mat. dulcior est oratio ante deū: quā nō necessitas trāsmittit: qua quis pro se orare cogitur: sed quā charitas fraternitatis cōmēdat. Precatur igit frater pro fratre dicēdo. Pater noster: dimitte nob̄ debita nostra ⁊c. Hanc etiā cū pluribus aliis causis tangit idem Chry. dicēs. Erudit autē cōmunē pro fratribus facere orationē. Non enim dicit: pater me⁹: qui in celis es: sed pater noster: pro corpore cōmuni deprecationes referēs: ⁊ nusquā intendēs quod est suipsius: sed vbiq; qđ est proximi. Adhuc autem ⁊ inimicitiā destruit: ⁊ elationē comprimit: ⁊ emulationē expellit: ⁊ matrem bonoꝝ vniuersoꝝ amore inducit: ⁊ inequalitatē humanaꝝ causaꝝ exterminat: ⁊ multa mōstrat regi ad pauperē honoris equalitatē. Hec ille. ¶ T Per hec soluuntur rationes inducte. Ad primā de christo orante. Pater mi: dicitur ꝙ christus in illa sua oratione nobis orādi modū ⁊ formā nō prefixit: s; quia ipse filius erat patris per naturā: qđ nulli creature cōpetit: idcirco ibi vt persona singularis ⁊ naturalis fili⁹ dei patris dixit pr̄ mi. Uel aliter ſm Alexan. đr: ꝙ oīs actio xp̄i nostra fuit instructio: quantū ad substātiā actus: nō quātū ad modū. Sicut ⁊ ieiunium dñi instructio nostra fuit ad ieiunandū: non tñ eo mō quo dñs ieiunauit oīno abstinendo a cibo. Sic oratio xp̄i nostra fuit instructio: qua instruimur ꝙ in nostris necessitatibus oratione recurrere debemus ad deū patrē. Modū vo orādi nō dedit in suis orationib⁹: sed in ea forma quā nobis prestitit cū nos docendo dixit: sic orabitis. Pater noster. ¶ Ad autoritatē Mat. vi. ⁊ Hiere. iij. dicendū est: vt. d. in principio huius respōsionis: ꝙ vtrūq; dici pōt: pater meus: ⁊ pater noster: sed differēter: vt ibi dictum est.

Triplex est oratio.

¶ Uel đr ſm Alexā. ꝙ triplex est oratio ſm diuersos status orantium. Petens eñ aut petit vt mēbrū: aut vt cōmēbrū: aut vt preeminens membrū. Primo mō petit aliq̄d vt singulari persone ſm ꝙ petebat dauid. Miserere mei deus. ⁊ Lu. xviij. Deus ꝓpitius esto mihi pctōri. Scđo petit aliq̄d vt cōiūctis vinculo ꝓfessionis fidei: ſm ꝙ đr Eccli. xvij. Unicuiq; mādauit deus de ꝓximo suo. Tertio petit aliq̄d ex officio quo q̄s ad orandū ꝓ cōmissis astringit. His duob⁹ modis vltimis petentib⁹ cōuenit dicere pater noster. Orāti secūdo mō tā ꝓfesso christiane religionis: qua mēbrū est mystici corporis xp̄i: oranti tertio mō similiter cōuenit dicere pr̄ noster: q̄r illoꝝ subditoꝝ seu cōmissoꝝ vnus est pater: vnde cōtra presumptionē phariseoꝝ dixit dñs discipulis. Un⁹ est pater vester qui in celis est: vester scʒ prelatorum ⁊ subditoꝝ. Nunc ergo Mat. cū dixit. Ora patrē tuū in abscondito: loquit tāq; ad mēbrū et singularē personā pro se orantē. Silr ⁊ in Hiere. Cū autē docuit nos orare: docuit nos vt cōmembra ecclesie: ⁊ tāq; eos q̄ ex officio erant prelaturi: quales fuerūt apl̄i quib⁹ specialiter in monte loquebat. ¶ Ad aliud de presumptione đr: ꝙ l; hō meritis suis exigentib⁹: nō sit filius adoptionis: nihilominus ꝗtū est ex diuina bonitate: omnibus se exhiberet patrē: oībus scʒ offerēdo gratiā adoptionis. vñ. i. ad Tim. ij. Uult oēs hoīes saluos fieri. ⁊ Jo. i. Illuminat omnē hominē venientem in hūc mundū. Uñ l; nesciat q̄s an odio vel amore dignus sit: nihilominus cōfitēdo deū esse patrē suū nō presumit: illi attribuēdo beneficiū adoptionis: nō sibi ascribendo meritū beneficij electionis.

Lu. xviij.

Eccle. xvij.

Mat. xxiij.

Joan. i.

Eccle. ix.

Et cū đr: sufficeret dicere pater: ⁊ non addēdo neq; meus neq; noster. Dicēdū ꝙ quia deus est pater oīm creatione: hoīs adoptione: filij naturali generatione. Ut distinguat paternitas ſm gratiā adoptionis: ab illa q̄ est creationis et nature: đr noster. Per noster eñ insinuat quedam cōicatio: qua se deus dat nobis: et nos sibi adoptat gratiā infundēdo. Uñ nō sufficiēter expressa esset paternitas dei respectu hoīs: ꝑ hoc qđ dicit pater: sicut cū dicit: pater noster. Quod vero Lucas nō addit noster sicut Mattheus: rationē assignat Alexā. q̄r in Mattheo insinuatur modus orandi cōueniēs mēbris ⁊ excellentibus mēbris. Loquit eñ apl̄is cū dño in montē ascendentib⁹ tāq; ꝑfectis. Lucas loquit ad discipulū quasi locū tenentē infirmoꝝ: q̄ nō audent dicere noster: sicut Luce. xv. filius ꝓdigus dixit. Pater peccaui in celū ⁊ corā te. Licet posset dici ꝙ Lucas qui posterius scripsit: quod Mattheus plenius et sufficienter disseruit: abbreuiauit.

Obiectiuncula.

Responsio ad obiectionem.

¶ Lectio. lxv.



Tres. ¶ Hic tertio captatur beniuolētia ex cōmendatione a subsistentia immutabili et perpetuitate: dicendo. Qui es. hoc enim cōplexum qui es: proprie acceptū soli deo est propriū: significans ipsius immutabilē subsistentiam: que tempore non mensuratur: sed omne tempus transgreditur. Non aūt in deo preteritio aut futuritio est: sed nūc eternitatis semper stans: sine fluxu in preteritum: ⁊ sine transitu in futurum. Hanc immutabilitatem subsistētie volens de se tanq; de deo ostēdere christus: iudeis dicentibus. Quinquaginta annos nondum habēs ⁊ abraam vidisti: dixit. Amen amen dico vobis: antequā Abraam fieret ego sum: scilicet ſm diuinitatem: que tempori non subiacet: nec tempore mēsuratur. Unde nō dixit anteq; fieret ego fui: sed anteq; fieret ego sum: ꝗuis eñ tēpus fluxit: diuinitas tamen semper immutabiliter subsistit: nō in tempore vt in mēsura: sed in nunc eternitatis. Et propter hanc immutabilitatē essendi diuinitatis: qua cū a tpe nō incipit: cū tpe nō desinit: in tpe nō labitur: nulli temporali mutationi subijcit: qui es: siue esse proprie acceptū: soli deo attribuit: vñ beat⁹ Aug. sup Jo. tractās illđ. Ni si credideritis q̄r ego sum: moriemini in pctīs vestris. Joā. viij. Res inquit: quelibet qualicunq; excellētia fulgēs: si mutabilis est: vere nō est. Nō est eñ verum esse: vbi est et nō esse. s. possibiliter. Quicq̄d eñ mutari pōt: mutatū nō est qđ erat: si nō est qđ erat: mors q̄dā ibi facta est: q̄r peremptū est ibi aliquid qđ erat ⁊ nō est. Et exēplificat.

Jo. viij.

Augu.

Joan. viij.

Nigredo

Nigredo mortua est in capite albescentis senis. Pulchritudo mortua est in corpe fessi ⁊ curui senis. Mortue sunt vires in corpe languētis. Mortua est statio in corpe ambulātis. Et post pauca. Deniqz de mortuo cū dicitur: vbi est ille hō? Rñdet: fuit. Itaqz in oībus actib⁹ ⁊ motibus nr̄is et in vniuersa prorsus agitatione creature: duo tēpora inuenio: pteritum ⁊ futurū. In veritate aūt q̄ manet ⁊ pteritū ⁊ futurū nō inuenio: sed solū pn̄s: ⁊ hoc icorruptibiliter: qđ in creatura nō est. Ex quib⁹ verbis pz creaturas quaslibet esse mutabiles: ⁊ p pn̄s nō vere esse: ⁊ solā veritatē: q̄ de⁹ est: imutabiliter esse: ⁊ ex hoc est esse sibi ppriuz. Et per hoc soluit. q. quā pmisit querens ⁊ dicēs. O dn̄e de⁹ noster: qđ est qđ aisti: nisi credideritis qr ego sum. Quid eīn nō est eoꝝ q̄ fecisti? nūquid nō est celū? Nūquid terra nō est? Nūquid ea nō sunt que sunt in celo: ⁊ que in terra sunt? Nūqđ homo ipse cui loqueris nō est? Si oīa sunt hec q̄ per te facta sunt: quid est q̄ tibi quoddā propriū cenuisti ipm esse: qđ alya non dedisti: vt tu solus esses? Nā q̄uo audio. Ego sum qui suz: quasi alia nō sint? Qui hanc inquā q. soluit per ea q̄ premissa sunt: qr vere esse est semp ⁊ immutabiliter esse: qđ soli deo cōuenit: hinc ⁊ moysi a deo ad liberādum pplm israel misso ac querenti. Si dixerit mihi ppls qđ est nomē eius q̄ misit te: qđ dicā eis? Dixit dn̄s illi. Ego sum qui sum. Et addidit. Sic dices filys israel. qui est misit me. Ecce nullū aliđ predicatum adiecit deus de se dicendum: q̄ esse. Esse ergo de se dicere iussit: qđ soli deo vere ⁊ proprie cōuenit: vnde Damas. Primū ⁊ pncipali⁹ omniumque de deo dicunt nominib⁹: est qui est: sicut ⁊ ipse loquens in oraculo moysi ait. Totū in seipso cōprehendēs velut quoddā pelagus sube infinitū ⁊ indeterminatū. Nā ratiōe (qui) qđ est nomē Infinitū: significat substātie infinitatē. Ratione (est) qđ significat vt actu presens in nunc immutabilitatis: significat essentiā vt actualitatem semper presentē: ⁊ ita vt eternā ⁊ immutabilē. Sic ergo qđ est ppriissime acceptū: significat substātiā infinitā eternā ⁊ immutabilē. Talis autē est solus deus. Uerū ergo per cōplexū qui es: cōmendamus deum patrem nostrū ex incōmutabili subsistentia actuali ⁊ eterna: qđ nulli creature: sed soli deo cōuenit. Eoipso eīn q̄ creature dependēt ab alio: scz creatore: ab eis realiter ⁊ essentialiter distincto in esse: pduci ⁊ cōseruari: mutabiles sunt in esse ⁊ nō eterne. Ad eū igitur qui immutabilis semp perseuerat: ꝯfidēter oratiōe accedimus: quā ipse docuit: certi de exauditiōe: quia immutabilis es: qui se orare docuit et mandauit ⁊ hoc in complexo qui es: inquantū deo propriū est intelligimus: ⁊ intelligendo ad fiduciam sine qua oratio non impetrat excitamur. Sequitur.

Exod. iij.

Damasce.

¶ B In celis. Hic quarto captatur beniuolentia dei ab excessiue mansionis sublimitate: qua potentiam ⁊ maiestatem eius qua dare pōt: protestamur: cū dicimus in celis. Sunt autē celi corporales: sunt ⁊ spirituales: ⁊ de vtrisqz exponitur clausula: in celis. Primo modo in celis. i. in illis corporibus celestib⁹ que supra nos sunt: ⁊ supra elementarē regionē. In celis inferioribus mobilibus: ⁊ l superiori empyreo immobili. In illis mouendo eos per se ⁊ virtutes angelicas: ad nostrā ⁊ totius vniuersitatis viuentium ⁊ corporalium salutem. In istis presentando electorū aspectib⁹ faciem sue maiestatis. Ubi ⁊ illud māsio dei sunt sedes ⁊ habitaculum. Sicut scriptum est. Qui habitas in celis miserere nobis. Et iterū. Celum mihi sedes est: ⁊ terra scabellum pedum meorū.

Celi corporales ⁊ celi spirituales.

Item in domo patris mei mansiōes multe sunt. Hos celos stephanus vidit apertos: ⁊ iesum stātem ad dexteram dei patris. ¶ Est tamen aduertendum qđ deus non dr̄ esse in celo sicut in loco quo circūscribitur sicut corp⁹: vel quo definitur sicut angel⁹. Tales enim locabilitatis modi deo nō conueniunt: sed dūtaxat creature ratione corporeitatis ⁊ finitatis essentie. Corpus quidez qđ habet partes extra seinuicem ⁊ situaliter distantes loco circūscribit: ⁊ ipsi loco cōmensurat: vt totum sit in toto loco equali: ⁊ pars in parte sibi cōmēsurabili. Angelus vero qui spiritus est nō corporeus: qr tamē finite est essentie ac terminate: a loco definitur: cui ita presens est: vt non sit extra illū. Deus aūt qr substātia est incorporea: simplicissima / impartibilis / imensa / ⁊ infinita / nullo loco concludi potest: circūscribi aut definiri: sed illimitatissime omnē locū: ⁊ creaturā omnē respicit. vn̄ Hiere. xxiij. Celum ⁊ terrā ego impleo. Qđ ⁊ propheta regius aduertens ait in ps. Quo ibo a spū tuo: ⁊ quo a facie ⁊c. Si ascē. i ce. tu illic es: si descēde ad infer. ades. Et Job. xi. Excelsior est celo: profundior inferno: longior terra mēsura ei⁹ ⁊ latior mari. Qđ dictū qr sonat quasi deus corporeis liniamētis extendat. ¶ C Ideo btūs Grego. lib. x. mora. §. x. exponēs ait. Quod deus celo excelsior: inferno profundior: terra longior: mari latior esse describitur: tanto spūaliter debet intelligi: quāto de eo nefas est iuxta corporea liniamēta sentire. Sed celo est excelsior: quia in circūscriptione sui spūs cuncta transcendit. Inferno profundior: qr transcendēdo oīa subuehit. Terra lōgior: qr creature modū perennitate sue eternitatis excedit. Mari latior: qr rerū tēpaliū fluctus sic regens possidet: vt hos sub oīmoda potētie sue presentia coangustādo circūdet. Idē sup Ezec. xvij. Deus manet inter oīa: ipse est extra oīa: ipse sup omnia. Superior est per potentiā: inferior per sustentationem: exterior per magnitudinem: interior per subtilitatem. Sursum regens: deorsum continens: externus circundans: intus penetrās. Et venerabilis Hugo lib. de sacra. parte. i. c. vii. Deus sic vbiqz per cuncta diffusus est: vt non sit qualitas mūdi: sed substātia creatrix mūdi: sine labore regens: sine onere continēs mundū: nō th̄ per spacia locorū quasi moles diffusa: ita vt in dimidio corpore mundi sit dimidius: ⁊ in alio dimidio dimidius: atqz ita per totum totus: ⁊ in celo solo totus: et in sola terra totus: ⁊ in celo ⁊ in terra totus: ⁊ nullo contentus loco: sed i seipso vbiqz totus. Et infra declarans quod dixit. Ideo inquit vbiqz esse dicitur: qr nulli parti rerū absens est. Ideo totus: quia nō parti rerū partē suā presentem prebet: ⁊ alteri parti alterā partem: equales equalibus: minori minorem: maioriqz maiorem. Sed non solū vniuersitati creature: verum etiam cuilibet parti eius totus pariter adest. Qđ etiam dixit totum esse in seipso exponit dicens. Quomodo eīn vbiqz in seipso? Ubiqz scz: qr nūsq̄ est absens. In seipso aūt: qr non cōtinetur ab eis quib⁹ presens est: quasi sine ipsis esse nō posset. Hec Hugo. Hec sic esse credim⁹: sed quomodo sic est nō intelligimus. vnde Chrysosto. sup epl̄a ad Heb. ⁊ allegat magister dist. xvij. primi. Sicut multa de deo intelligimus: q̄ penitus loqui non valemus: ita multa loquimur: que intelligere nō sumus idonei. Uerbi gratia: qđ vbiqz de⁹ est scimus ⁊ dicimus: q̄uo vbiqz est: intellectu nō capimus. ¶ D Quāuis autem sic deus sit vbiqz: ⁊ in omnibus creaturis generalr̄ per essentiā: potētiā ⁊ presentiam: vt dicit magister dist. xxxvij. Primi

Esa. lxvi

Joan. xiiij.

Act. vij.

Hiere. xxiij.

Job. xi.

Gregorius

Hugo.

Deus q̄uo sit vbiqz.

Deus q̄uo dicat esse vbiqz.

Chrysosto.

Per potentiā quidē: q: oīa sue potētie sunt subiecta. Per p̄ntiā ꝫ tā cognitiōis q̄ indistātie localis. Per essentiā intime penetratiōis: qua oībus rerū interioribus immediatus est. Tñ scriptura frequēter hunc cōmemorat esse in celis: propter maiora: mirabiliora: ꝛ sublimiora dei opa in celorū pulchritudine: armonia: ordine: ac operatiōe relucentia. Sunt eñ celi corpa magne altitudinis: mire latitudinis: ingētis luminositatis: motu regularia: syderibus ornata: corpore simplicia virtute stabilia: tpe incorruptibilia: vitali influxu mirabiliter efficacia: ad inferioris mūdi regimen cōcorditer ordinata. Propter q̄ in eis diuina potentia / sapiētia bonitas ꝛ clemētia magis: q̄ in alijs mundi corporibus declaratur. Manifestatur nāqꝫ dei potētia: in celoꝝ magnitudine ꝛ stabilitate Dei sapiētia in ipsorū pulchritudine: ordine ꝛ speciositate. Dei bonitas ꝛ clemētia in ipsorū situ ꝛ causalitate. De coꝝ soliditate dr̄ Job. xxxvij. Celi solidissimi quasi ere fusi sūt. De coꝝ speciositate. Eccli. xliij. Spēs celi glīa stellarū. Et Job. xxvi. Spiritus eius ornauit celos. De ipsoꝝ causalitate: Phs. j. metheo. Mūdus iste inferior contiguus est lationibus superioribus: vt oīs eorū virt⁹ inde gubernet. Adhuc aūt dei gloria maxime relucet in celo empyreo: qui locus est sanctoꝝ: in quo se clare facie ad facie cōtemplandum actu beatifico prebet. In quo summo dono se cōicat rationali creature: qđ excellit longe oīa alia sua opera. Nam ꝛ pp̄ter hoc oēs creaturas produxit: ꝛ cetera bonitatis sue munera impendit. His ergo de causis summam dei maiestatē frequentius in celis illis corporalibus esse scriptura predicat. ❡ E Quod vero xp̄s in sua oratiōe nos potius dicere voluit: pr̄ noster qui es in celis: q̄ qui es vbiqꝫ: doctores sancti aliquas rationes assignāt. Quaꝝ vna est: vt per hoc nos doceret petere bona celestia permansura: ꝛ nō caduca: ac terrena: nisi quatenus ad celestia ordinantur. Bonus eñ filius pro paterna hereditate dꝫ laborare. vnde Chryſ. Christus docuit nos orare ad patrē qui in celis est: vt sciāt boīes se habere patrē celestem: ꝛ ex hoc erubescant terreno patri se substernere: hi scꝫ qui patrem habent in celis. ❡ Scđa vt doceret desiderio eleuari per spem firmam ad celestia: vbi patrē nostrū deū dicim⁹ residere. de hoc Abbas ysaac in collatione patruꝫ ait. Dicētes pater noster: qua vniuersitatis deū ac dñm patrē nostrū esse voce ppria confitētes: de conditiōe serui in adoptionē filioꝝ nos p̄fitemur ascitos. Adycientes. Deinde q̄ es in celis vt cōmemorationē vite presentis qua in hac degimus terra: velut peregrinā ꝛ a nostro patre longissime separatē toto horrore vitātes: ad illā potius regionē: in qua patrē nostrū cōmorari fatemur summo desiderio pperem⁹: nihilqꝫ admittamus eiusmodi qđ indignos nos hac nr̄a p̄fessiōe ꝛ nobilitate tāte adoptiōis efficiēs: ꝛ hereditate paterna velut degeneres priuet: ꝛ iram nos faciat iustitie ei⁹ ac seueritatis icurrere. ❡ Tertia rō: vt ostēdat immēsitas diuine potentie: quꝫ existens in celis generat nos filios per adoptionē in terris. Cui⁹ cōtrariū mali senserunt: ſm qđ Job. xxij. legit. Quid eñ nouit deus? Quasi p caliginē iudicat. Nubes latibulū ei⁹: nec nr̄a cōsiderat: ꝛ circa cardines celi perambulat. ❡ Quarta rō est insinuatio petēdorū: p hoc eñ insinuat qđ celestia simplr̄ petēda sunt: vñ Hugo. Si dixisset q̄ vbiqꝫ es: vel dixisset: sꝫ ne lepra ꝛ inania q̄ritādo mēte vagemur: dicit q̄ es in celis: vt mēte radicata q̄ sunt vtilia queramus. ❡ Quinta ratio: vt insinuaret distātia iustoꝝ a petōrib⁹. In iustis eñ sicut in celis habitare dr̄: vt infra dicet: vnde Aug. Accōmodatissima silitudo est vt spūaliter tm̄ interesse videat inter iustos ꝛ petōres: quātū inter celū ꝛ terrā. ❡ Sexta rō est: vt ostēdat quasi per silēc iustos multiplex beneficiū assequi a domino. Sicut eñ a celis multiplex beneficiū affertur corporalibus creaturis: scꝫ lucis / caloris: humoris ac saluatiue ꝛ fecūdantis influentie multiplicis. Sic ab ipso quē in celis existentē inuocamus: multiplex accipimus beneficiū. Omne datū optimū ꝛ oē donū perfectū desursum est descēdens a patre luminū. ꝛ. j. Coꝝ. xij. Alij per spm̄ datur sermo sapientie: alij sermo sciētie ꝛc. ❡ F Secundo modo exponitur hec particula ī celis moraliter: vt per celos nō intelligant corpora sphaerarū celestiū: sed anime sancte: iuste ꝛ virtuose: et angeli scti: vnde Hugo vbi. s. In celo maxime habitare dr̄: q̄uis sit vbiqꝫ: q: per celos intelligunt angeli ꝛ homines iusti: in q̄bus maxime deus habitat: sicut scriptū est. Aīa iusti sedes est sapiētie. Sap. ix. ſm aliā translationē. Et Augu. exponit. Pater noster qui es in celis. i. in sctis ꝛ iustis: nō enim spacio locorū cōtinetur deus: quēadmodū eñ terra appellatus est petōr: cū dictū est. Terra es ꝛ in terrā reuerteris. Sic iustus celū ecōtrario dici potest. In iustis nāqꝫ speciali modo habitat deus: quo nō habitat in ceteris peccatoribus et irrationabilibus creaturis. Castas siquidem mētes per gratiam inhabitat: quibus illabit ꝛ vnit illapsu sctificatiuo: pp̄ter qđ apl̄s ait. j. Coꝝ. iij. Nescitis q: templū dei estis: ꝛ spūs dei habitat ī vobis. Et seqtur. Tēplū eñ dei sanctū est qđ estis vos. Et. ij. Coꝝ. vj. lquit. Uos estis tēplū dei viui sicut dicit deus: qm̄ habitabo in illis. Et eadem epl̄a. c. xiij. An non cognoscitis vosmetipsos: q: xp̄s iesus in vobis est: nisi reprobi sitis. Tota eñ dignātissima trinitas que in hac oratione pater nominat: pias mētes inhabitat: in quibus mirabilia operatur. Nam de patre dicitur Joā. xiiij. Si quis diligit me sermonem meum seruabit: et pater meus diliget eum: ꝛ ad eum veniemus: et mansionē apud eū faciem⁹. De filio q̄ est sapientia increata: scribit Sap. vij. In aīas sanctas se trāsfert: ꝛ amicos dei ꝛ prophetas cōstituit. ꝛ beatus Augu. iiij. de tri. dicit q̄ de sapiētia dei q̄ filī⁹ dei est: dictū sit. Emitte illā de celis sctis tuis vt mecū sit. Que ꝛ de seipsa testimoniū perhibet di. Delitie mee esse cū filijs hominū. De spū scto dicit saluator. Rogabo patrē meū: ꝛ aliū paracletū dabit vobis: vt maneat vobiscū in eternū. Joan. xiiij. ❡ G Dicunt aūt viri scti celū metaphorice ob quasdā cōditiōes ꝛ pp̄rietates celoꝝ materialiū: que in eis p silitudinē spūaliter inueniuntur. Primū pp̄ter ornatus pulchritudineꝫ. Sunt eñ celi corpora lucida: sole ac stellaruꝫ multitudine ornata: ab oīs imūditie cōtagione remota. Ita viri sancti ꝛ iusti sunt intellectu luminosi ꝛ clari: a vitiorū maculis ꝛ feditate purgati: ꝛ charitate ac diuersarū virtutū floribus tanq̄ sole ardentissimo: ꝛ stellis fulgidissimis adornati: vnde btūs Bern. sup cātica. Aīa scta celū est: in quo sol est intellectus: luna fides: astra virtutes. Et sicut stelle in nocte lucēt: in die latent. Sic vera virtus est q̄ in p̄speris nō apparet: in aduersitatibus emicat. Et de apl̄is spālīter dicit q̄ celi sunt. vñ Honorius sup illud ps. Celi enarrāt gloriā dei. Celi ait sunt scti apl̄i: in q̄bus celata sunt secreta celestia dei. Ex quib⁹ rutilat sol sapientie: lucet luna sciētie: micāt stelle virtutū: coruscāt fulgura signorū: crepāt tonitrua p̄dicationū: manant pluuie

scripturarum

Marginalia (left): Quare in scriptura in īgis frequēter legimus deū esse in celꝫ q̄ alibi. — Job. xxxvij. — *Assignat aliquot rōnes q̄re xp̄s in sua orōne nos potius voluit dicere q̄ es in celis q̄ q̄ es vbiqꝫ. — Prima rō. — Chrysosto. — Scđa rō. — Tertia rō. — Job. xxij. — Quarta rō. — Quita rō.

Marginalia (right): Augusti. — Sexta rō. — Hugo. — Gen. iij — ij. Coꝝ. vj. — Joā. xiiij. — Sap. vij. — Augusti. — Uiri scti dicuntur celi metaphorice. — Bernar. — Honori⁹. Celi dicuntur apl̄i.

scripturarũ. ¶ Sc͡do: viri sc͡ti celi dicunt ꝓpter celestis cõuersationis celsitudinẽ: vnde ap͡ls ad Phil. iij. Nostra ↄuersatio in celis est. Peccatorũ aũt ↄuersatio circa terrena versat. de quo ps. Oculos suos statuerũt declinare in terrã. ¶ Tercio viri sc͡ti dicunt celi: q͞ sicut in celo apparent singularia opa dei: quib⁹ regit inferiorẽ mundũ: ita in sc͡tis relucent singularia opa trinitatis: in quib⁹ appropriata ꝑsonarũ apparẽt: potẽtia sapiẽtia: bonitas. Potẽtia patris in soliditate siue firmitate. Sapientia filii in decore ꝫ luminositate. Bonitas sp͡ussc͡ti i influẽtia ꝫ causalitate. Ita ꝫ in sc͡tis hoĩb⁹ ꝫ virtuosis tota ipsa trinitas diuinarũ ꝑsonarũ singulari⁹: q̃ in ceteris operat. Pater fortitudinẽ qua ambulãt i lege dñi: vt nõ declinẽt neq̨ ad dexterã: neq̨ ad sinistrã: vt non deficiãt in aduersis: nec extollant in ꝓsperis. vñ scribit sapiẽs Prouer. xij. Nõ cõtristabit iustum q̄cq̄d ei acciderit. Filius lumẽ fidei: ꝫ credẽdorũ cognitionem: quo cauere possint hereses ꝫ errores: et loqui sapiẽtiã inter ꝑfectos. Vñ promisit xp͡s se sequẽtib⁹ in virtutũ operatione lumen vite: ne in foueã errorũ ꝫ tenebrarũ caliginẽ ꝑcipitentur: dicẽs. Qui sequit me nõ ambulat in tenebris: sed habebit lumẽ vite. Et alibi. Dabo vobis os ꝫ sapientiã: cui nõ poterũt resistere ꝫ cõtradicere oẽs aduersarij vestri. Sp͡ussc͡tus operat in virtuosis mirabilẽ influxũ ꝫ influxuꝫ ac bonitatis diffusionẽ. Docẽt siquidem sc͡ti verbo vel opere vias dñi: vt impij ad ipsuꝫ conuertant: deriuant quocũq̨ sua virtuosa opa in quoscũq̨ alios: vt inde fortificent ꝫ roborentur. Hinc gloriatus est ꝓpheta se participẽ esse oĩum timentiũ dñm ꝫ custodientiũ mãdata. Hũc causalẽ influxũ in alios testat se habuisse ap͡ls cũ dixit. Factus suꝫ oĩbus oĩa: infirmis infirm⁹: insipiẽs insipientib⁹ ꝫc. vt oẽs facerem saluos. Uel sicut celuꝫ hꝫ in lumine claritatẽ: in motu singularitateꝫ: in virtute vigorositatẽ. Sic ꝫ tria opat in sc͡tis deus: illuminat intellectũ remouendo errorẽ: regulat affectũ ordinãdo amorẽ: influit ad ꝑfectuꝫ ministrãdo vigorẽ. ¶ Hũc aũt ꝓlogũ alij distinguũt i tres partes: ꝑ quarũ primã orãs cõfortat: ꝑ sc͡dam dilatat: ꝑ tertiã eleuat. Vñ venerabilis Hugo. Septẽ inq̄t petitionib⁹ premisit ꝓlogũ tribus verbis cõtẽtũ. In primo cor hoĩs cõfortat: in secũdo dilatat: in tertio eleuat ꝫ exaltat. Quis em̃ audiẽs se patrẽ dei habere nõ alicur ad spẽ glie. Pater inq̄t: vt sim⁹ imitatores dei sicut filij charissimi. Subdit noster: vt ad fraterne charitatis amoreꝫ dilatemur. Dicit q̄ es in celis: vt mẽte in summis radicata q̄ sunt vtilia q̄ram⁹. Itẽ in celis sp͡ualibus: vt ad sp͡ualitatẽ in qua habitat festinare discam⁹: ꝫ celestia ab eo petam⁹: vt vult glo. Matt. vi. ¶ Innocẽ. aliter distinguit dicẽs. Beniuolẽtia ✱ o captat a trib⁹ ꝑsonis: cognitoris: petitoris et assessoris. Cognitor est de⁹: petitor est hõ: assessor est angelus. Innuitur ꝑsona cognitoris cũ dr̃ pater: petitoris cũ dr̃ noster: assessoris cum addit q̄ es in celis. i. in angelis sc͡tis: de quibus dicit. Celi enarrãt gloriã dei. ¶ I Ex predictis itaq̨ potest deuote orare cupiens talem formare meditationẽ ad deuotiõis exercitiũ. ¶ O trinitas vn⁹ de⁹. Pater oĩm q̄dẽ creatione: hoĩm redẽptiõe: fidelũ adoptiõe: electorũ predestinatione. Qui spirituales filios generas per viuificam charitatiui amoris propaginẽ. Utinam mihi misero sic tue amorose charitatis geminę gratiã infundas: vt fili⁹ tãti patris esse merear. ¶ Noster: q̄ te nobis dare nõ cessas ꝑ largissimã tue bonitatis diffusionẽ. Utinã ꝑ ardẽtissimi amoris adhesioneꝫ vere tuus esse merear: ꝫ paternã nobilitatẽ tuã dignis morib⁹ imitari: amoreq̨ fraterno omnibus filiis tuis fratrib⁹ meis in oĩbus bonis cõicare valeã. Tu ergo pater excelsus in creatione: suauis in amore: diues i hereditate: liberalis paterna cõiõne: ac filiorũ gratuita hac sac͡rali regeneratione: supbiã proximi contemptricẽ: q̄ indignos celesti patre reddit: a nobis misericorditer auerte. Ad gratiã adoptiõis ꝫ vnionẽ fraternitatis seruãdã nos conuerte: vt paternitatꝫ tue gloria: ꝫ filiationis tue gr͡a: atq̨ vnione fraterna semper gaudeamus. ¶ Qui es in celis materialib⁹ admirabilis tue potẽtie ꝫ magnitudinis ostẽsione. Et in celo supremo empyreo speculum eternitatis: corona iocũditatis: thesaur⁹ felicitatis. In celis quoq̨ spiritualibus in sc͡tis tuis ꝑ sp͡alẽ tue gratifice illustrationis habitationẽ. Utinã miserabilis aĩa mea tibi sit celũ clarũ ꝫ nitidũ ac varijs virtutuꝫ syderib⁹ adornatũ: vt tue sc͡tẽ habitatiõis dign⁹ hospes inueniar. Fiatq̨ omne desideriuꝫ cordis mei ad celestia bona obtinenda: cõtẽptis oĩbus trãscũtibus oblectamẽtis. Sicq̨ meditãdo clausa in his verbis mysteria vtcũq̨ supra exposita: ad flãmigeros diuine charitatis: ac fraterne dilectiõis affectus magna cũ fiducia assurgere põt: necnõ ꝫ in odiũ sanctum vitiorũ: se tanta filialis adoptionis gr͡a indignũ reddere conantium. Et tñ de prologo dñice orationis. ✱ Sequitur.

¶ Lectio lxvi.



A

Ancrificetur nomẽ tuũ. ¶ Post exordiũ sequẽs tractat⁹: i q̄ petitiones ad deũ fundẽde cõtinẽtur. Pri⁹ tñ q̄ adhuc mis textus diuisionẽ ꝓcedat: premittẽda sunt aliqua de ordine petitionũ ꝫ sufficiẽtia. Cũ ergo oratio hec ꝑfectissima est: nõ solũ petẽda cõprehendit: sꝫ etiã ordinẽ petẽdorũ instruit. Vñ ꝫ desideranda manifestat. Et quo ordine desiderãda sunt instituit. Cũ em̃ orõ desideriorũ nr̃orũ est interpres: ordini desideriorũ r̃ndere dꝫ ordo petitionuꝫ. Est aũt ordo desiderij ꝫ intẽtionis oppositus ordini executionis: nã in desiderio primo cadit finis. Deinde q̄ sunt ordinata ad finẽ: ꝫ inter illa priora sunt intẽtione: q̄ ꝓpinquiora sunt fini. Oppositũ est i executione: ubi media ordinata ad finẽ ꝓcedũt finis assecutionẽ: ꝫ ea media sunt priora: q̄ a fine sunt remotiora. Et sm̃ hec multiplex ordo accipi põt i petẽdis. De quo pulchre loquit glo. Mat. vi. assignãs rõneꝫ ordinis septẽ petitionũ dñice orationis: ita dicens. Cũ vita nr̃a tꝑaliter agitur: sperãturq̨ eterna: priora sunt dignitate eterna: his tñ scꝫ tꝑalib⁹ prius acceptis. In his aũt septeꝫ petitionib⁹ oĩa bona presentis vite vel future cõtinẽtur: in quib⁹ est ordo mirabilis. Ut em̃ in Esa. legit: sicut septẽ dona sc͡ti sp͡us a summis incipiũt: ꝫ vsq̨ ad initiũ sapiẽtie: scꝫ timorẽ dñi descẽdũt: ita ordo precũ a summis vsq̨ ad fidẽ: vt a malis mũdi liberemur extẽdit. Si aũt in vtrisq̨ donis

✱ Illa qu[illegible] tuor v̄ba q̄ pri⁹ expõsita sunt. ꝑficiunt q̄ es i celis a doctorib⁹ ponũt pro exordio in q̄ captat beniuolẽtia dei a q̄ volum⁹ aliq̄ necessaria petere. Solẽt q̄ppe homines aliq̄d impetrare cupiẽtes a laudib⁹ ipsius quẽ rogaturi sunt suaꝫ ordiri orõnẽ: quatin⁹ eũ red dãt beniuolũ ꝫ attẽtũ: ita fecerũt antiq̄ pr̃es a deo aliq̄d obtinere et impetrare volẽtes. Moyses Exo. xxxij. rogaturus deuꝫ ꝓ ducatu ꝫ directiõe ppl̃i israel dixit. Dñator domine deus misericors ꝫ clemẽs multe miserationis ꝫ verax cõtinuo petitionẽ subiũgit. Si inueni gratiã in cõspectu tuo dñe: obsecro vt gradiaris nobiscũ ꝫc. ita Judith prudens illa viduaa laudibus dei incipiẽs dixit. De⁹ celorũ creator aq̄rũ: ꝫ dñs totius creature audi me miserã deꝑcãtẽ: ꝫ de tua mia ꝑsumẽtẽ. ita magister noster xp͡s nos facere docuit in ꝑcepto

ꝯ ronisquā petitionibꝰ a fine incipimꝰ: ad pfectionē fit or-
p nobis in do ascensionis. Si a summis: qꝛ hoc de supernis
stituit exor acceperimꝰ: fit ordo descēsiōis. Sed qꝛ p hec. s. do-
dium ꝓmit na nos ab imis ad summa ꝯsurgimꝰ: septē beati-
tēs in q ipꝫ tudines q p eadē dona querunt: de imis grada-
dn̄m deū a tim ad summā pueniūt. In precibꝰ ergo est vt im
quo petere petremus dona: in donis vt operemur mādata:
intendimꝰ de operatione beatitudines sequuntur. Hec glo.
ꝯmendat a
quatuor.

¶ Duplex ergo ordo innuitur. Unꝰ ascēsiōis: q in enumeratione beatitudinū seruat. Matt. v. Alius descēsionis q in enumeratione donoꝝ te-
net. Esa. xi. Ubi dona hoc ordie recitant. Sapiē tia/intellectꝰ/cōsiliū/fortitudo/scia/pietas/ti-
mor dn̄i. Et huic ꝯformat ordo petitionum. Qd aūt aliꝰ ordo in btitudinibꝰ/aliꝰ in petitiōibus obseruat: hec est rō ſm Alex. pte. iiij. q. xxv. Naꝫ btitudo est actus pfectꝰ: vt hic loqmur de btitudi ne. Actus aūt est in executione: iō btitudinibꝰ cō gruit ordo executiōis: q est ascēsiōis a medijs ad finē. Petitio vo est desideriū seu intētiōis expssio cui cōuenit ordo intētionis: qꝛ quod primo desi- derat: primo intendit. Et hic est ordo descēsiōis a fide ad media. Primo em̄ desiderat finis: ac de- inde media propter finē. Et qꝛ petitiōibus impe- trant dona qbꝰ operari cōualescimꝰ: iō idē est or do donoꝝ petitionū. Ex quo satis ptꝫ: cur peti tiones dn̄ice orationis nō incipiant a remotiōe maloꝝ: vt prius declinent mala: deinde fiāt bo- na: ſm illud Boetij. iij. de ꝯso. Qui vult ingenuū serere agrū priꝰ liberet arua fruticibus. Et illud Prouerb. xxiiij. Diligēter exerce agrū tuū: postea edifices domū tuā. Qꝛ aliꝰ esse dꝫ ordo petitio nū: aliꝰ ordo operationū: actuū de quibꝰ loquū tur aucto. allegate. Ordo itaqꝫ petitionū ordineꝫ sequit desideriorū. In ordinato aūt desiderio: vt dictuꝫ est: prio cadit finis: deinde ordinata ad fi- nē. Finis noster deus est: in quē noster affectꝰ du pliciter tendit. Uno mō ppter seipsum prout est summū bonū in se: qd facimꝰ dū p actū charita- tis deū in seipso diligimꝰ: eiusqꝫ gloriā pfectio- nem sup oia volumꝰ. Alio mō tendit in eū deside riū nostrū: vt est summū bonū nostruꝫ: dū videlꝫ ipso frui cupimꝰ per actū spei. Primum pertinet ad affectionē iusti. Scdm ad affectionē cōmodi. Illo em̄ modo diligimus dn̄m vt cōmodū nostrū ita nos diligimꝰ i deo. Utraqꝫ dilectio bona: sꝫ pfectior est prima: qꝛ vtraqꝫ actꝰ est virtutis theo logice: sed pria virtutis excellētissime. s. charita- tis: scda spei. ¶ Ad primū igit ptinet petitio pri- ma. Scificet nomē tuū: p quā petimꝰ gloriā dei. Ad scdm ptinet scda petitio. Adueniat regnum tuū: p quā petimꝰ ad gloriā peruenire: q ꝯsistit in eius clara visione btā fruitione. Et sic iste due petitiones ordinant ad finem: scꝫ ad beatitudi- nem. Prima ad beatitudinē obiectiuā: secunda ad formalē. Obiectiua est deus: formalis est frui- tio dei. ¶ ¶ Ad finē aūt hūc ordinat nos aliqd dupl'r. Uno mō per se: alio mō p accidēs. Per se dirigit bonū qd est vtile ad finē. Et hoc est duplex nā aliqd ordinat nos ad finē directe pncipal'r s. meritū quo btitudinē mereamur deo obediēdo qꝫtū ad hoc petit. Fiat vo. t. si. in ce. in ter. Alio mō instrumental'r quasi coadiuuando nos ad merēdū. ad hoc ptinet qd dicimꝰ. Panē no. qti. da no. ho. Siue intelligat de pane vbi dei: siue de pane sacrali: siue de pane corporali. Per accidēs ordinamur ad beatitudinē p remotionē prohi- bētis. Sunt aūt tria q nos phibent a beatitudi- nis cōsecutione. Primū est petm̄: qd directe phi bet a regno dei: quātū ad hoc dī. Et di. no. debi. nra. sicut nos di. deb. nris: debita. i. petā. Scdo

Tria sunt q nos prohi- bēt a btitu dinis ꝯsecu tiōe.

phibet impedit nos tētatio: q retrahit ab obe- dientia diuine volūtatis: inclinat seu inducit ad petm̄: iō petit. Et ne nos ind. i te. Tertio nos impedit penalitas pn̄s: iō subdit. Sꝫ libe. nos a ma. Hunc ordinē tradit sctūs Tho. ij. ij. q. lxxxiij. ar. ix. quē imitat dn̄s Pe. de aliaco. ¶ Pōt et planiꝰ accipi sufficiētia ordo petitionū sic. Qꝛ septē iste petitiones omne appetibile recte desi derabile cōprehēdunt Oē aūt appetibile aut est collatio boni: aut remotio mali. Bonū cuiꝰ col- latio petit est triplex: bonū celeste/bonū spūale/ bonū tpale. Primū est gl'ia/scdm gr'a/tertiū na tura. Bonū celeste duplex est: scilꝫ obiectiuale/ formale: vt dictū est. Malum qd petit auferri sil'r est triplex: scꝫ pteritū pn̄s futurū: ideo petit vt pteritū remittat: pn̄s tollat: futurū caueat. Qua tuor ergo pdictis bonis cōferēdis corrn̄dēt qua- tuor prie petitiōes. Tribꝰ malis remouēdis cor- respōdēt vltime tres petitiōes. ¶ Uel sic pōt ad a dhuc planiꝰ distingui ordinari petitiōes ipe. Oramꝰ em̄ hac orōne deū tanq̄ filij patrē celestē hinc dicimꝰ: pr nr q es i celis. Iō ordinate petēs tanq̄ bonꝰ filiꝰ: prio petit ea q respiciūt honoreꝫ pr̄is ad qd ptinet: scificet nomē tuū. Scdo ea q ptinent ad seipm proximū: hec aūt sunt collatio boni remotio mali. Sunt aūt triplicia bona: vt tradit Aug. li. i. retra. Magna/media/minima. Magna bona/sunt bona btitudinis glie. Bo na media: sunt bona spūalia ad btitudinis cōse- cutionē necessaria: vt gr'a virtutes/ meritorie opatiōes. Minima bona sunt q conferūt qdē ad btitudinē: nō sunt tn̄ necessaria: qꝛ sine eis btitu- do conseq pōt: vt bona corpis/sanitas robur: ꝛc. Et qdā bona sic minꝰ necessaria: vt ingenij pspi cacitas/scia secularis. Pria bona. s. btitudinem ipam petimꝰ cū dicimꝰ. Adue. re. t. Nā p regnuꝫ intelligit btitudinis gl'ia in regno celoꝝ sine fine possidēda. Bona media petimꝰ cū addimꝰ. Fiat vo. tua ꝛc. Uolūtas dei est scificatio nra. Scifi- camur aūt p gratiā: vtutes/ opa meritoria i mā datoꝝ dei obseruantia: qbꝰ credimur digni vita eterna. Infima seu minima bona petimꝰ cū con- sequēter oramꝰ. Panē no. quo. ꝛc. Nā panis no- mine itelligunt oia corpi necessaria: per que cor- pus spūi subseruire pōt: siue cōcernāt corpis sa- nitatē: siue victū amictum. Mala etiā remouē- da triplicia sunt prioribꝰ bonis opposita. Maxi mū malum est petm̄ separās nos a summo bono per hoc ab eternis gl'ia: q separatio est extrema vltima miseria dānatoꝝ: qd auferri petimꝰ cuꝫ dicimꝰ. Di. no. de. Media mala sunt petōꝝ occa siones: q inducūt ad petm̄: qles sūt tētatiōes dia boli: carnis mūdi: q auferri petimꝰ: cū subiūgi- mus. Et ne nos indu. i te. Minima mala sunt dā na corpis: rerū exterioꝝ vtiliū atqꝫ fame: vt in firmitas corpalis/despectio psone/paupertas/ ce tera qcūqꝫ icōmoda tpalia rerū: fame amicoꝝ. Hec em̄ nōnūq̄ ipedimēta sunt boi i pfectu aie spūali: q petunt remoueri cū i fine annectit. Sed libe. nos a ma. Que spāliter refert ad mala corpo ralia pn̄tia: lꝫ extēdi posset ad oia mala. Sic ergo ordinatissime primo petit qd charitas dei exigit: deinde qd charitas sui proximi. Et primo colla tio maioris boni: deīde minoris: tertio ifimi: ac deinde remotio maloꝝ: prio maximoꝝ: scdo me- dioꝝ: vltimo minoꝝ. Et hec sufficiētia et diuisio respicit planissimū sensum literalē: q a simplici- bus ac popularibꝰ cōprehēdi pōt ꝛoꝫ ¶ E Bea tus vo Aug. i li. de vbis dn̄i: pfundiꝰ dn̄ice orō- nis cōtinētiā discutiēs: septenariū numeꝝ peti- tionū septē donis btitudinibꝰ cōnectit: dicēs.

Triplicia sunt bona.

i. Thes. iiij.

Augustinꝰ

Si timor

ergo querit̄:quare iustū est qḋ iustum est: conue-
nientissime rn̄detur:qm̄ sm̄ volūtatē dei est q̄ iusta
est. Cū ergo q̄ritur:quare ꝛ ipsa dei voluntas iu-
sta est. Hoc sanius rn̄det̄:qm̄ prime cause nulla
causa est cui ex se est esse qḋ est. Hec eniꝫ sola est
vnde ortum est quicquid est: ꝛ ipsa non est orta:
sed eterna. Hec Hugo. ¶ H Oīs ergo iustitia ꝛ
rectitudo rōnalis creature cōsistit in cōformita-
te ipsius ad dei volūtatem. Obliquitas vō ꝛ in-
iustitia creature rōnalis ex difformitate volūtatꝭ
eius ad voluntatē diuinā ꝯsurgit: sicut docet be.

Augustin⁹

Aug.sup.sup ps.vi. Isti sunt recti corde: q̄ in hac
vita sequunt̄ volūtatē dei. Volūtas dei est aliqñ
vt san⁹ sis:aliqñ vt egrotes. Si qñ sanus es:dul-
cis est tibi volūtas dei: ꝛ qñ egrotas:amara est ti
bi:nō es rectus corde:qz nō vis voluntatē tuā di
rigere ad dei volūtatē:sed vis dei voluntatē cur-
uare ad tuam. Illa recta est:tua curua:tua dirigē
da est ad illā vt ad regulā non illa curuāda est ad
tuā. Iustitia ergo nostra in hoc cōsistit vt nostra
voluntas infirma de se nō recta:cōformet̄ diuine
volūtati tanq̄ sue regule: cui cōuenit essentiali-
ter esse rectā. Huic qz angeli q̄dā se difformarūt:
deiecti sunt a loco voluptatis:iucūditatis:letitie:ꝛ ame
nitatū ad loca penarū miserie ꝛ tenebrarū. Ideo
ne ꝛ nobis ab hac inobliquabili voluntate decli-
nātibus paretur locus caliginis ꝛ gehenna:ora-
mus. Fiat voluntas tua. Quia vero ceteri ange-
loꝝ diuinā voluntatē:eiusqz beneplacitū intuen-
tes:se illi libere ꝯformarūt:ne ab illa curuari pos
sent:sed in ipsa ppetuo solidarent̄:cōfirmati sunt
ꝛ stabiliti in beatorū pria. Iō qz ꝛ nos in illaꝫ ve
nire cupimus:post petitū regnū qḋ est sanctoꝝ
patria:orātes subiungimus. Fiat voluntas tua.
Hūc orādi modum nedū verbo magister noster
docuit:sed facto suo exemplauit. Unde btūs Cy-

Cyprian⁹.

prianus. Deus infirmitatem hoīs quā portabat
ostēdēs ait. Pater si fieri pōt:transeat a me calix
iste. Et exēpiū discipulis suis tribuens:vt non vo
luntatē suā:sed dei faciāt addidit dicēs. Uerūta
men nō qḋ ego volo:sed qḋ tu. Et alio loco dicit.
Nō descēdi de celo vt facerē voluntatē meā: sed
eius qui me misit. Qḋ si fili⁹ obediuit/vt faceret
patris voluntatē:quāto magis seruus obedire
hꝫ vt faciat volūtatē dei: sicut I.epl'a sua Joānes
quoqz ad faciēdū dei volūtatē hortat̄ ꝛ instruit:
dicēs. Nolite diligere mūdū ꝛc. Et sequit̄. Mun
dus trāsit ꝛ cōcupiscētia ei⁹. Qui aūt fecerit vo-
lūtatē dei:manet ineternū:sicut ꝛ de⁹ manet i eter
nū. Qui ergo i eternū manere volum⁹:dei q̄ eter-
nus est:volūtatē facere debem⁹. Hec Cyprianus

Si ergo filius cui⁹ voluntas curuari non potuit:
vt puta cōfirmata ꝛ impeccabilis orauit. Pater
non mea:sed tua voluntas fiat:quid faciet miser
peccator/cuius voluntas instabilis/ꝛ peccabilis
multisqz retiaculis pctōꝝ inuoluta:quā trahit
mundus:suggerit diabolus: cōcupiscentia incli-
nat ad se difformandū diuine rectissime volunta
ti? Nihil certe vtili⁹ vel fructuosius fieri poterit:
q̄ tota mente aīo ꝛ corde ad patrē orare q̄ in cele
sti residet gloria. Fiat voluntas tua:vt qḋ tu nos
vis facere faciam⁹:qḋ tu phibes: caueamus: qḋ
tu consulis impleamus:qḋ tu vis: velimus. Sic
tue voluntati iustissime semper ꝛ in omnib⁹ nos
conformem⁹. ¶ I Sed p pleniori huius petitio-
nis intellectu querit̄. Utrū teneamus nostrā vo-
luntateꝫ diuine voluntati in oībus conformare.

Perutilis questio.

Et videt̄ q̄ nō:qz non tenemur intellectū nostrū
diuino intellectui conformare: alioquin habens
opinionem falsaꝫ:peccaret:qz discordaret ab in-
tellectu diuino qui in nullo errare pōt:ergo a simi
nec tenemur voluntatem nostrā diuine volunta-
ti conformare. Ad oppositum. Uolūtas creata te
netur se conformare sue regule: sed voluntas di-
uina est regula cuiuslibet voluntatis create:ergo
quelibet voluntas creata tenet̄ se cōformare vo-
luntati diuine. ¶ Ad hoc dubiū doctores varie
respondent: vt recitat Alex.de aiesparte.).q.xli.ꝛ
post eum sanctus Bona.q.vlti.primi senten.plꝰ
in modo loquēdi q̄ i re ipsa differētes. Ideo pre-
mitto quasdam distinctiones: sm̄ quas ponētur
cōclusiue rn̄siones. ¶ Notandū igit̄ q̄ volūtas

Rn̄sio ad qōnem.

nostra pōt conformari voluntati diuine. In voli
to:volendi actu:volendi modo. In volito:quan-
do vult rem illam seu opus quam vel quod vult
deus. In volendi actu:qñ vult illud qḋ deus vult
eam velle:qñ scꝫ hꝫ actū ꝯformē actui diuine vo-
lūtatis:ꝫ nō illud velit qḋ deus vult. Gratia exē-
pli. De⁹ vult bonū filiū honorare patrem:quē ta
men deus non vult honorari. Uult enim de⁹ filiū
velle necessitatē patris releuare:vt puta infirmi-
tatē/vel paupertatē:ꝫ deus patrē velit esse ifirmuꝫ
ꝛ pauperē. Silr deus vult quēlibet diligere oēm
proximū suum volendo sibi vitā eternā:cū tñ de⁹
non velit illi proximo.s.prescito vitā eternā. Dili
gēs ergo sic proximū:conformat se volūtati diui-
ne nō in volito:qz nō in vita eterna:ꝫ in actu vo-
lendi:quia habet actū cōformē actui diuine volū
tatis:vult eñ sicut de⁹ vult eū velle. In modo vo
lendi:qñ vult ex sili charitate:ꝛ pp̄ter eundeꝫ fi-
nem quo deus vult. Sic qui vult aliq̄d qḋ deus
vult:ꝛ qḋ de⁹ vult eū velle: nō tñ pp̄ter eundē fi-
nem.i.nō pp̄ter deum. (Nā pp̄ter seipsum deus

Prouerb. xvi.

vniuersa operat̄:vt dr̄ Prouerb.xvi.)cōformat se
diuine voluntati in volito:ꝛ in actu volendi:non
tamen in volendi modo. ¶ R Scḋo notandum
qḋ quelibet dictarū volūtatum pōt esse actualis
vel habitualis. Actualis:vt qñ elicit actū:scꝫ vel-

Uoluntas actualis qñ sit: ꝛ qñ habitualis.

le id qḋ de⁹ vult:vel qḋ deus vult eā velle: aut cū
circūstātiis ꝛ eo mō cū quib⁹ ꝛ q̄uo de⁹ vult. Ha-
bitualis: qñ actu nō elicit velle vel nolle:hꝫ tñ in
se habitū inclinant̄ ad eliciendum. Et ille habi-
tus inclinare potest mediate vel immediate. Im-
mediate:sicut habitus genitus ex particularib⁹
actibus volendi hoc vel illud. Sicut ex actibus
volēdi abstinere a supfluis frequentatis:generat̄
habitus tēperantie:qui immediate inclinat ad
volendum viuere tēperate tanq̄ ad actū ppriū.
Mediate autem habitus iclinat:qui iclinat me-
diante actu pprio. Sicut habitus principiū me-
diante actu proprio inclinat intellectum ad actū
conclusionis:vt est habitus quo generaliter cō-

placet voluntati quicquid cōplacet volūtati diuine. Hic enim non inclinat immediate ad omne volitū a deo. Presupponit enim cognitionem qua sciatur hoc esse volitū a deo: et mediāte illa inclinat ad actū volendi volitū tale a deo. Nā ille habit⁹ primo inclinat ad volēdū generaliter omne volitū a deo tanq̄ ad actum proprium. Iste autē actus volēdi omne volitū a deo: ꝯcurrente cognitiōe: q̄ hoc particulare est volitū a deo: inclinat ad volendum illud particulare quia volitum a deo.

Prima propositio.

¶ L His premissis est ꝓpositio prima. Nō opʒ voluntatē viatoris se cōformare diuine voluntati in omni volito: volendo quodlibet volitum a deo actualiter: immo qñq; tenetur se nō ꝯformare. Prima pars ptʒ: q: non semper tenet̃ scire voluntatem dei beneplaciti cōsequentem. Hec est enim voluntas dei quo ad volitū: dicente aplo ad

Ad Ro. xi.

Roñ. xi. Quis cognouit sensum dñi? Qd autē nō tenetur scire: non tenetur velle: cū velle presupponat cognoscere: immo potest qñq; meritorie oppositū velle. i. hoc velle qd deus non vult. Sicut de dauid legit̃. ij. Reg. vij. quod voluit edificare templū dño: qd tñ dñs noluit p ipsum: sed per filium suū salomonē edificare: et tñ volūtas dauid bona fuit et recta. Uñ. iij. Regū. viij. habet̃ Dixit dñs ad dauid: q cogitasti in corde tuo edificare domū nomini meo: benefecisti: hoc ipsum mente pertractans. Uerūtñ tu non edificabis mihi domū: sed filius tuus. Itē beatus Aug in enchi. ca. c. Aliqñ bona volūtate hō vult aliqd qd deus nō vult: etiaʒ ipse bona multo amplius multoq; certius volūtate: tanq̄ si bon⁹ filius patrem velit viuere: quē deus bona voluntate vult mori. Et rursus hoc fieri pōt: vt hoc velit homo volūtate mala qd deus vult bona: velut si malus filius vellet mori patrem: velit hoc etiā deus. Et sequit̃. Naʒ deus quasdam voluntates suas bonas implet p malorū hominū voluntates malas: sicut per iudeos maliuolos bona voluntate patris xps pro nobis occisus est. Preterea si deus precipiat alicui vt nō velit ab eo volitū: vt si deus velit patrē meum mori: et precipiat mihi vt velim patrē meū viuere. In hoc casu q impossibilis nō est: teneor me ꝯformare diuino ꝑcepto: et non diuino volito: vt infra patebit: etiā si ꝯstat mihi de volito. Scḋa pars patet: q: stat q deus precipiat homini aliquid velle qd ipse non velit: quo modo precepit diligere proximum volendo sibi salutem: quē prescivit ad dānationeʒ. In quo casu homo tenetur velle salutem proximo: in qua voluntate nō conformat se volito diuino: ergo tenet̃ se nō conformare diuino volito in casu. ¶ M Ex illa propositione sequitur q diuina voluntas beneplaciti nō est regula sua conformare nostram voluntatem regulans vt sit bona. Ptʒ per bea. Augu. vbi supra in enchi. Bone voluntati dei pietas potius cōsonat: cuius alius volētia q̄ huius idē volentis: impietas tantū interest qd velle homini: quid deo ꝯgruat: et ad quē finē suā quisq; referat voluntatem: vt aut probetur / aut improbetur. Hic aperte ostēdit Aug. q nō semp probat̃ volūtas hoīs cōformis voluntati dei in volito: neq; reprobat̃ semp voluntas difformis: q: qñq; aliqd cōgruit velle deo: et aliud cōgruit velle homini. Silr in eodē volito a deo et hoīe qñq; in aliuʒ finē refert̃ hmōi volitū a deo: in aliū ab hoīe: propter qd qñq; volūtas cōformis diuine voluntati reproba est. et difformis iusta. Itē in habentibus intellectū et voluntatē vnū non regulat aliud: nisi inquātum imponit vel ꝓponit sibi qd et qualiter velle et agere debeat. Sed voluntas diuina bñplaciti ꝯhs: cū nō semp nobis innotescat: etiaʒ dum innotescit: non semp imponit nobis qd velle vel agere oporteat: ergo nō est regula / nostrā voluntatē regulās. Illa ergo volūtas dei nostrā volūtatē regular: qua nobis innotescit quid et qualiter nos velle opʒ. Et hec est preceptū / vel cōsiliū quo nobis innotescit qd et qualiter nos velle deus velit. Tūc enim recta est nostra voluntas: qñ id et taliter volum⁹ quod et qualiter deus vult nos velle.

Uoluntas nr̃a qñ dr̃ esse recta.

Et conformitatē ad hanc dei volūtatem denotat Augu. in de lib. arbi. cū dicit: q etiā lex naturalis et hoc recta est: q: cōformat se diuine voluntati. Sic enim oīs iustitia et oīs rectitudo legū humanarū descendit a prima rectitudine: que est volūtas dei: et cōsistit in conformitate sua ad diuinam voluntatē: dū scʒ est talis: qualē eā vult esse diuina voluntas.

Augustinus

Scḋa propositio.

¶ Scḋa ꝓpositio. Nō tenet̃ voluntas viatoris se cōformare habitualiter imediate volūtati diuine in volito. Ptʒ ꝓpositio sicut ꝑcedēs: q: habitus immediate inclinās ad volendū aliquid: presupponit cognitionē volendi. Nō autem tenetur homo cognoscere volita diuina: ergo nec tenetur habere habitū inclināte particulariter et immediate ad illa volita. Preterea pōt habere actū cōtrariū volūtatis: vt deductum est meritorie alicuius voliti a deo: ergo etiā habituʒ cōtrariū: et per ꝯsequēs non habere habitū conformē: cū contraria simul stare nō possunt: et quicūq; pōt habere vnū cōtrariorū sine pctō: nō tenet̃ habere reliquū.

Tertia propositio.

¶ N Tertia ꝓpositio. Uolūtas cuiuslibet viatoris ad aliqualem dei noticiaʒ attingere potentis rōnis vsum habentis: tenet̃ se conformare habitualiter mediate voluntati diuine beneplaciti quātū ad volita per ipsam. Patet: q: in omni homine vsum ratiōis habente: oʒ esse talis voluntas habitualis: qua sibi in genere quicquid deo placet: licʒ in particulari nec sciat quid deo placeat: ergo propositio vera. Cōsequētia nota. Antecedens ꝓbat̃. Nam quilibet hoīm tenetur habere cor nō prauū: sed rectum. Cor autē rectum est cor volens oīa que vult deus. Unde Aug. super illud ps. Nō adhesit mihi cor prauū: ait. Cor prauū est cor non rectum. Rectum autē cor hoīs dr: qui oīa que vult deus et ipse. Et glos. super eodē vbo dicit. Cor prauū cor tortū: qd habet qui non vult oīa que vult deus. Hoc aūt non potest intelligi de voluntate actuali aut habituali immediate inclinante ad volendum quod de⁹ vult: vt patet ex duab⁹ ꝑcedentibus ꝓpositionibus: ergo intelligit̃ de volūtate habituali mediate inclināte.

Augustinus

Quarta propositio.

¶ Quarta ꝓpositio. Uolūtas viatoris tenet̃ se cōformare volūtati diuine bñplaciti in particulari cognite: nisi reuelatio aut ꝑceptuʒ dei ipsam ad oppositū obligaret. Probatur illa ꝓpositio: q: impossibile est voluntatē velle añs / et nō velle ꝯñs scitū esse tale: cū nō possit opposita simul velle. Oppositum autē ꝯsequentis semper repugnat ꝯtradictorie antecedenti. Sʒ volēs habitualr oē volitū a deo: vult añs ad quodlibet particulare volitū: cū qlibet vniuersalis inferat suā particularē: ergo volēs vniuersalē: omne scʒ volitū a deo vult etiā hoc volitū a deo scitū esse tale. ¶ Et nota q habit⁹ et habitualiter nō accipitur hic ꝓprie ꝓ qualitate genita ex actibus frequentatis: sed largius pro oī dispositione volūtatis / q̄ parata est velle actualr obiectū sibi sufficiēter presentatū. Nā volūtas anteq̄ habuisset actum volēdi oīa q̄ de⁹ vult sine hoc particulare volitū deo: tenet̃ habitualiter hoc velle: et tamen non tenetur habere qualitatē ex actibus genitā: cū nullus actus ꝑcessit. ¶ Dicit̃ notāter in ꝓpositione.

non actualiter: q2 posset voluntas apprehenso
aliquo a deo volito non esse deliberata aut distra
cta circa alia. Posset etiam suspendere actū suū
z precipere intellectui: vt magis deliberaret. Nā
actus preuenientes deliberationem non sunt in
hois potestate: ideo ad illoꝝ moderationē subitā
homo nō obligatur. ¶ O Concessum etiā est hu
mane infirmitati: vt dicūt doctores: si euenit ali-
quid triste: z penale motu quasi subito z natura-
li: illud nolle z quasi disconueniens refugere. Cū
aūt ratio accedit: z q̄ hmōi euentus causa est di-
uina voluntas attendit: tunc volūtate talem deli
beratā cognitionē ꝯsequente: tenetur se ꝯformare
voluntati dei volendo illud triste z penale. Unde

Augustin9.

btūs Aug. Si qui recto sunt corde: quandoq3 eoꝝ
de mortali priuatim aliqd vellnt qd sine cause ne-
gocio vel pñti necessitati conuenit: tñ ꝗ̄ cito intel-
lexerint aut cognouerint deū aliud velle: prepo-
nūt voluntatē omnipotētis sue volūtati infirme:
z voluntatē dei voluntati hoīs. Unde hō xp̄s ostē
dit quandā priuatā hoīs voluntatē p̄ri: dicens.
Si fieri potest: transeat a me calix iste. Hec hūa-
na volūtas erat propriū aliquid z priuate volēs.
Sed q2 rectū corde voluit esse hominē: z quicqd
in eo aliquantulū curuū esset: dirigere ad deū: q
semper rectus est: subdit. Uerūtamen nō qd ego
volo: sed quod tu vis pater. ¶ Dicitur etiam nisi
reuelatio aut preceptū dei zc. quia posset deus re
uelare petro q̄ nō vellet eū3 velle mori patrē: quē
tñ deus ipe vellet mori. In quo casu teneretur pe

Roñ.iiij.

trus velle patrē suum nō mori: licet sciret deū ip3
velle mori. ¶ Dicitur notanter in particulari co
gnite: q2 vt. s. dictū est: pōt bon9 filius patrē suū3
velle viuere quē deus vult mori: dum ignorat hāc
dei voluntatē. Unde licet pater grauissima labo-
ret ac desperata infirmitate: adhuc filius potest
velle patrē viuere. Pōt etiā vite remedia querere
medicoꝝ opere z aliis licitis vūs: tum q2 nulla in
firmitas est euidēs signū q̄ de9 velit p̄rem mori:
q pōt etiā mortuos resuscitare: z vocat ea que nō
sunt sicut ea q sunt. Semp̄ eñ dubitare pōt fili9:
an de9 velit patre3 suū mori ad min9 pro illo: vel
isto instanti. Jō donec mortu9 nō fuerit: remedia
lōgiorꝭ vite licite q̄rere pōt. Et sic suo mō in aliis
pōt q̄libet q̄rere defensionē ac refugium ꝯtra insi
diantes: oppugnantes: opprimētes: l3 deus velit
eū sic tētari: z dāpnificari: q̄diu ignorat vtrū deus
hoc velit: aut q̄diu z vsq3 quo hec velit: semp̄ tñ
manere d3 habitualis illa conformitas volūtatis
mediata: de q loquit̄ propositio tertia: vt semp̄ sit
parat9 aio patiēter ferre: si nosset deū hoc simpli
citer velle. ¶ P Sed hic q̄ri pōt: p̄ q̄d nobis ino

Questio.

tescere pōt volūtas dei bñplaciti z ꝯñs. Rñdetur

Rñsio ad questionez.

q̄ duobus modis possum9 certe cognoscere deū
aliquid velle nunc esse vel fuisse vel futuru3 fore.

Actuum.v.

Unus est diuina reuelatio. Sic certe p̄phete no-
uerūt p̄terita p̄sentia z futura. Sic moyses nouit
mūdi creationē: quā posteris descripsit: q longe
fuit p̄terita. Sic petr9 nouit p̄cium qd fraudauit
ananias ꝯsentiēte saphyra. Sic helise9 p̄pha no
uit giezi tenere vestes q̄s naamā dederat z mune
ra. iiij. Reg. v. Sic nos certe credimus futuꝝ iudi
ciū: antixp̄i persecutionē: z mortuoꝝ resurrectio-
nem. Alio mō cognoscitur hec diuina voluntas
ipso facto aut operatione. Cū eñ diuina volun-
tas oīm rerū existentiu3 est autor: z nihil omnino
fieri pōt ea nolēte: eo ipso q̄ aliquid fit: vel factū
est: certe noscimus deū hoc fieri: vel factū esse vo
luisse. Et hec notitia tñ extēdit se ad preterita et
existentia: nō ad futura. Uñ certi sumus q̄ quecū
q3 circa nos fiunt: siue prospera: siue aduersa: vt
abundantia temporalium in frumento z vino: di
uitiarum affluentia: corporum sanitates: honoꝝ
sublimationes. Similiter z hominū clades: guer
re: pestes: terrarū depopulationes: paupertates: ęr
rūne: amicoꝝ interitus z similia: omnia deo vo-
lente z faciente hec fiunt: vt. s. tactū est. ¶ Q Ex
quo sequitur q̄ in omnibus supra dictis ita tene
mur nostrā voluntatē diuine conformare volūta
ti: vt omnia hec dum fiūt: seu accidūt: nobis pla-
ceant: eaq3 sic fieri velimus tanq̄ volita a deo sua
rectissima z iustissima voluntate. Hoc etiam do-

Eccli. xxxix

cemur Eccl. xxxix. Bñdicite dñm in operib9 suis
Et dicetis in cōfessione. Opera dñi vniuersa bo-
na valde. Opera enim dñi exquisita sunt in oēs
voluntates eius. Et iterum in ps. Benedicam

Ps.
Augustin9.

dñm in omni tpe. semper laus ei9 in ore meo. Su
per quo Aug. Nunquid solum qñ tibi benefacit:
quando abundant temporalia: multum frumen
ti vini z olei: auri: z argenti: pecorum: domorum:
tūc benedices? Non: sed in omni tpe: ergo z tunc
qñ illa fm tempus z fm flagellum dei turbantur:
auferūtur: z minus nascūtur: z iam nata dilabun
tur: z exinde sequitur egestas: labor: dolor: ac tri
bulatio: tunc q cātas: benedicam domino in om-
ni tpe: bñdic z quādo illa dat: z qñ illa tollit: quia
ille dat: z ille tollit: sed seipsum a benedicente nō
tollit. De illis vero qui se non ꝯformāt diuine vo
luntati dicit propheta. Confitebitur tibi cum bñ

Ps. xlviij.

feceris ei: super quo glo. i. laudabit te o deus cū
benefeceris ei: z solu3 in prosperis: z blasphemat
in aduersis. Non dicit qui talis est: vt seruū Job.
Si bona suscepimus de manu dñi: mala cur non
sustineamus? Et itex. Dñs dedit: dñs abstulit: si
cut dño placuit ita factū est: sit nomen dñi bñdi-
ctum. ¶ R Sed dicis ergo placere debet incen-
dium: z ita non erit extinguendu3: dum in domo
vel in ecclesia oritur: nec muniendus est locus cō
tra hostiū insultus: nec defendenda patria: s3 nec
instituende processiones: ac oratiōes publice ad
deum fundēde sunt tpe pestilētie z guerrarū: qd
est contra vsum ecclesie. Si eñ tenemur illa velle
nō sunt nolenda: z ita nec etiā ne sint orandū est
aut agendū. Itē sic deberent nobis placere pctā:
homicidia: adulteria: furta: comesationes: ebrie-
tates: ipudicitie: z cetera maleficia z pctā. Oīa il-
la sicut cetera supradicta nō nisi deo volente fiūt
si eñ fieri nollet: fieri non possent. Ad primum dr
q̄ supradicta penalia z aduersa dum fiunt aut fa
cta sunt: placere debent tanq̄ a deo iusta volūta
te facta. Sed quia dubium nobis est quādiu dñs
velit vt maneat: possumus velle vt cesset. Uult
eñ qñq3 dñs incēdiū oriri: z non cōtinuari. Uult
etiā qñq3 hostes insurgere: z conari aduersum in
stos z nō nocere: sed ab eis quib9 nocere moliun
tur: repelli. Et ideo muniēda sunt loca: instituen-
de p̄cessiōes: extinguēda incēdia: nō vt nō sint or
ta: frustra eñ hec fierēt: cū p̄teritum reuocari nō
possit: vt nō fuerit: nec qd est: caueri vt nō sit: cum
oē qd est: qñ est: necesse sit esse: in sensu cōposito.
Sed agendū est z orādū: vt ea tollanẗ: vt non per
maneāt: hoc eñ an deus velit qi nobis incogni-
tū est: orandus est vt velit: q2 forte iō oriri voluit:
vt ad oronem nos excitaret: z nos exaudiēdo no
bis suā charitatē ostēderet: z p̄ hoc dilectionē in
nobis ad se hñdā excitaret. Qd eū fecisse innume
re scripture testantur. Sic indurauit Pharaonē
vt potentiam suam populo liberādo ostēderet: et
eos p̄sequi p̄misit vsq3 ad mare rubru3: vt eos mi
rabiliter liberatos: ad sui cognitione3 z amorem
erudiret: vt hr. in Exo. Et p̄ hoc p3 q̄ si oritur incē
diū: laborādū est ad extinctionē: ne p̄manēdo ab-

famat: licet nō sit volendū vt nō sit ortum: q̄z hoc ipsum ꝙ ortum est: certum est deum voluisse: non aūt certū ꝙ deus ipsum velit ꝑmanere: augeri: vł ad nondū incensa protendi. Si aūt certum foret ꝑ reuelationem aliquā: deū velle totā ciuitatē incinerari: aut ab hostibus capi: nequaꝗ̄ resistendum foret nec laborandū ad ignis extinctionem: aut hostium repulsionem aut orandū pro pestilētie ablatione ⁊c. Sic peccauerunt iudei nolentes ciuitatē hierlm ⁊ seipsos tradere regi Nabuchodonosor ad denunciationē hieremie: vt hꝫ Hiere. xxxviij.

Obiectio.

¶ S Ad secundum respondebitur infra cum docebitur de voluntate signi quod est permissio. Sed diceres ꝙd si deus reuelaret alicui ꝑscito: ꝙ dānādus esset: nūquid talis prescitus vellet deberet suā perpetuā damnationē? Hoc enim esset contra legem dilectionis: qua tenetur seipꝫ diligere ad salutem. Ad hoc r̄ndet Grego. de arimino. q. vlt. j. snīarum. Supposito inquit: ꝙ talis reuelatio a deo possit fieri (qꝺ est satis dubium.)

Rn̄sio Grego. de arimino.

Dicendū videretur ꝙ nisi deus vellet hmōi hominē non velle suam dānationē ⁊ hoc sibi constaret: ipse sciens dei voluntatē: deberet ꝯtentari: et velle ꝙ eum deus dānaret: ex quo sic esset placitū deo: ⁊ hic actus procederet ex maxima dilectione dei: nec esset culpabilis: sed laudabilis. Et vlteriꝰ videtur dicendū: ꝙ in tali casu non esset sibi licitum pro finali salute sua orare: sed simpliciter de diuino iudicio deberet cōtētari. Et huic fauet dictū beati Aug. xxi. de ciuitate dei. c. xxiiij. Ubi eiꝰ snīa est: ꝙ pro nullo viuente finaliter reprobato ecclesia oraret vt saluaretur: si de eius reprobatiōe esset certa. Ait eñ. Si de aliquibus ita eccl̄ia certa esset: vt qui sint illi etiā nosset: qui licet adhuc in hac vita sint constituti: tñ predestinati sūt in eternū ignē ire cum diabolo tam pro ipsis nō oraret ꝗ̄ nec pro seipso: ⁊ hoc late declarat ibidē.

Augustinꝰ.

Et intelligendū est qꝺ dictum est: in casu in quo quis esset certus deū sic absolute: ⁊ non solū conditionaliter velle. ¶ T Illa aūt propositio quarta quibusdā videtur dura. Unde arguūt ꝯtra eā. Uoluntas nō tenetur oīa velle que deꝰ vult: etiā que nouit deū velle: ergo propositio illa est moderanda: ⁊ nō sicut iacet est vera. Antecedēs probatur: q̄z si teneref oīa velle q̄ nouit deum velle: aut hoc est ex natura volitoꝝ a deo: aut ex precepto: sicut eñ nihil est malū nisi ꝺm se: vł ex ꝓhibitione superioris: ⁊ per ꝯsequēs ex se cauēdū: vel ex prohibitione: sic nihil est necessario volendū: nisi ex se vel ex ꝑcepto superioris in proposito vel ex precepto dei: sed rē volitā a deo non semꝑ tenemur velle ex natura rei: puta damnationē patris: q̄z sic teneremur eā velle: etiā si deus eaꝫ per impossibile vellet nō tanꝗ̄ rē per se bonā: qꝺ est absurdū: neq̄z ex ꝑcepto id tenemur: quia nusꝗ̄ legimus tale preceptū. Preterea si tenemur conformare volūtatē nostrā volūtati diuine: sic subiectus teneref voluntatē suā ꝯformare volūtati sui prelati: ł his in quibꝰ est sibi subditus: sed ille non tenetur facere vel velle id qꝺ prelatus vult fieri ex eo solo: ꝙ prelatus vult hoc fieri: sed ex hoc ꝙ prelatus vult subditum hoc velle vel facere. Ita videtur in proposito. Illud tñ tenetur voluntas hominis velle quod deus vult eum velle: ⁊ nō vniuersaliter q̄cquid deus vult. ¶ Huius sententie est Durandꝰ circa primū snīaꝝ: ⁊ videf cōsentire btūs Thom. j. ij. q. xix. ar. x. Et allegatur ad idē Ansel. li. de similitudinibus dicens nō debere nos velle semper qꝺ deus vult: sed velle quod deus vult nos velle. Itē Aug. in enchi. Deū cōgruit aliq̄d velle: quod nō congruit hoīs volūtati velle. Et allegat idē magister disti. xlvi. primi. Et ꝺm hoc dicunt: ꝙ si deus alicui absolute reuelaret suā dānationē: nō teneretur talis velle suā dānationē. Quia licet sibi innotesceret: ꝙ deus vellet suam damnationem: nō tamen ex hoc innotesceret deum velle ꝙ damnādus vellet suam damnationē. Et ꝺm illos loco ꝓpositionis quarte suprapositę: ponitur hec ꝓpositio que etiam apud priorē opinionem vera est.

Btūs Anselmus.
Augustinꝰ.

¶ U Uoluntas hominis viatoris ita tenetur se conformare diuine voluntati in volito: ꝙ non debet remurmurare oppositū volendo simpliciter ⁊ deliberate ei: quod scit deum velle: secus ex conditione. Probatur conclusio: quia voluntas viatoris volendo scienter iniustum: peccat: ⁊ est iniusta. Sed voluntas volens oppositum ei quod iustum est: scienter vult iniustū: ergo est iniusta. Ultra. Omnis voluntas volens oppositū ei quod vult deus: vult quod scit vel scire debet esse iniustum: ergo est iniusta. Antecedēs patet: quia omne quod deus vult: eo ꝙ vult: iustum est: ergo eiꝰ oppositū iniustū. Item quilibet viator tenef deū super omnia diligere: ergo tenetur velle q̄ nouit dominum deū velle: ⁊ ita non remurmurare. Cōsequentia tenet: quia ꝺm Tullium. Amicitia est idem velle ⁊ idem nolle in rebus honestis. Omnia aūt que deus vult iusta sūt ⁊ honesta. Et hec ratio etiam probat priorem propositionem. Iteꝫ volens ꝯtrarium ei quod deus vult scienter ⁊ deliberate: repugnat diuine iusticie: hoc autem nō licet: ergo antecedēs pro prima ꝑte ꝑꝫ. Uolens contra diuinam voluntatem: vult contra legem eternaꝫ: ⁊ ita repugnat diuine iusticie: que est ꝺm legem eternam: ⁊ per consequens peccat. Consequentia illa simul cum antecedente patet ꝑ beatum Augustinum lib. xxij. Contra faustū: qui diffiniens pctm̄: ait. Peccatum est dictum: factum: vel concupitum contra eternam legem. Et declarando subdit. Eterna lex ratio est vel volūtas dei. Item volens aliquid non esse quod deus vult eē videtur quantum in se est a deo tollere omnipotentiam. In eo enim ꝙ vult oppositum: vult diuinam voluntatē non esse efficacē: ⁊ ita nō esse omnipotentē.

Tullius.

¶ Dicitur notanter simpliciter: quia ex conditione posset oppositum velle: vt potest velle non pati certos aduersitatē: si non demeruissent talē vel talē tribulationē ꝙ eā non paterenf. Sic ⁊ virgo gloriosa: ⁊ sancti noluerunt passionē christi sub conditione si non peccasset homo: quā tñ voluerūt propter humani generis redemptionē. Cetere conditiones patent. ¶ X Uerum volens seruare primā opinionē que est sancti Bonauē. Gregorij de ari. Ockam ⁊ alioꝝ plurium: facile responderet ad rationes in cōtrariū factas. Ad primā diceret: ꝙ voluntas viatoris tenef velle quicquid nouit deum velle ex precepto dei: quo preceptum est diligere deum super oīa. In hoc precipitur etiā velle omnia que deus vult: cū diligentiū sit idē velle ⁊ nolle. ¶ Ad secundam diceret: ꝙ nō est simile de subdito respectu sui prelati ⁊ subdito dei: quia non tenetur subditus suum prelatū plꝰ seipso diligere: sicut tenemur deum diligere. Etiā prelatus habet superioritatem in corpus tñ: nō in aīam: ideo sufficit ibi exterior ⁊ corporalis obedientia. Sed deus habet plenū dominiū in aīas ⁊ corpora: qui magis requirit interiora mentis obsequia: ꝗ̄ corporis exteriora. Hec auteꝫ maxime consistunt in conformitate voluntatis viatoris cum diuina in volito: vt idem velit et nolit. De secunda conformitate in volendi actu: hoc est ꝙ velit quicquid deus vult eum velle. Dicendum est sicut de voluntate signi: quia nō aliter potest hoc

Augustinꝰ.

nobis

nobis innotescere quid de⁹ velit nos velle: nisi p signa: scz pcepta: prohibitiones: aut ɔsilia. Ideo simul tractabit cū volūtate signi lectione sequē-ti. De volūtate antecedēte dr̄ breuiter: φ viator nō tenet se ɔformare illi nisi esset pceptū dei volē-do illud qđ deus tali voluntate dr̄ velle. Gfa exē-pli. Volūtate antecedente vult oēs saluos fieri: vult ꝛ omnes homines pfectos esse: qꝛ ad vtrūq; dat antecedentia arbitrium liberum ꝛ gratiam. Sed primo addit preceptum: secundo cōsilium. Ideo primum tenemur velle: non secūdum: sicut infra dicetur de voluntate signi.

Lectio .lxix. A



Sten sortcun q quē-admodum vo-lūtatem nostrā ɔforma-ri opz di-uine vo-luntati benepla-citi cōse-quenti: qđ est se ɔforma-re volūtati dei in volito: cōsequēter vidēdū quō nostra volūtas dz ɔformari volūtati signi. Quo etiā patebit quō debemus nos cōformare volun-tati diuine bnplaciti in actu. i. in eo qđ vult nos velle. Nā cōformādo nos pceptis ꝛ cōsilijs: hoc volumus qđ ipse vult nos velle. Quicqđ em̄ vult nos velle: p ei⁹ pcepta ꝛ ɔsilia: nobis innotescit. Silr qđ vult nos nolle seu non velle: per ei⁹ pro-hibitiones manifestat. ¶ Sed hic statim oritur dubiū. Vn̄ nobis innotescunt dei pcepta prohi-bitiones ꝛ cōsilia. Ad qđ rn̄det φ multis modis hec nobis insinuant. Primo p naturalis rōnis dictamē ꝛ iudiciū. Hec em̄ est lex naturalis ꝛ re-gula nr̄e volūtatis: nūq; discordās a regula diui-ne rōnis: quantū ad prima agendoꝝ ꝛ vitandoꝝ principia practica. Hāc em̄ de⁹ cōtulit homini: vt semp ad optima dep̄cet. Vn̄ et apl's ad Rom. ij. Cū gētes q̄ legē: scz scriptā: nō habent: natura-liter ea q̄ legis sunt faciūt: eiusmodi legē non ha-bētes ipsi sibi sunt lex: q̄ ostendūt opus legis scri-ptū in cordibus suis. Huius em̄ legis naturalis principia sunt immutabilis rectitudinis a deo: vt contra ipsa nulla alia lex statuta ab hoie recta esse pōt. Qđ vtiq; verū non esset: nisi esset confor-mis rectitudini diuine volūtatis. Recta itaq; ra-tio a deo nobis indita suo dictamine et iudicio nobis insinuat diuina precepta ꝛ cōsilia. Concor-dat em̄ p oīa diuine volūtati et rationi. Vult em̄ de⁹ nos illi obtemperare. Eterna em̄ lex natura-lē ordinē seruare iubet: perturbari vetat: vt dicit Aug. xxij li. contra faustum. Hic ordo est vt oēs actiones moresq; hoīs sint rōni subiecte. Unde ꝛ Aug. li. i. de libe. arbi. Hō ordo rectus vel o[illegible] ordo appellād⁹ est: vbi deteriorib⁹ meliora subij-ciuntur. Et sequit. Ratio irrationabiles alemo-tus regit: id scz dn̄at in hoie cui dn̄atio lege debe-tur: eāq; eternā legē cōperimus. Dictamen igit recte rōnis manifestatio ē legis diuie. ¶ B Se-cūdo nobis notificat diuina lex pcepta cōtinēs: phibitionē: ꝛ cōsilia: per scripturā sacram. Hec em̄ pandit q̄ deus pcipit: phibet ꝛ cōsulit. Unde Hiero. in epl'a ad demetriadē virginē. Diuinas scripturas sepi⁹ lege: immo nūq; de manib⁹ tuis sacra lectio deponat. Scio in sacris scripturis p quas solas poteris plane dei voluntatē intellige-re: quedā prohiberi: quedā precipi: quedā conce-di: aliqua suaderi. Et beatus Greg. in moral. Fi-delium mētes per scripturā sacrā os dei intuen-tur: qꝛ deus per eas loquit: qđ vult ab ore ei⁹ fie-ri manifestū. Et Chrys. super Mat. In sacra scri-ptura inuenit ignorās quid discat: contumax qđ timeat. ¶ Tertio innotescit dei volūtas per con-suetudines rōnabiles: institutiones et traditio-nes vniuersalis eccl'ie: cui scz eccl'ie in apl'is mis-sus est spūssctūs vt ipsam doceret oēm veritatē: quapropter in his q̄ credēda pponit et agenda pcipit: nō credit a diuina lege errare. Rursuz nō solū ex traditionib⁹ vniuersalis ecclesie: sz ex pce-ptis ꝛ cōstitutionib⁹ etiā patrū ꝛ eccl'ie platoꝝ: quoꝝ est diuinoꝝ h̄re sciētiā ꝛ volūtatē ꝛ legē ex-plicare. Vn̄ ꝛ dn̄s de lege sua hesitantes / remisit ad sacerdotes di. Si aliqđ ambiguū fuerit in le-ge aut difficile: venies ad sacerdotes leuitici ge-neris / querēs ab eis: q̄ indicabunt tibi iudiciū ve-ritatē: et facies quecunq; dixerint q̄ presunt loco quē elegerit dn̄s / et docuerint te iuxta legē eius. Sequerisq; sententiā eoꝝ: nec declinabis ad dexte-rā: neq; ad sinistraz. Deute. xvij. Et alibi. Labia sacerdotis custodiūt sciētiā: ꝛ legē reqrent ex ore ei⁹. Vn̄ ꝛ xp̄s saluator iussit audire illos q̄ cathe-dras tenēt: ꝛ ceteris psunt. Omnia (inqt) quecunq; dixerint vobis: seruate ꝛ facite q̄si. s. ipsi doceant ꝛ sciāt dei volūtatē. ¶ Quarto etiā q̄nq; cogno-scit dei volūtas et lex p effect⁹ dei: qꝛ p hoc φ de⁹ punit aliq̄s act⁹ hoim: arguit φ hominē sic age-re sibi displicet. Et per hoc φ aliq̄s tales pmiat bona cōferēdo: cognoscit φ act⁹ illi deo placue-rūt. Ita displicuit deo numeratio ppl'i facta per dauid: p quo grauiter punitus legitur. ij. Regū xxiiij. Placuit dn̄o zelus phinees: pp̄ter qđ sibi cōtulit sacerdotiū sempiternū: et toti populo re-propitiatus est: vt habet Nume. xxv. ¶ ¶ Qui-bus pmissis sequunt alique ppositiones ostēdē-tes quō nr̄a volūtas tenet esse cōformis volūta-ti diuine signi. Et hec est ppositio pma. Volun-tati signi cognite: q̄ est preceptio ꝛ prohibitio: te-net viator suā volūtatē cōformare: vt velit iussa modis quib⁹ pcepta sunt perficere ꝛ phibita ca-uere. Patet ppositio per illud. Si vis ad vitā in-gredi serua mādata. Itē q̄libet viator tenet deuz diligere ex toto corde ꝛ sup oīa. Sed hec est cha-ritas dei vt mādata ei⁹ custodiam⁹. Et q̄ hz mā-data mea ꝛ seruat ea: ille est q̄ diligit me. Dicitur cognite: qꝛ si inuincibili ignorātia laboraret ex-cusari posset. Dicit etiā modis quibus precepta sunt: qꝛ aliter pcepta sunt affirmatiua: alr nega-tiua. Nā affirmatiua precipiunt pro loco ꝛ tēpo-re. Negatiua prohibent psemp: hoc est ita tenet viator se ɔformare volūtati signi pcepti: vt velit q̄ pcepta sunt perficere oīa: pro illo tn̄ tpe et loco ꝛ modo quo precepta sunt. Sed ea q̄ prohibent simpliciter pro omni loco ꝛ tēpore cauere. ¶ Sz dr̄ hic aliquis. Deus precepit aliqua que tamen non vult fieri neqz antecedēter neqz ɔnr. Simili-ter q̄nqz phibet aliqua que vult fieri: ergo videt φ nō teneamur illa facere q̄ pcipit: nec ea vitare que prohibet. Primū patet de Abraā: cui preci-pit φ filiū suum immolaret: quod tn̄ fieri noluit vt docuit effectus. Secūdū patet: quia Christus curans surdū et mutū: precepit astantib⁹ ne cui dicerēt: ꝛ quāto plus precipiebat: tāto magis il-li predicabant: in quo phibuit publicationē mi-

Dubium.
Responsio ad dubiū.
Ad ro. ij.
Augusti.
Hiero.
Grego.
Chryso.
Malac. ij.
Mat. xxiij.
Prima propositio.
Mat. xix.
i. Jo. v.
Joan. xiiij.
Aliter sunt precepta affirmatiua aliter negatiua.
Obiectio.
Gene. xxij.
Mar. vij.

raculi: et tñ ipsam voluit: vt factũ docuit: cũ miraculũ publicãtes nõ arguant vt pcepti trãsgressores.

Rñsio ad obiectionem.

Rñdet cõcedẽdo q res a deo pcepta non est semp volita volũtate bñplaciti: ꝛ res prohibita nõ est semp ab ipso nolita volũtate bñplaciti: ꝛ res nolita: vt dictũ est lectione pcedẽte. Sed nihilomin⁹ tenet hõ velle qd pcipit: ꝛ nolle qd ꝓhibet: qꝛ quãuis nõ semper velit sua pcepta adimpleri volũtate cõsequẽte: tñ vult nos semper ad pcepta obligari: hoc est vult nos obligari ad volendũ ea q̃ pcepit. Et hoc pcertim dũ nõ ꝯstat de volũtate bñplaciti cõsequẽte opposita. ¶ D Et si iterũ replicat: tũc illa pcepta q̃ vult non obseruari essent signa falsa. Sicut signa intellect⁹ non sunt vera: nisi sic sit in re sicut ipsa significãt. Ex eo em̃ q res est vel nõ est: oratio vera vel falsa dr. Sic et videt de signis volũtatis: q illa precepta ficta sint: q̃ precipiẽs nõ vult obseruari seu impleri. Qui enim indicat se velle qd nõ vult: fictus videt: qd deo nõ cõuenit. Ad hoc rñdet fm aliqs: q precepta dei etiã illa que generaliter omnibus data sunt: vt precepta decalogi: nõ sic sunt signa volũtatis diuine: q res pcepta sit simpliciter volita voluntate consequente. Sic enim oĩa precepta ab oĩbus seruarent: sicut generaliter voluntas beneplaciti cõsequẽs semp adimpleret. Sed sufficit q res precepta sit volita voluntate antecedente. Sic em̃ dedit mandatum de dilectione sui: quã vult voluntate antecedente: quia omnibus dedit naturalia dona et auxilia: quibus fieri possunt in deũ dilectione quã precepit. Et ita in ꝓposito dicũt de mãdato abrae specialiter facto: q de⁹ nõ voluit immolationẽ filij eius volũtate consequente: quãuis ipsam voluit voluntate antecedente. Et ex hoc secluditur fictio a precepto ꝛ pcipiẽte: qꝛ vtiqꝫ vult qd pcipit: etsi non sp executiue: tñ antecedẽter. Sed tenẽdo fm supradicta q de⁹ noluit immolationẽ isaac voluntate antecedẽte. Dicẽdũ q adhuc non est pceptũ fictũ nec pceptor fict⁹: qꝛ hoc pceptũ non est signũ volũtatis dei: q̃si de⁹ vellet rẽ quã pceptũ significat sꝫ est signũ obligatiõis: quo vult obligari subditum ad faciẽdũ illud qd pcipit. Et fm hoc abraã exhibuit suã obediẽtiã volẽdo filiũ suũ immolare. ¶ E Hoc plani⁹ põt sic exꝑmi. In pcepto deo abrae est attendere ṽba pcipiẽtis: ꝛ intẽtionẽ pcipiẽtis. Preceptũ illud fm mẽtẽ pcipiẽtis pretẽdebat obediẽtiã abrae fieri notã ceteris in exẽplũ ꝛ nõ immolationẽ filij quã pcepti ṽbꝫ significabãt. Quẽadmodũ ꝛ plat⁹ religiosus qñqꝫ pcipit fratri suo aliqd arduũ qd tñ per ipm nõ vult adimpleri: vt experiat obediẽtiã fratris: vñ cũ viderit fratrẽ velle pceptũ adimplere: reuocat pceptũ. Nec tñ in hoc prelat⁹ precipiẽs est fictus: qꝛ qd intẽdit p pceptũ: scꝫ probationẽ et meritũ fratris: vere execut⁹ est: nec preceptũ fictũ et inutile est: qꝛ ꝓpter fratris obediẽtiã cedit fratri in meritũ: licet reuocatus nõ exequat. Et si tam large acciperet fingere. i. valeret tantũ dare signum q aliqs aliquid velit fieri (qd tñ dans signum non vult fieri) in vtilitatẽ ꝛ ꝓfectũ eius: cui fit signuꝫ nõ repugnat diuine sapientie ac iustitie fingere: immo sic fingere sepius bonũ est ꝛ vtile. Et in ꝓposito hec fictio multũ profuit abrae quantũ ad obedientiã quã ostẽdit: quã per hoc preceptum dñs ꝓuocauit. Sic ꝛ xp̃s finxit se longius ire: ad excitandũ charitatem et opus misericordie discipulorꝫ quib⁹ loquebat. De scdo qd inductum est

Luce. xlti.

de surdo ꝛ muto cui⁹ curationẽ miraculosam ne ꝓmulgaret precepit: aliter dicẽdũ. Nã illos quibus precepit ne cui dicerent: noluit obligari ad nõ faciendũ qd ꝓhibuerat: seu ad volendum nõ facere sicut voluit obligare abraã p pceptuꝫ sibi datũ. Tũc em̃ fuissent hi: qui tãto ampli⁹ clamabant: bene oĩa fecit surdos: fecit audire ꝛ mutos loqui: q̃to xp̃s pcipiebat ne dicerẽt: transgressores. Sꝫ vt dicit Durãd⁹ illd ꝓponebat magis vt documentũ: q̃ vt pceptũ: vt pꝫ p glo. Aug. Unde per hoc instruunt benefacientes: vt ex bñficientia nõ querãt gloriã mũdi. Instruunt ꝛ beneficiati: vt nõ sint ingrati. Et hoc xp̃s figurabat in se: et in alijs quib⁹ loquebat: vt scꝫ fuga sit proprie glorie in benefactorib⁹ et fuga ingratitudinis in beneficiatis. Et sic sermo verus est sine fictione: ꝛ hoc mõ figuratiuo. Et si diceres. Cũ filijs sit ꝓlatio ṽborꝫ quib⁹ hic pcepit ne cui dicerẽt: ꝛ eorꝫ per que discipulis corã quib⁹ transfigurat⁹ est in mõte pceperat: ne visionẽ quã viderãt: cuiqꝫ dicerent: donec fili⁹ hoĩs a mortuis resurgeret: per q̃d illi intellexerũt ṽba preceptiua nõ esse preceptũ: isti siliã susciperent vt preceptũ. Põt dici: q dñs qui loquebat foris: illuminabat mẽtes vtrorũqꝫ ad intelligẽdũ qua intẽtione ac quo intellectu hec illa protulerit. Hoc quo ad tũc psentes xp̃o loquẽti. Quo ad nos ꝓpter quos scriptũ est intellectũ colligimus ex his q̃ circũstant scripturã: sicut dicit Aug. li. lxxxiij. q. lxix. Solent circunstantes scripturarũ illuminare sentẽtiã ꝛc. vt. s. allegatũ est lec. xxix. Cũ em̃ illi ad verbũ xp̃i prohibẽtis ampli⁹ laudabant dñm: isti pceptũ ad literã seruabant: ꝛ vtrũqꝫ commendat: colligimus vtrosqꝫ intellexisse intentionẽ dñi pcipiẽtis. ¶ F

Durãdus.

Augusti.

Scda ꝓpositio. Uolũtati signi qd cõsiliũ dr: volũtas viatoris cõformare se tenet: nõ vt pficiat: sꝫ ne ꝯtẽnat. Primũ pꝫ: qꝛ de his dicit dñs. Qui põt capere capiat. q. d. nõ obligo ad perficiendũ sed cõsulo vt qui põt seipsum vincere faciat. Nõ em̃ ꝯsilia euãgelica obligant: alioqn ꝛ ipsa precepta essent: sed viã pfectiõis tãqꝫ magis expeditã ostẽdunt. Uñ ait dñs. Si vis pfectus esse: vade: vẽde oĩa q̃ habes ꝛ da pauperib⁹: ꝛ habebis thesaurũ in celo: et veni sequere me. Qd verũ est: nisi quis voto se astrinxisset sicut clerici in sacris ꝛ religiosi ad cõtinentiã: quib⁹ propter votũ sponte emissum: consiliũ factũ est preceptũ: fm illud. Uouete et reddite: primũ cõsiliũ: scdm est pcepti. Scdm patet: qꝛ tenemur non spernere: sꝫ amplecti tanqꝫ vtilia ꝛ expediẽtia ad btitudinis ꝯsecutionẽ. Qui em̃ spernit cõsiliũ: spernit cõsulenteꝫ. Et q̃ iudicat aliqd cõsiliũ inutile et vanũ: aut reputat cõsulentẽ malitiosum: aut insipientẽ: que nefas est cogitare. ¶ Tertia propositio. Eisdem modis quibus tenemur nos cõformare voluntati cõsequẽti diuini beneplaciti: tenemur nostraꝫ volũtatẽ conformare diuine operationi: q̃ dr volũtas signi. Patet: qꝛ opatio diuina certũ signũ est volũtatis diuini beneplaciti: vt. s. habitũ est. Quicq̃d em̃ deus operat: illud est ab eo volituꝫ: volũtate beneplaciti consequẽte. Siquidẽ nihil operat nolẽs aut ignorãs. ¶ Quarta ꝓpositio. Uolũtati signi q̃ est permissio: cõformari nõ debemus vt eadẽ faciamus: aut in alijs similia permittamus. Pꝫ hec ꝓpositio: qꝛ illa q̃ deus pmittit (vt pmissio est signũ distinctũ ab alijs diuine volũtatis signis) mala sunt q̃ deus nõ impedit. Mala aũt nec facere debemus: nec pmittere in alijs: saltẽ oĩa vniuersaliter. Alioqn deberemus velle pctã ꝛ diuinam offensaꝫ. Hec em̃ permittit de⁹. Uñ Hugo li. i. de sacramẽtis parte. iiij. De⁹ permittit mala: ꝛ malus non est: quia malum ad bonũ et decorẽ vniuersi nouit optime reformare. Rex aũt et prelat⁹ malus censendus est: si sine

Secũda ꝓpositio.

Mat. xix.

Ibidem.

Tertia propositio.

Quarta ꝓpositio.

Hugo.

periculo

periculo maioris mali malū fieri non ꝓhibet et impedit: sed permittit. Tenemur tamē ꝛ obligamur cōtra dei permissionem nō murmurare: qꝛ iustissime ꝛ sapientissime permittit iuxta sua occultissima iudicia: ꝛ abyssum sue sapientie infinite. In signum cuius ꝛ filys israel cōtra dominum murmurātibus pena grauis nūciatur. Unde

Nūe.xiiij.

nūeri.xiiij. Oēs qui nūerati estis a vigesimo anno ꝛ supra: ꝛ murmurastis contra me: nō intrabitis terram super quā leuaui manū meā: vt habitare vos facerē. Unde ꝛ aplſ hortaf. Neqꝫ murmuraueritis sicut quidā eorum murmurauerūt ꝛ perierunt ab exterminatore. Et tm̄ de primis

j.Cor.x.

modis ↄformandi se diuine voluntati: scꝫ in volito ꝛ in volēdi actu: qđ ē in eo qđ vult nos velle: que sua voluntas nobis innotescit per signa sue voluntatis. ¶ B De tertia ṽo cōformatione: q̄ est in modo volendi: vt scꝫ ea que volumus ex simili charitate ꝛ ꝓpter eūdem finem velimus: ex qua ꝛ propter quē deus vult: hoc est ex charitate ꝛ principaliter ꝛ finaliter ꝓpter deū lōgiorem tractatū requirit. Sed hoc sufficit pro nunc: ꝙ quotiens aliquid meritorie volendū est: necesse est vt nr̄am voluntatē diuine cōformemus: modis supradictis: ꝛ vltra hec etiā in modo volēdi: ita vt hec ex charitate velimus ꝛ principalr̄ ꝛ finaliter ꝓpter deū. Et qꝛ nō semper tenemur mereri: nō tenemur nos semper conformare diuine volūtati in modo volendi: quāuis nihil vtilius sit viatori: nihil iocūdius cōprehensori: ꝙ sic se cōformare summe volūtati. In hoc em̄ consistit omne meritū viatoris: ꝛ fruitio cōprehensoris. Unde breuiter ad illā cōformitatē tenemur: qñcū qꝫ deū super oīa diligere actualiter obligamur. Et hec de ista cōformitate sufficiant. Et per hoc ad rationes in principio huius qōnis preceden. ti lec. adductas rñdetur. Ad primā: q̄ arguit ꝙ nō tenemur nos conformare diuino intellectui intelligendo: ergo nec voluntati volēdo. Dicitur ꝙ nō peccamus assentiēdo falso difformiter diuino intellectui vtꝫ aut semper: qꝛ defectus ille quo intellectus noster assentit falso nō est semp ex his que sunt in nr̄a ptāte. Cogitur enim qñqꝫ falsis ꝛ sophisticis rōnib⁹ quas intellect⁹ soluere deprehēdendo defectū eax nō pōt. Unde in his nullū pctm̄ cōmittit: sed tm̄ intellectus ligatur. Et ita nō est in ptāte intellectus semp se cōformare diuino intellectui. Defectus aūt volūtatis quo minus nr̄a volūtas se cōformat volūtati diuine est in nr̄a ptāte: qꝛ in nullo nr̄a volūtas cogitur ad volēdū siue nolēdū quodcūqꝫ ꝓpter sui libertatē. Eapropt dū se nō cōformat diuine volūtati: dū ꝛ ibi tenet ſꝫ ꝑmissa iuste ad pctm̄ sibi imputaf. Hinc ꝛ de intellectu quātū ad ea que fidei sūt: ꝛ necessaria ad salutē: si se difformauerit diuino intellectui: pctm̄ in forib⁹ est: qꝛ hec credere est in nr̄a ꝑtāte. Nō em̄ credit nisi volens: ait

Augustin⁹

bea. Aug. Ad ſꝫ oppm̄ patuit q̄ ꝛ quō diuina voluntas est regla nr̄e volūtatis: ꝛ ꝑ hoc ꝙ in his in quib⁹ est regla volūtas nr̄a se cōformare obligaf. ¶ H Scđm oēs itaqꝫ hos modos: quibus nr̄a volūtas diuine dꝫ cōformari volūtati: petimus vt fiat volūtas dei in nobis: dicentes. Fiat volūtas tua. Petim⁹ em̄ hec dicentes grām dei: per quā sua volūtas nedū bñplaciti de quo supra ſꝫ ꝛ signi in nobis fiat: vt per grāꝫ tuā vniuersa ꝑcepta tua intelligamus sine errore: mēoriter teneam⁹ sine obliuione: ope exeq̄mur sine tpe: ſꝫ ꝛ prohibita diligenter caueamus: ac cōsilia non spernētes feruēter amplectamur: vniuersa eius opa collaudem⁹: ꝛ in donis suis ac ꝓſpitatibus gratias agamus. In aduersis patientiam seruemus. In omnib⁹ nosmetipsos exhibentes sicut

ij.Cor.vj.

dei ministros: per arma iusticie a dextris ꝛ sinistris. Ut quoqꝫ in tuis promissionibus nō presumamus nosipsos atqꝫ nobis cōmissos negligentes: ac tua patientia abutentes: thesaurizemus nobis iram in die ire ꝛ reuelatiōis iusti iudicij dei. Sed nec tibi in malorum prosperitatibus quōlibet remurmuremus. Sed in omnibus

Roma.ij.

tue volūtatis signis: ſm sanctissimā volūtatem tuā ꝛ iustissimā cōuersemur. Fiat vo. tua in nobis ꝛ in mō volēdi: vt quecūqꝫ volum⁹ ſm te et propter te: ꝛ in te qui dñs noster es ꝛ pater: ꝑncipaliter ꝛ finaliter ordinem⁹: ſm apli tui senten-

j.Cor.x.

tiam. Siue manducem⁹: siue bibam⁹: siue aliqd aliud faciamus oīa in gloriā tuā faciam⁹. Et sic tua in nobis volūtas fiat: vt tibi viuentes ꝛ morientes illis iūgamur in celis in quibus volūtas tua semp ꝛ feliciter adimpletur. Uel ſm dominū

Albertus.

Alb. petimus qđ in ps. cx. Magna opa domini exquisita in oēs volūtates eius. Dū preceptum implemus: ꝓhibitionē cauemus: cōsiliū amplectimur: opationē tanq̄ exemplū sequimur: ꝛ in permissione bonum nobis fieri permittitur. In permissione em̄ q̄uis nō velit pctm̄ qđ permittit: tamē vult bonū qđ ex ordinatione illius mali in alio prouenit. Sicut nō voluit crudelitatē decij ꝛ aliorū tyrānox: tm̄ voluit ex hoc elucescere cunctis in exemplum patiētiā laurētij ꝛ alior constantiā martyrū. Hec dum nobis fieri oramus: corde ore ꝛ opere conemur perficere: pro-

Roma.xij.

bantes ſm apli exhortationē. Que sit voluntas dei bona beneplacens ꝛ perfecta. Bona quidē in preceptis ꝛ prohibitionibus. Beneplacens in cōsilijs: ꝛ exemplaribus operationibus. Perfecta autem in bono: quod in nobis de ꝑmissis in alijs malis elicitur. Hec est voluntas dei de qua dicitur. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra. Sanctificamur dum sic quintuplici dei

j.Thes.iiij.

voluntati conformamur. Tunc em̄ benigne nobiscū facit deus pater noster qui es in celis: qñ nostram voluntatem sue voluntati conformat: vt edificentur muri hierusalem: qui de viuis et voluntatem dei facientibus lapidibus instaurātur. Hec Albertus. ¶ Sequitur. 3

Sicut in celo et in terra.

Proposita petitione simpliciter. Fiat voluntas tua: eius perfectio specificaf cū addif. Sicut in celo ꝛ in terra. Res em̄ ꝑfecta ꝛ magna petif: cū ita volūtas fieri optaf in terra sicut in celo ꝑficitur. Unde Cassian⁹ ait col. ix. Non pōt maior esse

Cassianus

ofo q̄ꝫ optare vt terrena mereanf celestibus coequari. ¶ Exponif aūt hec particula pluribus modis ſm diuersas celi ꝛ terre acceptiones. Accipif em̄ celū vel ꝓ celestis patrie incolis: ꝓ superiori portiōe rōnis: ꝓ sanctis hoībus ꝛ iustis: ꝓ superiorib⁹ mūdi spheris. De quib⁹ etiā. 3. dictum est lec. lxv. Primo mō exponitur. Fiat volūtas tua sicut in celo ꝛ in terra. Fiat volūtas tua: vt sint homines similes angelis: ꝛ sicut volūtas dei ab illis impletur in celo: ita etiāꝫ hi qui sunt in terris: non suam sed eius vniuersi faciāt voluntatē. Huic expositioni consonat beat⁹ Aug.

Augustin⁹

Petitur inquit vt sicut dei voluntas fit in angelis: qui celi sunt: qui ipso perfruuntur: nullo errore obnubilante ipsorum sapientiam: nulla miseria impediente eorum beatitudinem: ita etiāꝫ fiat in terra in sctis. i. hoīb⁹ iustis q̄ sunt in terra ꝛ de terra quātū ad corp⁹ facti. Sicut tm̄ nō dicit oīmodā silitudinē ſm ꝓportiōabilē eqlitatē

ipsis faciant pro alio tempore: ne ob defectū eorūdem: defectū vite necessarioꝝ patianf. Sic ioseph ꝓuisor egypti laudabiliter fecisse legif Gene. xli. dum in annis fertilibus fructus ad corporalis vite sustentationem necessarios industriose conseruauit: quo populū egypti a superuentura ⁊ dira famis necessitate: que ꝑmebat ceteros: preseruauit. Neqȝ hec superflua sollicitudo dicēda est: sed industria ⁊ prudentia prouisiua. Hoc eniȝ est de rōne aĩalis rōnalis: quod naturaliter arte ⁊ prouidentia viuere debet. Unde Seneca in libello de quatuor virtutibus. Si prudēs esse cupis inquit in futurū prospectū intende: et que possunt contingere animo tuo prepone. Et beatus Aug. in ser. domini in monte. Cum viderimꝰ aliquē seruum dei prouidere: ne huius vite necessaria sibi desint: aut his quibus cura sibi cōmissa est: vehementer cauendum est: vt non iudicemus eum de crastino sollicitum esse. Nam ⁊ ipse dominus propter exemplum ne quis postea scãdalum pateretur: cum aliquem seruū dei aduerteret ista necessaria ꝓcurare: loculos habere dignatus est. Et in actibus apostolorum scriptum est: ea que ad victum sunt necessaria procurata esse in futurum propter imminētem famē. Hinc prudentissimus Salomon huius prouisiue prudentie detestans in hominibus defectum: remittit pigros contra humani status conditionē improuidos ad animalia irrationalia: vt discãt ab eis prudentiam ⁊ rationalem industriam de crastino prouide cogitare. Ait enim Prouer. vi. Uade ad formicam o piger: ⁊ considera vias eius et disce sapientiam. Que cum non habeat ducem: nec preceptorem: nec principē: parat in estate cibum sibi: ⁊ congregat in messe quod comedat in hyeme. Et per hoc patet que sollicitudo sit christiano prohibita: que concessa. ¶ Sed hic instat Chryso. Uidentur hec verba sonare prima facie: vt qui dicunt. Panem nostrum quotidianuȝ da nobis hodie: quasi nihil habeant in crastinum: aut post crastinum. Quod si habent preparatuȝ in crastinum: aut in quinqȝ aut decem dies: quomodo possunt dicere. Panem nostrū quotidianum da nobis hodie. Illud nanqȝ petitur quod non habetur. Quod iam possidetur vt quid adhuc requirif. Quod si ita est: oratio aut paucis aut nullis conuenire potest. Quis enim ita fidelis: vt cū possit amplius habere: tamen amplius sibi non seruat qȝ panem quotidianum. Quotidianos victus forsitan petere solis conueniebat apostolis: qui docendi gratia per singulas ciuitates omni tempore vagabantur: ⁊ ipsa vagatio amplius quotidiano victu possidere non poterat. Respondet. Ita debemus aptare christi doctrinam vt omnes in ea proficiant: ne forte communia medicina iustitie: que ad salutem omniū est preparata: dum aut paucis aut nullis prodesset: inueniretur superflua. Intelligendum igitur est quia non solum oramus deum panem quotidianum dare vt manducemus: sed vt quem mãducamus: de manu dñi accipiamꝰ. Habere quidem ad manducandum cōmune est iustis: et iniustis: ⁊ frequenter habent amplius peccatores qȝ mãducent: qȝ iusti. De manu autem dei accipere: tantum est iustorum. Preparare igif ⁊ prouidere non vetant hec verba: tamen cū pctō preparare vetãt. Nã qui cuȝ iustitia pparat: illi deꝰ dat panē quē manducat: qui cū peccato pparat: illi nō deꝰ dat: sed diabolus. Naȝ qȝuis omnia a deo creanf: nō tamen oĩa a deo ministranf. Habētes igitur panem paratum apud se: qui ipsis

sufficit

Seneca.

Augusti.

Actuū. xi.

Prouer. vi.

Obiectio.

Chryso.

Rñsio ad obiectionem.

sufficit in plurimos dies: adhuc petere habet panem quotidianum: vt sic panem quem dedit dñs possessione etiam det vsione: vt scilicet ipsi ex benignitate eius bene vtantur pane concesso: deo ad laudem et sibi ad corporis animeque salutem. Difficillimum enim est homini exteriora iuste possidere: recte dispensare: et eis bene vti ad dei laudem: et ad propriam: ac aliorum vtilitatem et salutem. Ad hoc enim indiget homo maiori dei auxilio: quam vt talia acquirat: ideo necesse est vt etiam abundans in temporalibus a domino petat panem quotidianum: quem habet in possessione: sibi dari vsu conuenientem: vt cum apostolo sibi donetur: scire abundare et satiari et esurire et penuriam pati. Nec paruipendendum est scire abundare. Nam vt dicit glosa ad Philip. iiii. Qui acceptis rebus non extollitur: qui eas ad vsum vane glorie non intorquet: quia solus non possidet quod accepit: sed cum indigentibus misericorditer diuidit: scit abundare. Qui acceptis alimentis non ad vegetationem ventris vtitur: sed ad preparationem virtutis: nec plus carni tribuit quam necessitas petit / scit satiari. Qui alimentorum inopiam sine murmuratione tolerat: nec pro necessitate victus agit aliquid vnde anima peccati laqueum incurrat: scit esurire. Hec glo. Unde ne diabolus per cibum et potum nos in gula tentet immoderato eorum sumptu: petimus a deo: vt det nobis moderatum: et salubrem vsum eorum: et que nunc habemus et que habituri sumus. Ideo commendabilis est deuotorum fidelium consuetudo: prius quam comedant deum orare: vt panem et reliquum cibum eis sanctificet. Sanctificatur enim cibus per verbum dei et orationem. j. Timoth. iiii. vbi glo. Sanctus fit cibus et salubris non noxius anime vel corpori. Uerbum sanctificat: oratio impetrat: diabolus vero per cibum tentat. ¶ Sequitur.

Ad Phil. iiii.

Da. scilicet tu pater celestis: qui das escam omni carni. Qui aperis manum tuam: et imples omne animal benedictione. Da liberaliter: quia tu es deus vniuersorum: quoniam tui sunt celi: et tua est terra: et orbis plenitudo eius. Da: non vende: quia nihil habemus quo a te emamus quod a te non accepimus. Quid habes dicit apostolus: quod non accepisti. Da: non mutua: quia non inuenimus preter tua dona quod restituamus. Da igitur simpliciter gratiose: sine spe lucri: precij: aut muneris: quia bonorum nostrorum non indiges. Ex hoc autem elicitur: quod non solum bonorum spiritualium est largitor: sed et bonorum temporalium distributor. Hec enim ab illo petere xpus nos docuit: per quod confutatur error quorundam gentilium putantium prouisionem bonorum temporalium ad diuersos deos pertinere: quos intuitu temporalis prosperitatis et affluentie colendos astruebant. Sequitur.

j. Cor. iiij.

*Error manicheorum dicentium bona terrena non a deo excelso: sed a deo tenebrarum descendere.

Nobis. qui sumus tui filij: ea propter te patrem vt tribuas interpellamus: et nobis a te donari petimus: quia ex nobis ipsum habere non possumus. Dicitur etiam nobis pluraliter: et non mihi: eadem ratione qua dictum est: non pater meus: sed pater noster: et qua petimus: panem non meum: sed nostrum: vt statim supradictum est. Ut non pro nobis tantum: sed etiam pro proximis: panem quotidianum a communi patre olim postulemus. Unde patet etiam diuites hoc respectu quantumcunque abundent panibus recte petere panem dari nobis: quoniam etsi ipsi non indigeant: sunt tamen pauperes plurimi qui egent panibus, pro quibus omnibus petendum est: vt panem recipiant quotidianum.

Hodie. Cum premissum sit quotidianum: cur additur hodie. Nam in verbo quotidianum includitur verbum hodie. Dum enim petitur dari panem quotidianum: petitur dari hodiernum: et ita hodie et cras et perpetuo. Respondet Ale. de ales par. iiij. q. xxvi. Non superflue apponitur hodie: quia licet panis quotidianus comprehendat hodiernum: non tamen petendo panem quotidianum nobis dari: petimus hodie nobis dari. Hodie enim tempus determinat: seu quando ipsius dandi: quod non exprimit (quotidianum) sed magis qualitatem: siue substantiam rei dande. Unde sensus est. Da nobis panem quotidianum: idest da nobis panem qui est quotidianus: idest quo quotidie debemus refici: panem scilicet necessarie et frugalis refectionis: non lasciuie et superfluitatis. Hodie vero tempus exprimit quo id dari petimus: quo secundum Chrys. innuitur: vt non sollicitudine grauemur. Unde ait. Pro pane iussit solum orationem facere: et pro pane quotidiano: vt non solliciti simus pro crastino: et neque hoc suffecit verbo: sed et aliud post hoc apposuit dicens. Da nobis hodie: vt non conteramus nosipsos sollicitudine superuenientis diei. Cuius enim diei spacium te visurum nescis: quam ob causam in illius sollicitudine torqueris. Uel etiam hodie idest omni hora et toto tempore vite: vt dicit Augu. ad probam. Quo etiam loquitur Apostolus in epistola ad Heb. dicens. Hodie si vocem eius audieritis. i. toto tempore vite: quod non est nisi vnum hodie: scilicet vnus dies: scilicet iuuentutis et senectutis: iuxta illud Gene. j. Factum est vespere et mane dies vnus. Mane scilicet iuuentutis: et vespere senectutis. Sunt et alie cause cur apponitur hodie: allegorice et morales: de quibus postea dicetur. Unde ex omnibus premissis elicitur talis sensus huius petitionis quantum ad panem materialem. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. i. tu pater celestis da nobis panem: idest bona temporalia pro huius mortalis vite cursu necessaria: et ea mensura: eoque vtendi modo: quibus nobis vtilia sunt: et ad vitam immortalem quo tendimus profutura. Hec de prima panis acceptione. ¶ Dubitatur circa expositionem qua nomine panis intelligitur: totum quod pertinet ad humanum victum. Dubitatur vtrum quis recta ratione possit a deo petere diuitias temporales. Quod non videtur: quia quod xpus docuit contemnere: non recte a deo potest peti. Christus autem docuit diuitias contemnere exemplo et verbo. Fuit enim in persona pauperrimus: ita vt eleemosynam reciperet: dicente Matth. Mulieres multe sequebantur illum: et de facultatibus suis ei ministrabant. Fuit tante paupertatis quod proprio careret hospitio: ipso attestante Luc. ix. Uulpes foueas habent et volucres celi nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Super quo Hiero. in persona christi. Quid me propter diuitias et lucra seculi sequi cupis: cum nec hospitium habeam et tecto vtor non meo. Idipsum verbo docuit: cum suis discipulis charissimis possessionem auri et argenti interdixit. Nolite inquit possidere aurum et argentum: neque pecuniam in zonis vestris. Et iterum. Nisi quis renunciauerit omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Item. Facilius est camelum per foramen acus transire quam diuitem in regnum celorum. Mat. xix. et similia in multis alijs passibus a xpo dicta leguntur. ¶ Oppositum videtur: quia quod licet possidere sine dei offensione: licet etiam a deo petere. Diuitias autem temporales possidere licitum est: vt patet in exemplis pluribus. Nam Job plurimis diuitijs pollebat ouium: camelorum: boum: asinorum: et familie multe nimis ita vt magnus esset inter omnes orientales. Cui tamen de iustitia: non homo: non angelus: sed dñs ipse testimonium perhibuit. Sic abraam: isaac: iacob:

Obiectiuncula.
Responsio ad obiectiunculam.
Chrysosto.
Hodie capitur pro toto tempore vite nostre.
Heb. iiij.
Gene. j.
Dubitatio
Mat. xxvii
Luce. ix.
Hierony.
Matt. x.
Luce. xiiij.

Ratio ad ad dubitationē.

Dauid ⁊ plurimi amici dei diuitias possederūt. ¶ P Pro rñsione aduertēdum: q opes ⁊ diuitie dupliciter considerari pñt. Uno modo quoad se. Alio modo quoad appetitum hoīs. Primo modo res sunt quedā a deo condite bone ⁊ non male.

Opes ⁊ diuitie dupl'r cōsiderari possunt.

Bone bonitate naturali: de qua res tm̄ participat quātū participat de entitate. Nā ens ⁊ bonū cōuertunt̄: vnde Basilius super illud. Uēde oīa q̄ habes ⁊ da pauperibus. Nō docet inquit: dñs facultates vēdere: eo q naturaliter sint praue: alias creature dei nō essent: nec eas docet abijcere tanq̄ malas: sed disponere monuit. Cōparādo autē diuitias ad appetitū hoīs: quādā habēt indifferētiā ad bonum ⁊ ad malum: hoc est: quod possunt bene appeti ⁊ male: vnde Bern. libr. de cōsi. Aurū ⁊ argētū ⁊ cetera hmōi quātū ad animi bonū spectāt: nec bona sunt: nec mala Usus tamē eoꝝ bonꝰ abusus malus. ¶ Ad idē Chryſ. Rerū ait quedā bone: quedā male: quedā medie. Bone sunt castitas: humilitas ⁊ cetere virtutes quas cū hō elegit bonus est. Mala sunt his bonis opposita: vt luxuria/superbia: quas cum homo elegit malus fit. Medie sunt diuitie q̄ qñq3 ad bonū: qñq3 ad malū ordinant̄ fm affectū vtentium. Idē Origenes super ep̄lam ad Rom. li. iiij. tractans illud apl̄i. Nō solū autē hoc: sz in ⁊ tribulationibus gl'iamur. Oīa dicit q̄ sunt vel agūtur: aut bona sunt aut mala: aut indifferētia. Bona illa certum est ꝓprie dici: q̄ ad virtutes animi pertinent: ⁊ mala sola ea q̄ ad maliciā pertinēt: ⁊ cōtra legē dei agunt̄. Cetera vo indifferentia esse i. neq3 bona neq3 mala nōanda: vt sunt diuitie species corporis: ⁊ fortitudo vel ꝓceritas: atq3 ea que corporis vsibꝰ seruiūt. Amb. Discāt diuites nō in facultatibus crimē haberi: sed in his quibus vti nesciūt. Nam diuitie vt sunt impedimēta improbis: ita bonis sunt adiumēta virtutis. Item btūs Greg. Uidimus quosdā diuites qui ⁊ opes ⁊ gloriā sine culpa habere potuissent: si habere animi humilitatē voluissent. Ecce diuitie et honores possunt sine culpa teneri si sit hūilitas animi. Et subdit. Sed nunc extollunt̄ rebus: inflantur honoribus: dedignantur ceteros qui sue vite fiduciam in ipsa abundātia rerū ponūt: qđ sine culpa nō est. Itē Amb. sup lucā. In pecuniarū copus pleraq3 sunt inuamina peccatorū: pleraq3 incentiua virtutū. Et infra. Nō census: sed affectus in crimine est. Hiero. Diues cū deposuerit sarcinā peccatorū: ⁊ totius corporis prauitatem intrare pōt per angustā portā ⁊ arctā viam q̄ ducit ad vitam. Non dicit Hiero. cū deposuerit diuitias: sed cū deposuerit sarcinā peccatorum. ⁊ btūs Basilius. Cōdēnatur diues nō qr diuitias possidet: sed qr eis abusus est. Preterea btūs Augu. super illud ps. Diuitie si affluāt nolite cor apponere. Non dicit inquit diuitias nolite habere sed nolite cor apponere. Nō dānat diuitias vnde mereremur celū: sed cor appositū: quod scz non expēdit sed recondit. Cui cōcordat Chryſ. Non prohibet dñs ditari: sed opibus famulari. Uult enim vt in necessarijs eis vtamur: non vt custodiamus. Naz famuli est custodire eas: ⁊ domini dispēsare. ¶ Q Ex quibus omnibus satis deducitur: qđ diuitie non sunt de se praue: quoniā possunt in bonū vsum ordinari. Nec sunt de se bone: quoniam appetitus circa eas pōt deprauari. Contingit enim ipsis bene vti. Cōtingit ⁊ eis male vti vitiose. Contingit quem esse diuitez ⁊ deo gratū Contingit ⁊ aliuni ab eodem propter eaꝝ abusum esse reprobatum. Quomodo aūt quādo ⁊ qualiter hoc contingat generali regule deffiniri non pōt quantū ad circūstātias particulares. Potest tn̄ aliquatenus colligi ex cōditionibꝰ eorū diuitū: q̄ in scripturis sunt reprobati: ⁊ eorum rursus qui in scripturis sunt cōmendati. Legimꝰ Luc. xvi. de diuite epulone i inferno sepulto: qūo suis diuitijs abusus sit: qr ad pompā: ⁊ superbiā: quia induebatur purpura ⁊ bysso. Ad lasciuiā ⁊ gulam: qr epulabatur quotidie splēdide. Ad philargyriā ⁊ auaritiā: qr tenaciter eas possedit: nec pauperi lazaro micas cadētes desideranti impertitus fuit. Legimꝰ etiā Luc. xij. qđ hominis cuiusdam diuitis ager vberes fructus attulit: ⁊ cogitabat intra se dicens. Quid faciā? qm̄ non habeo quo cōgregem fructus eius: ⁊ dixit. Destruā horrea mea ⁊ maiora faciā: ⁊ illuc congregabo oīa q̄ nata sunt mihi ⁊ bona mea: ⁊ dicam anime mee. Anima mea habes multa bona reposita i annos plurimos: requiesce/comede/bibe/epulare. Dixit aūt illi deus. Stulte: hac nocte repetent aīam tuaz a te: scz demones: que aūt parasti: cuiꝰ erūt? Repetent propter abusum diuitiarum. Abusus quippe fuerat in acquisitione cū nimia sollicitudine: qr cogitabat intra se scz sollicite. In retētione cū nimio eorū amore: qr dixit congregabo: cū deberet dispergere. In custodia cū stulta fiducia: qr dixit aīe sue: nūc quiesce: qr hec tibi sufficiūt: qr nec alijs indiges. In mala intētiōis ordinatiōe: quia ordinabat eas ad crapulā ⁊ carnis delitias quia dixit: comede/bibe/epulare. ¶ Abusi sunt insuper diuitijs quibus dñs vt impiecat̄ di. Ue vobis diuitibus qui habetis nunc cōsolationez vestram. Ue vobis q̄ saturati estis: quia esurietis. Ue vobis qui ridetis nunc: qr lugebitis ⁊ flebitis. Beatitudinē suā ⁊ mercedem suā in diuitijs ponentes. Deniq3 ⁊ illi de quibus in sua canonica Jaco. v. Agite nunc diuites: plorate vlulantes in miserijs vr̄is: ⁊ post. Epulati estis sup terrā: et in luxurijs enutristis corda vestra. Itē illi de quibꝰ Amos ꝓpheta. c. vi. Ue vobis qui opulēti estis in sion: ⁊ confiditis in monte samarie. Qui dormitis in lectis eburneis: et lasciuitis in stratis vr̄is: spē scilicet suam in eis ponentes: ⁊ omnes per eas carnis sue concupiscentias consummantes. Sic e diuerso legimꝰ nōnullos diuitias laudabiliter possedisse: eas virtuose in vsum propriū ⁊ aliorū necessitatē expēdisse: sicut abraam ysaac ⁊ iacob quorū se specialiter dñs deū dignatus est nominare: vt dicit apl̄s ad Heb. xi. Non confunditur deus eorū deus nominari. Sic enim frequenter se nominauit: deus abraam: deus isaac: deus iacob. Sic ioseph cū quo dominus fuit in captiuitate: in seruitute ⁊ regno diues erat: ⁊ nominabatur in vniuersa terra egypti. Gene. xlv. Sic Job: Judith: Dauid: Ezechias: Josias: ⁊ ceteri plures diuites a deo electi: ⁊ diuitijs suis dominātes: ad virtutum exercitium eis vsi sunt. ¶ B In nouo quoq3 testamēto de pluribus legitur. De zacheo qui christum hospitio suo recepit: a quo ⁊ singulariter meruit commendari. Item de Cornelio de quo legitur Act. x. quod erat vir religiosus et timens deum cum oī domo sua: faciens eleemosynas multas ꝓpter qđ meruit angelica visitatiōe honorari. Item ioseph ab arimathia qui fuit diues nobilis ⁊ iustus. De quo dicit Raba. quod magne dignitatis fuit apud seculuz: sed maioris meriti apud deum. Quia non erat diues diuitiarum amore: sed tantum possessione: ideo non exclusus a discipulatu Christi: quia non pecunie amator: sed ipsius liberalis ⁊ religiosus distributor. Similiter ⁊ de compluribꝰ alijs extra canonē in chronicis et ꝓbatis historijs legitur: qui magnis

Marginal notes (left column): Luc. xviij. — Basilius. — Bernar. — Chrysosto. — Origenes. — Super lucam. — Gregorius — Ambro. super lucam. — Hierony. — Augusti. — Diuitie de se non sunt praue/nec bone.

Marginal notes (right column): Luce. vi. — Jaco. v. — Ad heb. xi. — Luc. xix. — Raba.

gnis diuitijs ornati: vitā laudabiliter finierunt. ¶ Ex quibus plane deducit̄: qd̄ diuitie quandaȝ habent indifferentiā ad bonū ⁊ ad maluȝ vsum: quorū vsus malus non est ex vitio diuitiarū: sed male vtentiū. Un̄ in premissis reprobis diuitib⁹ notatur in primis nimia sollicitudo ⁊ auaritia in acquirendo: quam amputari debere docuit saluator: dicēs. Nolite solliciti esse in crastinū. Cōsiderate lilia agri ⁊c. Matth. vi. ca. Qui sic diuites fieri satagūt: incidūt (vt apl's ait) in temtationeȝ ⁊ in laqueum diaboli: ⁊ desideria multa inutilia ⁊ nociua: q̄ mergūt hoīes in interitū ⁊ perditionem. Radix oīm maloꝝ est cupiditas: quaȝ quidam appetētes errauerūt a fide: ⁊ inseruerunt se doloribus multis: tu vero homo dei hec fuge. i. Timoth. vi. Incidunt in laqueos diaboli: q2 tāta cupiditate feruntur in habēdas diuitias: vt iustitie metas nō attendant. Nullū eñ est iustitie in illo corde vestigiū: in quo auaritia sibi fecit habitaculū: vt inq̄t Leo papa. Hinc tā crudelis in cordibus auari cupiditas: per fas ⁊ nefas: per furta ⁊ rapinas: p̄ dolos ⁊ fraudes: pauperū oppressiones ⁊ vsuras vndecūqȝ diuitias accumulans: in quo nec patrē filius: nec fratrem frater vicinus: nec cōciuem vicinus circūuenire dubitat. Sed nec dominū: nec seipsum attendit: quominus sacrilega auiditate vsqȝ ad beneficiorū: dignitatū: prelaturarū pluralitatē dānabilem se extendat: in diuini cultus diminutionē: cōmissorum negligentiam: suiipsius ac plurimorum irreparabile periculum animarū. Ab hac cupiditate liber fuit diues ille abraā: in cuius sinuȝ sublatus est paup̄: vt testat̄ Aug. sup̄ illud ps. Quid gloriaris in malicia. Lege inquit scripturas ⁊ inuenies diuitē abraā: vt noscas q2 diuitie nō puniuntur. Abraam diues erat: ⁊ in eius sinū lazarus pauper sublatus est. In sinū diuitis pauper recipit̄: an potius ambo deo diuites: ambo cupiditate pauperes. ¶ Notatur scd̄o in p̄dictis diuitijs nimia tenacitas in retinendo. Cōtra quā xp̄s docuit dare elemosynā: pascere esurientē: potare sitientē. Unde cōtra hos tenaces clamabit in iudicio. Esuriui et non dedistis mihi manducare: sitiui et non dedistis mihi bibere. ¶ Tertio notat̄ in his nimi⁹ amor in possidēdo quē dānat xp̄s: dicēs. Nisi q̄s renūciauerit oībus q̄ possidet: nō pōt meus esse discipul⁹. Et p̄pheta. Diuitie si affluāt: nolite cor apponere. Et Eccli. x. Nihil iniquius q̄ amare pecuniā. ¶ Quarto notat̄ nimia spes in cōfidendo quā dānat p̄pheta: dicēs. Ecce hō qui nō posuit deū adiutorē suū: sed sperauit in multitudine diuitiarū suarū. Quinto notat̄ fastus ⁊ pompa in sup̄biendo: quā dānat apl's dicēs. Diuitib⁹ hui⁹ seculi precipe nō sublime sapere: neqȝ sperare in incerto diuitiarū. i. Timo. vi. ¶ Sexto nimia gulositas in expendēdo: quā dānat xp̄s Luc. xxi. Attēdite vobis ne forte grauent̄ corda vestra: in crapula ⁊ ebrietate: ⁊ cura hui⁹ vite: ⁊ sup̄ueniat in vos repentina dies illa. ¶ Hec oīa mala in diuitibus quos dānat scriptura sunt reperta: p̄pter quod dixit xp̄s. Difficile est diuitē intrare regnū celorū. Matth. xix. ¶ S In alijs vero diuitibus quos scriptura nō dānat: illorū maloꝝ cōtraria extiterūt. i. acq̄sitio iusta sine cupiditate ⁊ auaricia: decēs stat⁹ sine pōpa: possessio sine dilectione feruida: affectio sine fiducia: detentio in vtendo temperata: in subueniendo pietas larga. Dū ista mala desunt ⁊ cōtraria bona adsunt: nulla est iniquitas in diuitijs: neqȝ in earum acquisitione vsu aut possessione. Unde de primo dicit bea. Aug. super Ps. li. Dñs in diuite non pecuniam:

Matt. vi.

Leo papa.

Augustin⁹

Matt. xxv.

Luc. xiiij.

Psal. li.

Luce. xxi.

Mat. xix.

Beatus Augustin⁹

sed auaritiā condēnauit. Et sup̄ ep̄lam. i. ad Timo. Profecto dñs in diuitijs cupiditatem reprehendit nō facultatē. De secūdo dicit idē in quodā sermone. Tolle sup̄biā: ⁊ diuitie nō nocebūt. De tertio dicit idē vt allegatū est. Dñs nō dānat diuitias vñ meremur: s3 cor appositū p̄ amorem. De quarto dicit Beda sup̄ Lucā. Non rep̄hēdit̄ diues q2 terrā coluerit: vel fructus in horrea cōgregauerit: sed q2 fiduciā vite in illis posuerit. De quinto bea. Hiero. i quadā ep̄la. Nō obsūt diuiti opes: si eis bene vtat̄: nec pauperē egestas cōmendabiliorē facit. De sexto dicit btūs Greg. Et quos cēsus ⁊ honorū tp̄aliū abūdātia per tumorē nō eleuāt: sed mle opera exaltant. ¶ Ex his colligi pōt r̄nsio ad dubiuȝ: q̄n licitum est diuitias appetere: ⁊ q̄n non. Distingui etiā hic posset de cōditione personaꝝ: vtrū sint persone ecclesiastice: siue seculares: vtrū sint nobiles aut plebei. Rursus de varietate statuū: vtrū presidētes ⁊ prelati: an simplices ⁊ gubernati: vtrū viri soluti / an in matrimonio cōstituti. Hec aliqualē differentiam vident̄ facere. Unde breuiter quecūqȝ cuilibet f̄m statū suū licet appetere: hec etiā pñt licite a dño postulari. Et per hoc ad rōnes in p̄ncipio dubij motas. ¶. T Ad primam respōdet̄ qd̄ diuitias fore cōtēnendas dupliciter pōt intelligi. Uno modo quantū ad interiorē affectioneȝ. Alio modo quātū ad exteriorē possessionē. Primo mō docuit xp̄s eas ab oībus esse cōtēnendas: vt sc3 nemo sic ad eas afficiat̄: vt obliuiscat̄ dei: vt in ipsis spem ponat: ⁊ beatitudinis finē statuat. Et sic in hoc dixit. Nisi quis renūciauerit oībus q̄ possidet ⁊c. Unde dicit Beda. Differētia est inter renūciare oībus: ⁊ oīa relinquere. Oīum fideliū est renūciare oībus q̄ possident: hoc est sic tenere ea q̄ mūdi sunt: vt tñ p̄ ea nō teneant̄ in mūdo: rē temporalē tenere in vsu: eterna in desiderio. Sic temporalia gerere: vt tñ tota mēte ad celestia tendāt. Sic dat apl's. i. Cor. vij. Qui vtunt̄ hoc mundo: sint quasi non vtant̄. Que exponens beat⁹ Grego. homel. xxxvi. ait. Mūdo vtit̄ s3 quasi non vtatur: q̄ ⁊ necessaria cuncta exterius ad vite sue ministeriū redigit: ⁊ tñ hec eadem nō sinit sue menti dominari: vt subiecta foris seruiāt: ⁊ nunq̄ intentionē animi ad alta tendentis frangant. Quicunqȝ igit̄ tales sunt: eis p̄fecto terrena oīa non ad desideriū sed ad vsum adsunt: quia reb⁹ quidem necessarijs vtunt̄: sed nihil cuȝ petō habere cupiunt: de ipsis quoqȝ rebus habitis quotidie mercedes querūt: ⁊ plus gaudent de bono op̄e q̄ de larga possessione. ¶ Secūdo modo eas cōtēnere nō oēs docuit: q̄q̄ ip̄e in persona oēs / vt argutum est: dereliquit. Et cū dr̄. Oīs xp̄i actio nostra est instructio. Cōcedit̄ quidē q2 est istructio: sed non ad similem actionē est nostri obligatio. Non enim ex hoc obligemur ad necessariaȝ sue actionis imitationē. Qd̄ p3 ex verbis eiusdē saluatoris: ⁊ cū dixit ad consecutionem beatitudinis sufficere obseruantiā mandatorū. Si vis inquit: ad vitā ingredi serua mādata. Constat autem qd̄ multe operationes sue in mandatis non cōtinentur. Nam obseruauit virginitatem: oratuit pro suis crucifixoribus ⁊c. que tamē nobis nō sunt precepta. Quod additur de doctrina xp̄i. Nolite possidere aurū: nec argentū: nec pecuniā: nō facit contra dicta: q2 xp̄s per hec verba nō interdixit possessionem pecunie oībus fidelibus: sed dūtaxat suis apostolis ⁊ discipulis: nō quia mala esset auri ⁊ argenti possessio: non quia ad mortalis vite sustentationem nō pertinet: sed ex causis alijs q̄ alibi tractari habēt. ¶ Qd̄ vltimo opponit̄: facie-

Beda.

Hierony.

Duplr̄ intelligi pōt diuitias fore ɔtēnēdas.

Beda.

Gregorius

Unde hoīes ɔtēnere opes: ⁊ eas q̄s dignuȝ finge deo: quo nō dignius amatoꝝ opū est.

lr̃ia est camelū p foramē acus trāsire: q̄ diuitem intrare in regnū celorū. Respondet q̄ intellectū huius dicti dñs ipse reserauit Mar.x. Nā cū dixisset: q̄ difficile qui pecunias habēt in regnum dei introibūt: ⁊ discipuli obstupuissent: quasi declarando rursus ait. Filioli q̄ difficile est confidētes in pecunijs in regnum dei itroire. Ecce quod non loquitur de omni diuite: sed de illo qui confidit i pecunia. Aliter dici solet vt tangit glos. quedam extra ordinaria: minus tamē autētica: vt recitat Hugo postillator: sic q̄ hierosolymis erat quedā porta q̄ vocabat foramē acus: per quā cameli ire nō poterant: nisi onere deposito ⁊ genibus flexis: sm hoc xp̄s significare voluit: q̄ sic nec diuites trāsire pñt p viā ducentē ad btitudinē: nisi depositis pctōr oneribus: que diuitias vt plurimū comitant. Et tm̄ de illo dubio. Sequit expositio huius petitionis de pane sacramentali.

Lectio.lxxi.



A Ecū

do expo nit hec petitio de pane sacrāli: sacrosācta scilꝫ eucharistia: propter hoc enim sacerdos hāc orationē dicēs alta voce pronūciat sm Alber. vt premoneat populū ad presentia eucharistie desideriū. Sic ⁊ beatus Augu. ad probā exponit de sacramēto fideliū: q̄ in hoc tpe nobis est necessarium ad eternā felicitatē cōsequēdā. Unde q̄ per peccatū sumus vulnerati. necesse est vt nostris vulneribus medicinā adhibeamus. Medicina summa venerabile est sacramētum corporis ⁊ sanguinis domini: de quo beatus Bernar. Qui vulnus habet medicinam querit: vulnus habemus dū sub peccato sumus. Medicina est sacramentū: quotidie accipe: quotidie curaberis. Hec medicina xp̄s est sub sacro contētus: qui non tantum medicina est curans morbum: sed ⁊ cibus anime ⁊ nutrimentū a morte secunda preseruās: ⁊ ad vitam eternam perducens. Ego sum inquit: panis viuus: quē qui manducauerit nō morietur in eternū. Est aūt xp̄s panis non sm veritatem rei: sed sm similitudinem tropi: non vnam tantum sed multas: propter q̄ varijs methaphorę modis per panem in scripturis describitur. Hic enim panis est verus qui de celo descendit: quia vere reficiendo cor hominis spirituale confortat. Christus enim sub sacramento animam digne sumentis reficit ⁊ confortat: non sm suam substantiam propriam: sed gratiam que confertur digne hunc panem manducanti. Scđm substantiam quidem propriam sumitur et manducatur: sed gratia est quam digne sumenti confert: qua anima vegetatur: ⁊ ad perficienda opera vite ac virtutū confortatur. Hinc in ps. canitur. Et panis cor hominis confirmat. Hic est panis vtilis ⁊ delectans: omni desiderio seruiens. Sap. xvi. Panē de celo prestitisti eis sine labore omne delectamētum in se habētem: et omnē saporis suauitatem. Dulcedinem em̄ tuam

Augusti.

Bernar.

Joan.vi.

Sapiē.xvi.

quā in filios habebas: ostendebat: ⁊ deseruiens vniuscuiusqꝫ eorū voluntati: ad q̄ volebat conuertebat. Delectabilis quidē: q̄ cōditus pinguedine deitatis. Gen. xlix. Aser pinguis panis eius ⁊ prebebit delicias regibus. Hoc est fortissimam prebēs virtutē ⁊ viaticū: vt via meriti qua itur ad deū: pficiatur. iij. Reg. xix. comedit Helias ⁊ bibit: ⁊ ambulauit in fortitudine cibi illius. xl. diebus ⁊. xl. noctibus vsqꝫ ad montē dei oreb. Panis hic subcinericius describitur. Nā panis hic manu sapientie dei factus: sub cinere humilitatis: humane carnis sunt in vtero virginis decocte: q̄ est mulier illa benedicta: ad quam abraam Gen. xviij. accelera inq̄t: tria sata sile sarie ↄmisce: hoc ē puritatē corporis ⁊ anime ⁊ deitatis: ⁊ fac subcinericios panes azymos sine omni corruptione. Ad cuius sumptionem apl's nos hortatur. Pascha nostrum immolatus est xp̄s: epulemur nō in fermento veteri: neqꝫ in fermento malicie ⁊ neq̄tie: sed in azymis sinceritatis et veritatis. j. Cor. v. hoc est omni benedictione copiosis. Esa. xxx. Panis frugum terre tue erit vberrimus ⁊ pinguis hoc est sanctus: quem non licet nisi sanctis: in loco sancto comedere. j. Regū. xxi. Non habeo panem laicos: sed tm̄ panem sanctum. Si mūdi sunt pueri maxime a mulieribus: māducēt. B Hic panis noster est: qui nobis datus est ⁊ paratus spiritualibus: scꝫ filijs non canibus. Non em̄ est bonum ait xp̄s: sumere panē filiorum ⁊ mittere canibus. Hinc Cyprianus. Panis vite xp̄s est: et panis hic omnium non est. Et quō dicimus pater noster: quia intelligentium et credentium pater est: sic ⁊ panē nostrū vocamus: q̄ xp̄s noster qui corpus eius contingimus: panis est. Uel dr̄ nostrum vt dicit glo. Mat. vi. quia xp̄s noster est factus: ⁊ deus pater cū xp̄o omnia nobis donauit. Ideo oramus: vt q̄ nostrū est per donū: quotidie detur per effectum. Hic panis quotidianus est: vt Lucas dicit: et supersubstātialis sm Matt. Quotidianus quia ipso quotidie indigemus ad spiritualis vite conseruationem. Sicut em̄ corpus indiget continuo alimento: ne resoluatur: ⁊ pereat sm esse suum naturale: ita aĩa eget cibo spirituali ne deficiat in esse gratie. Hic autē cibus panis est eucharistie: qui non vadit in corpus: sed anime substantiā fulcit: de quo bea. Amb. de consec. dist. ij. c. nō iste. Nō iste panis est q̄ vadit in corpus: sed panis vite eterne: qui anime nostre substantiā fulcit. Iste panis quotidianus est: accipe quotidie vt quotidie tibi prosit. Sic viuere quotidie merearis accipere. Dicitur et panis supersubstantialis. i. egregius precipuus aut peculiaris. Unde dicit beatus Hiero. super Matt. q̄ in euāgelio greco vnde illud translatum est: non habetur in hoc loco: panē quotidianū: sed panem epiusion: quod latine sonat supersubstantialis. Subdit: vbicūqꝫ septuaginta iterpretes hoc nomen epiusion posuerunt transferendo vetus testamentū in grecū: in hebreo habetur segulla: q̄ sonat precipuū egregiū vel peculiare: q̄ maxime corpori xp̄i siue christo sub sacramento attribuitur: q̄ panis est singularissimus: panis celestis: panis vite qui de celo descēdit: panis angelorum habēs in se omne delectamētū: ⁊ oīa saporis suauitatē: prebens virtutē fortissimam: vt via meriti qua itur ad deū: perficiat. Uel dr̄ panis supersubstātialis: q̄ est supra nostrā substātiā. Panis em̄ materialis ⁊ cibus quēcūqꝫ sumimus: conuertitur ⁊ trāsit in nostrā subam. Hic vero panis nō sic: sed comedētē mutat i se: vt frequēter supra ex Augustino allegatū est. Cibus sum grandium ⁊c.

Esa. xxx.

Matt. xv.

Cyprianus

Ambrosius

Hierony.

¶ Uel tertio dicitur cibus supersubstantialis: qr panis substantialis dici potest qui sustentat naturā hominis infimā: scȝ corpus. Iste aūt ex quo sustentat naturā supremam scȝ animā: merito supersubstantialis dici potest. Hinc Prouer. xiij. Iustus comedit: ⁊ replet animā suā. ¶ Uel quarto dicitur supersubstantialis: quia sicut accidentia cederent in nihilum: nisi supportarētur a substantia. (Et ideo dicitur substantia: quia substat accidentibus) sic nisi a christo supportarent substantie ⁊ accidentia: cederent in nihilū. Ideo dicitur supersubstantialis: quia non substat accidētibus ⁊ formis tantum sicut substantia: sed accidentibus ⁊ substantijs: ⁊ vniuersaliter omnibus creaturis. ad Heb. j. Portās omnia verbo virtutis sue. ¶ Uel quinto dicitur panis supersubstantialis: qr est super omnē substantiā aliā a se. Naȝ corpus eius est super omnē substantiā corporalē anima eius super omnē substantiā spūalem: deitas simplr super oīa. Ideo digne dicitur supsubstantialis: sicut superbonus: supermisericors ⁊c. sm Dio. ⁊ Damas. ¶ C Sed replicaret hic aliqs quō panis ille supersubstantialis xps: qui ⁊ sacramentalis: dicitur quotidianus: cū a paucis de ecclesia quotidie recipiatur: qr a solis sacerdotib⁹? Respondet hic Alex. parte. iiij. q. xxxvj. q quilibȝ existens extra mortale illo pane reficitur. Cibus eñ intrans per os alicuius corpis non tm̄ reficit ipm os: sed omnia cōmembra sua. Ecclia aūt tota vnuȝ corpus est. j. Cor. xij. Omnes nos in vnū corpus baptizati sumus. Huius corporis caput xps est. Col. j. Huius capitis os prelatus est seu sacerdos. Hiere. xv. Si separaueris preciosum a vili: quasi os meum eris. Separare preciosuȝ: id est animā a vili. i. peccato quo nihil vilius: ꝓpriū sacerdotū est: quibus dictū est. Quorum remiseritis peccata: remittūtur eis ⁊c. Ioā. xx. Iste igitur panis: qr quotidie ab aliquo sacerdote māducat quotidie totum corpus: quod est ecclesia: illo pane reficitur. Itē quod est vnius membri propter membrorum vnionē: etiā alterius esse dicitur: vt lingua dicit se habere anulū quē habȝ manus: ⁊ calciamentū quia illud pes habet. Ita propter vnionē membrorum ecclesie: qd est vnius membri: dr esse oīm ꝯmembrorum. Sacerdos aūt cōicās quotidie membrū ecclesie est: ideo panē illū quotidie manducant omnia membra ecclesie. Unde quodlibet ecclesie membruȝ dicere pōt illud ps. Particeps ego sum omniū timentiū te ⁊c. ✳ ¶ Dicitur. Da nobis hodie. Da gratis liberaliter sine argento: ⁊ absqȝ vlla cōmutatione: quia nullo precio estimari potest. Da nobis hodie: ne aliquo delicto cogēte: a corpore christi separemur. Uñ btūs Cyprianus ⁊ post eum Aug. de bono perseuerantie. Hunc panē scȝ sacramentalē: dari nobis quotidie postulamus: ne qui i christo sumus: ⁊ eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus: intercedente aliquo grauiore delicto: dum abstentē (alias abstemij. t. abstinētes) ⁊ non cōicātes a celesti pane prohibemur: a xpi corpore separemur: ipso predicante ⁊ monente. Ego sum panis viu⁹ qui de celo descendi. Si quis ederit de meo pane viuet in eternum. Panē aūt que ego dedero: caro mea est pro seculi vita. Qñ ergo dicit in eternū viuere si quis ederit de eius pane: vt manifestum est eos viuere qui corpus eius attingunt: ⁊ eucharistiam iure communicationis accipiunt. Ita contra timendum est ⁊ orandum: ne dum quis abstētus separatur a corpore christi procul remaneat a salute: ipsomet dicente. Nisi ederitis carnē filij hominis: ⁊ biberitis sanguinē eius non habebitis vitam in vobis. Et ideo panem nostrum: idest christuȝ dari nobis quotidie petimus. Ut qui in christo manem⁹ ⁊ viuimus: a sanctificatiōe ⁊ corpore eius nō recedamus. Hec Cyprianus. ¶ D Petimus et hūc panem nobis dari hodie: vt per hoc intelligatur q panis iste die gratie: non nocte peccati sit accipiendus: ne indigne accipientes corporis ⁊ sanguinis rei efficiamur. j. ad Corinth. xj. Item da hodie: idest pro cursu huius vite: quia nisi quis eum percipit pro ista vita: eius particeps fieri nō potest pro futura vita: vt dicit Isaac in collationibus patrum. Debet ergo quilibet christianus quasi pauper ⁊ mendicus coraȝ diuite ⁊ benigno patre procumbere: ⁊ inopiā suā ostendens: humiliter flagitare hunc panem sibi dari: quo in vita spirituali roboretur: consoletur ⁊ sustentetur: vt potens fiat ⁊ efficax ad exercitiū spiritualium ⁊ virtuosarum operationum: vtqȝ sibi viaticum: in cuius fortitudine ambulare possit vsqȝ ad montem Oreb: eterne glorificationis: ⁊ ibi frui pane illo cum angelis sine fastidio: quia hic in nubilo sub velamine pregustauit. Et ita dicit Glo. Hodie: idest semper presenti vita existente: vnde August. Hodie idest quamdiu viuitur: hodie: idest in hac temporali vita. Unde Ioan. vj. Domine da nobis semper panem hunc. ¶ E Sed quis diceret. Cum panis sacramentalis nō ministratur post prandium: ergo oratio illa quātum ad hanc particulam: post prandium dici nō debet: cum ea petantur que illa die dari non decet. Hoc autē inconueniens est: cum beatus Augusti. in ser. domini in monte dicat. Quis est qui audeat dicere semel tātum nos orare debere orationem dominicam? Aut certe etiam si iterum vl tertio vsqȝ ad eam tamen horam qua corpus domini communicamus: post vero non sit orandū per reliquas partes diei? Non enim petere poterimus: da nobis hodie: quod iam accepimus. Aut poterit quisq̄ cogere vt etiā vltima diei parte sacramentum illud celebremus? Respondet Alexan vbi supra. Dicunt aliqui q cū multiplex sit panis quotidianus: ecclesia orans ante prandium. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: potest petere indifferenter vnum illorum sibi dari. Post prandium vero potest petere panem corporalem vel doctrinam spiritualem: non autem sacramentaleȝ. ¶ Uel aliter dici potest: q ecclesia per totum orbem dilatatur: ideo frequenter dicitur orbis terre. Quando autem in vno hemisphério est hora post prandium vel nox: in alio est hora ante prandium vel dies. Ideo semp quālibet hora consecrari potest corpus christi: et ab aliquibus communicari: ratione cuius ab oībus mēbris ecclesie participatiue sumi. Uel qr per totam ecclesiā multi sunt infirmi: qui qualȝ diei hora cōicari psīt: et sic tota ecclesia per illos: non tamen licet conficere nisi ante prandiū. ¶ Uel aliter et melius panis sacramētalis qui christus est petitur dari non tantum sacramentaliter: sed et spiritualiter. Hic eñ panis assidue ꝑ fideȝ ⁊ charitatē interius reficere dȝ. Nam sine eo viuere nemo pōt. Nemo vtiqȝ sine eo conseruāte simpliciter viuere aut esse pōt. Etiā nemo sine eo reficiente ꝑ fidē ⁊ charitatē spūaliter viuere pōt ꝑ grām. Eius etiā refectio assidue crescere pōt: qa ⁊ fides ⁊ charitas in via augmentabiles sunt in quolibȝ fideli: sm illud Eccle. xxiiij. Qui edunt me adhuc esurient: qm̄ hic panis etsi satiat: tñ sine fastidio: ideo esuriē nō extinguit. Pōt igit fidelis semper orare ⁊ petere sibi dari panem hunc sacramentalem: quantum ad effectus sui conseruationem: et

Prouer. xiij.
Ad heb. j.
Obiectio
Rñsio ad obiectionē
Hiere. xv.
Ioan. xx.
Ps.
✳ Pōt etiā dici q iste panis sacramētalis qtidie a bonis xpianis accipit ⁊ si nō sacŕalr spiritualr tñ: vñ et sacerdos i missa loqtur i psñ Hāc igitur oblationeȝ quā tibi offerim⁹. Et alibi: q tibi offerūt hoc sacrificium laudis pro spe salutis ⁊ incolumitatis sue.
Obiectio.
Augustin⁹.
Rñsio ad obiectionē
Eccl. xxiiij

augmentū gratie: licet nō vt detur semp quantū
ad sacramentalem sumptionem. Illā qui datum
conseruat vel augmentat: dare censetur. ¶ f Col
ligitur ergo hic sensus quantum ad panem sacra
mentalem. Panem nostrum quotidianum da no
bis hodie. i. tu pater celestis: da panem illū cele-
stem ⁊ sacramentalē: qui sub speciebus panis no
bis tuo dono proponitur digne vel sacramentali
ter vel spiritualiter participare in continuo desi-
derij fidei ⁊ charitatis cremento: ⁊ per oblationē
sacerdotum: illū pro se ⁊ tota ecclesia tibi offeren-
tiū: vt in nobis reformetur deuotio: feruorq; cha
ritatis magis magisq; augeatur: ⁊ non per terre-
noꝝ occupationē ⁊ venialiū peccatoꝝ frequentiam
tepescat: vel penit⁹ extinguat. Et sicut petēdo pa
nē corporalē: petimus oīa corporali vite necessa-
ria: sm premissa: ita petendo panē sacramentalē:
petimus oīa alia sacramenta spūali vite aīe ne-
cessaria sm bea. Tho. q2 oīa alia etiam ad panē
illū principalē ordinant: vt etiā vult Nico. de ly-
ra. ¶ g Tertio exponitur petitio de pane intelli
gentie illuminantis: qui est verbū dei auditum:
lectū: meditatum: seu contemplatum: nos illumi
nans ad intelligentiā scripturarū: fidei bonoꝝ
promissoꝝ: que sunt eterne felicitatis gaudia: ⁊
maloꝝ cōminatorum in dānatione perpetua. Il
lo nāq; pane etiam mēs spiritualiter reficitur: ac

Deut. viij.
Mat. iiij.

spirituali vita educatur. Unde scribitur. Non in
solo pane viuit homo: sed in omni verbo qd pro-
cedit de ore dei. i. scriptura sacra: que sm beatum

Luc. iiij.

Greg. est tanq̄ os dei: quia per eā loquitur dñs
oīa que vult a nobis fieri. Per verbum quod pro
cedit de ore dei: intelligitur omnis veritatis in-
structio: oīs consolatio: oīs exhortatio: oīs deuo
tio q̄ ex auditione: lectione: meditatiōe ac ꝯtēpla

Rabanus.

tione diuinoꝝ eloquioꝝ procedit: sine quo non
pōt hō viuere vita spirituali. Unde dicit Raban⁹
Si quis nō reficitur verbo dei: ille nō viuit: q2 si-
cut corpus humanū non viuit sine cibo terreno:

Augustin⁹.

ita nec aīa viuere poterit sine dei verbo. Quapro
pter dicit bea. Aug. l. q. l. interrogo. Quid vobis
plus esse videtur: verbum dei an corp⁹ christi. Si
vultis verū respondere: hoc dicere debetis q̄ nō
minus sit dei verbum q̄ christi corpus. Ita nāq;
mentē reficit sicut corpus xp̄i. Verbū etenim dei: sa
cra scriptura: que ab ore dei procedit: ipsius indi
cat voluntatem: sine cuius agnitione nemo recte
viuere potest. In hac discimus quantum deo ap
propinquamus: ⁊ quātū a deo elongamur. Ipsa
vt dicit Grego. ij. moral. §. j. mentis oculis quasi

Gregorius

speculum quoddā opponitur: vt interna nostra
facies videatur. Ibi feda: ibi pulchra nostra ꝯspi
cimus: ibi sentimus quantū proficimus: quantū
ve a profectis longe distamus. Quō ergo aīa ho-
minis viuere posset vita iusticie ⁊ gratie: nisi co-
gnosceret dei voluntatē: ⁊ ea que sm hanc iusta
sunt vel iniusta: que agenda ⁊ que fugienda: que
amanda ⁊ que cōtēnenda: que timenda ⁊ que au
dēda: ⁊ que credenda ⁊ que sperāda: ⁊ cetera nr̄e
saluti necessaria que omnia sola docet sacra scri

Augustin⁹.

ptura. Omnium enim sacroꝝ libroꝝ seriem: ait
August. li. de salutaribus documētis: ad nostrā
salutē scripta esse et auribus nostris maxime into
nat ea que nostre proficiunt saluti. Iterum atq;
iterū replicat quid sit homini cauendum: quid se
quendum. Per illos sacre scripture libros nobis
ipsemet deus: qui est veritas: qui infallibilis loq-
tur: ⁊ pie nobis voluntatis sue demonstrat affe-

ij. Ad Tim. iij.

ctū. Hinc. ij. ad Timo. iij. Omnis scriptura diui-
nitus inspirata vtilis est ad docendū scz nescien-
tes: ad arguendū negligentes: ad corripiendum:
idest dure increpandum in malo persistētes: ⁊ ad
erudiendum in iusticia scz iusticiam diligentes:
vt perfectus sit homo dei ad omne bonū instru-
ctus. ¶ h Hunc igitur panem studiosius requi
rere debemus: q2 plus est verbi dei pabulo victu-
ram imperpetuum mentem reficere: q̄ ventrem
moriture carnis terreno cibo satiare: vt dicit Greg.
in quadam homelia. Hic panis ⁊ cibus ē ⁊ pot⁹.
Cibus in locis obscurioribus: quia in his quasi
exponendo frangitur ⁊ manducando glutit. Po-
tus est in locis apertioribus: quia ita absorbetur
sicut inuenitur: vt ait Greg. j. moralium. §. xiiij.
Hunc panem diligenter tenere debem⁹ toto aīo
⁊ corde integro versare: vt eius succus per omnes
anime venas se diffundat: a quo dum studiose su

Ambro.

mitur: cibus terrenus vilescit: ⁊ velut insipidus
estimatur. De quo bea. Amb. in quodam sermo-
ne. Quisquis verbo dei pascitur: terrenum pabu
lum non requirit. Nec enim potest pabulum seculi
capere: qui pane reficitur saluatoris. Negligit fa
mem corporis: qui pabulo lectionis intendit: nec
ventris curam habere poterit: qui alimentū ver-
bi celestis requirit. Et sm hoc sensus huius peti
tionis erit. Panē nostrum quotidianū da nobis
hodie: idest da nobis in hac tenebrarū caligine ⁊
loco miserie degentibus refici pane doctrine: pa
ne scripture sacre: quo refecisti illum: de quo scri-

Eccli. xv.

ptura ait. Cibauit illum pane vite et intellectus.
Hūc da nobis: vt illo ab amore mūdi rapiamur
a noxijs ⁊ venenosis inimici suggestionibus pre-
seruemur: ad omne opus bonū roboremur: ⁊ tan
dem illo degustato ad panem glorie percipiendū
auidius excitemur. ¶ i Sed plurimi nedum pa
nem hunc petere negligunt. sed oblatum renuūt
⁊ quasi infructuosum paruipendunt: qui lectio-
nes fugiunt: predicationes negligunt: aut si quā
do accedunt: magis ad detrahendum: q̄ ad seip
sos emendandum animos conuertunt. Et cum
per hec viam veritatis ⁊ iusticie noscere possent
negligendo indicant: quia scire nolunt. Hi sunt
qui domino dicunt. Recede a nobis: scientiā via
rum tuarum nolumus. Quis est oīpotens: vt ser-
uiamus ei: aut quid proderit nobis si orauerim⁹
illum? Job. xxi. Sunt ⁊ alij qui torpent ocio: aut
terreno amore capti: euanescant inaniter in reb⁹
mundanis ac curiosis: nihil vel modicum saluti
conferentibus. Non sine culpa discere negligūt
que nesciūt ⁊ scire possent que statui suo ꝯgruūt

Chrys.

⁊ necessaria sunt saluti. Quos dure reprehendit
Chryso. super Mat. dicens. Non potest esse con
demnationis excusatio ignorantia veritatis: qui
bus fuit inueniendi facultas: si fuisset querendi
voluntas. Et subdit. Si velles ingredi veritatem
nunc peteres orationibus: nūc quereres in scri-
pturis: nūc pulsares bonis operibus: interroga-
res sacerdotes: nūc hos: nunc illos. Sed ista non
fiunt: quia verbo dei non creditur: nec promissio
beatitudinis desideratur: nec ꝯdemnationis iu-
dicium formidatur. Sūt ⁊ presumptuosi qui sine
scripture studio se sibi sufficere putant: quicquid
propria phantasia excogitāt deo placere putant
q̄b⁹ id ꝯtigit qd ad Demetriadē btūs Hier. scri-
bit: q̄ in eo displicēt deo: in quo ei placere putāt.

Hiero.

Unde ait bea. Hier. Prīa fidelis cura: p̄mū studiū
sit scire volūtatē dñi sui: ⁊ qd ei placeat: quid vero di
splicear diligenter inquirere: vt sm aplm: rōnabile
deo reddat obsequiū: totūq; vite sue cursū exer-
cere possit ordiare snia. Impossibile ē enim ei q̄ cupit pla
cere: cui qd placeat ignorat: fieriq; pōt vt et obse-
quendi voto offendat: cui quō obseq debeat prius nō
didicit. Et sicut maius est volūtatem dñi facere q̄
nosse:

¶ R Ad quartã per idẽ dr̃: qđ ad distinctas ptãtes spectãt cause distincte: nõ quãtũ ad oĩa: sed quãtũ ad aliqua. Nã eadem causa spectat ad diuersas ptãtes: vt. s̃. patuit de causa heresis que pertinet ad iudiciũ ecclesiasticũ quãtũ ad cognitionẽ qua aliquis iudicatur heretic⁹ fm cõmunem cõsuetudinem: ⁊ tñ quãtũ ad punitionem exterminantem non spectat ad ptãtem ecclesiasticam: sed dumtaxat secularem. ¶ Preterea distincte potestates possunt de eadem causa iudicare. Sicut ptãs ecclĩastica iudicat cãs seculares propter negligentiã iudicũ secularium. Sic etiã ptãs secularis facere posset in causa ecclesiastica dũ negligentia clericorũ in graue preiudiciũ fidei vergeret.

Eadẽ causa spectat ad diuersas ptãtes.

¶ Ad quintam verum est est quãdo per se quis iudicat: ⁊ per alios veritatẽ discernere sufficiẽtes. Alioq̃n necesse foret papam esse peritissimum theologum ⁊ canonistaꝫ: imo ⁊ legistã: cũ ad ipsum oẽs cause in casu sunt referende. Similiter ⁊ ep̃os: cuius oppositum frequẽter videmus. ¶ Item possunt laici etiam esse vtriusq; iuris periti sicut clerici. Possunt deniq; vti iurisperitorum cõsilio: sicut in secularibus iudicijs frequẽter cõtingit: dũ monetarij ac ceteri artifices cõtẽdũt de aliquo suas artes cõtingente: quarũ peritiã iudex ipse nõ habet: ⁊ peritoruꝫ in illis

Distincte ptãtes possunt de eadẽ cã iudicare.

Laici p̃nt eẽ vtriusq; iuris periti sicut clerici.

in illis artib⁹ cōsilio ꝛ dictamini acquiescere co-
git. ¶ Qđ addit: ꝙ cōmissum est sacerdotibus di
scernere inter leprā ꝛ nō leprā: verū est ghaliter: ꝛ
maxime in dubus: qñ scʒ dubitari pōt de aliquo
an sit pctm vel ne. Qñ vo manifestū est actū ali-
quē esse pctm: nō solū sacerdotib⁹: sʒ oī q̄ꝗʒ po-
pulo cōmissa est punitio: etiā respectu ei⁹ q̄ dor-
mit in sinu suo: vt hꝫ Deut. xiij. Vñ etsi cognitio
inter leprā ꝛ nō leprā ghaliter cōmissa sit solis sa
cerdotib⁹: non tñ punitio pctōꝝ iam cognitoꝝ so
lis clericis cōmissa est. Ptʒ de heretico per cleri-
cos cōuicto. Per hoc etiā ad sextū dr qđ cōtingit
diuersos iudices in eadē vel simi cā vti diuersis le
gibus: ꝛ vnū iudicē obligari ad iudicādū fm ali-
quas leges: fm quas nō tenet ali⁹ iudex iudica-
re: vt ptʒ de vno iudice in gallia: ꝛ de alio i germa
nia. Sic ꝛ iudices ecclastici iudicāt legib⁹ suis: ꝛ
non imperialibus: ꝛ seculares iudicant fm leges
imperiales: ꝛ nō ecclesiasticas: ꝛ hoc qñ leges sibi
non sunt cōtrarie: nec vna est alterius impediti-
ua: sed simul se cōpatiunt. Et sicut crimina pos-
sunt puniri fm leges canonicas simul et ciuiles:
sicut hereticus percellit excōicatiōe p canones:
ꝛ simul vltimo supplicio p leges: que pene simul
stāt: sic incēdiari⁹ ecclesiarū: sic presbytericida: et
de multis alijs ita potest iudicari fm diuersas le
ges. ¶ S Ad vltimū iam rñsum est. Nam esto ꝙ
impatores xpiani nō haberēt aliā ptātem: q̄ im-
peratores gētiles quib⁹ successerūt: qđ tñ verum
nō est: qm ad aliqđ tenet vt impator xpianus: ad
qđ nō tenebat vt imperator successor gētilis. Te-
net eñ nūc regere imperiū fm legē xpi: ad qđ nō
tenebat Juli⁹ cesar ante xpi aduentū. Sed posi-
to qđ isti nō haberent aliā ptātem q̄ illi: patuit
qđ illi magno zelo vindicauerūt deorū suorū in-
iurias: licet in hoc peccauerūt qđ falsos deos p
vero deo coluerunt. Spectabat aūt ad eos non
inquātū imperatores pagani: sed inquātū impe-
ratores humani colere deum: ꝛ derelinquere ido
la: qr homies. Oīs eñ homo ait Greg. in moral.
§. ij. eo ipso ꝙ hō: suū intelligere dʒ autorē: cui tā-
to magis seruiat: quāto se de seipso nihil esse co-
gnoscit: ad hoc data est lex: addita sunt pcepta:
nō solū fideliū siue sub lege viuētiū: sed etiā eorū
q̄ sub lege nō fuerūt. i. gētiliū legē scriptā nō habē
tiū. Qr vo imperatores ꝛ reges: spectabat ad eos
catholicos defendere: ꝛ idololatras ac blasphe-
mos punire. Licet errauerint ꝛ de facto cōtrariū
fecerint. Et ideo ad impatores: reges ꝛ pncipes:
qui eis successerunt in principatu: spectat in sibi
subditis dei veri iniurias vindicare: ꝛ ita pctā pu
nire. ¶ S Sed adhuc pro pleniori intellectu so-
lutiōis prime rōnis replicat. Nā in tota scriptu-
ra nō inuenit aliqđ ordinatū de ptāte coercendi
delinquentes: nisi Matthei. xviij. Si peccauerit
in te frater tuus: corripe eū ꝛc. Ubi addit qđ si nō
audierit eos: dic ecclie. Si aūt ecclesiam nō audie
rit: sit tibi sicut ethnic⁹ ꝛ publican⁹. Ergo apud
ecclesiā est ptās coercēdi vel ei⁹ prelatū: ꝛ ita nō
apud laicos. Et huic inniti videt constitutio In-
nocē. de iudicijs. nouit. Ubi allegat istuʒ textum
euāgelij Si peccauerit in te frater tu⁹ ꝛc. Et sub
dit. Nō eñ intēdim⁹ iudicare de feudo: sed decer
nere de pctō: cui⁹ ad nos ptinet sine dubitatione
cēsura: quā in quēlibet exercere possumus ꝛ debe
mus. Et sequit. Nullus q̄ sit sane mētis ignorat
quin ad officiū nostrū spectet de quocunqʒ mor-
tali pctō quēlibet corrigere christianū: ꝛ si corre-
ctionē cōtēpserit: p districtionē ecclasticā coer-
cere. Cū ergo oīs punitio fiat p mortali crimine:
vt plurimū ergo punitio criminuʒ ad solos per-
tinet ecclasticos: nō ad iudices seculares. Item
apls. i. Cor. vi. reprehendit corinthios: p eo q̄
litigabāt apud iudices seculares: ꝛ deserebāt iu-
diciū ecclie: q̄ debuit iudicare inter fratrē ꝛ fratrē
etiā de secularib⁹: dicēs. Nescitis qm angelos iu
dicabim⁹: quanto magis secularia ꝛc. Ergo de se
cularib⁹ spectat ad ecclesiā iudicare: ꝛ per ɔñs p
iudicem ecclesiasticū sunt criminosi etiā pro cri-
minibus secularibus puniendi. ¶ V Ad istas re
plicas dicitur. Ad primam vno modo: qđ per illa
verba saluatoris nō tribuitur aliqua potestas iu
dicibus ecclesiasticis plus q̄ secularibus. Nam
ibi nō accipit ecclia p ecclasticis viris: qui cleri
ci appellant tm: sʒ p cōgregatiōe fideliū vniuer-
sali vel particulari: q̄ clericos ꝛ laicos ɔprehēdit.
¶ Dicit eñ ꝙ in tota scriptura diuia vtriusqʒ te
stamēti nō accipit nomē ecclia spāliter p clericis
lʒ sic sepe in canonib⁹ accipiat. Voluit ergo sal-
uator: ꝙ pctm delinquētis post secretā correptio
nem: ꝛ testiū adhibitionem: vltimo diceret alicui
cōgregationi fideliū clericoꝝ vel laicorum: vel si-
mul vtroꝝqʒ: vt sic obiurgatio plurimoꝝ eū cor
rigat: vt qui nō potuit pudore saluari: saluaretur
opprobrijs: ꝛ vt rubore sequestratiōis emēdetur:
sit tibi sicut ethnicus ꝛ publicanus: vt dicit glos.
interl. simul ꝛ marginal. ¶ Quod si dicis ecclesie
a plerisqʒ exponit. i. plato ecclesie. Dico ꝙ exposi
tio ista nō est cōtraria dictis: qr prelatus ecclesie
quilibet est q̄ pficit ad regēdū fideles: idē siquidē
est prelat⁹ ꝛ psidēs. Vñ mos nōnullarū regionuʒ
hꝫ officiales ꝛ ptātes laicales nōiare prepositos
vel psidētes: ꝛ iō hec replica magis est ad oppo-
situ. ¶ X Ad innocētiū dr vt. ʒ. in solutione pri-
me rōnis dictuʒ est: qđ ad ecclesiā spectat duplex
punitio seu correctio. Una est in foro penitētia-
li. Alia in foro cōtētioso. Prima pertinet ad iudi
cē ecclasticū respectu cuiuscunqʒ christiani pro
quocūqʒ pctō: ꝛ de illa loquit illa decretalis. Nō
uit. ꝛ multe alie in eādē sniam sonātes. Scđa pu
nitio seu correctio nō spectat vniuersalr: ꝛ quan-
tū ad oēm penā infligēdā: ad iudicē ecclesiasticū.
Sic eñ tolleret oīs ptās corrigendi crimina a se
culari ptāte: qđ est manifeste cōtra scripturā sa-
crā apli Ro. xiij. ꝛ alias. ʒ. allegatas: etiam cōtra
canonicas sanctiōes. Nā. xxiij. q. v. incestuosi: di
citur. Incestuosi parricide homicide multi apud
nos reperiunt: sed aliq̄ ex illis nolunt sacerdotū
admonitionibus aurē accōmodare: volentes in
pristinis pdurare criminibus: quos opʒ p secula
ris potētie disciplinā a tā praua ɔsuetudine coer
ceri: q̄ p salutifera sacerdotū monita noluerūt re
uerti. Et btūs Augu sup eplam ad Ro. e. q. sunt
quedā. Sunt inqt quedā ctiōnis flagitia q̄ poti⁹ p
mūdi iudices: q̄ p antistites ꝛ rectores eccliarū
vindicant. Sicut est cū qs interficit pontificem
aplicū: epm: presbyterum: siue diaconum. Hmōi
reos: reges ꝛ principes mūdi dānāt: ergo non si-
ne cā gladiū portant: qr talia scelera diiudicant.
Sunt eñ maxime constituti pter homicidas:
raptores: vt etiā illos dānent: ꝛ alios suo timore
cōpescāt. ¶ Ex quib⁹ videt sequi: ꝙ illa crimina
nō sunt p iudicē ecclasticū puniēda. Necqʒ eñ lʒ
fidelib⁹ pindicare impatoris ꝛ laice ptāti: fidelib⁹
plus q̄ infidelibus: nec debēt magis istis q̄ illis
preiudicare: vsurpādo ptātem puniendi reos: q̄
sunt puniendi per eos: q̄ in negando eis censuʒ.
Cū dixerit dñs Matth. xxij. Reddite que sunt ce
saris cesari. Nec voluit ꝙ aliqs fidelis vsurpa-
ret sibi aliquā dignitatē tpalē in preiudiciū im-
peratoris infidelis. In cui⁹ signū noluit fieri rex
Joā. vi. Ideo multomin⁹ pindicādū est ptāti se-

Cōtingit diuersos iudices in eadē vel simi causa vti diuersis legib⁹.

Ad aliqđ tenet imperator xpian⁹, ad qđ nō tenebatur gētilis.

Gregorius

Mat. xviij

Duplex pu[illegible] nitio seu correctio spectat [illegible] ecclesiam.

Augustinus

Mat. xxij

Joā. vi.

cularī fideliū. Sic nec Innocē. voluit iurisdictio nē secularis ptātis minuere: vel turbare: vt in pn ci. eo. c. dicet. Licet sibi cueniat de quolibet mor tali iudicare in foro pniali: nō in foro cōtentioso de seculari: nisi in casu quo scz peccās esset de iu risdictiōe tpali eccłie: aut quo ptās secularis ēēt negligēs in corrigēdo: aut dū petiū qdē notū est: persona vero ignota: qūo qñqz excōicaf quisqs cōmisit hoc furtū: lz fur ignoref. Et i aliis casib⁹ ad hoc reducibilibus: vt. s. dictū est. ¶ ¶ Ad au toritatē beati Pauli. i. ad Cor. vi. dr qd apls phi bet fideles causas cōtra alios fideles agere corā infidelibus iudicib⁹: nō corā secularib⁹ fidelib⁹. Neqz tñ intēdit phibere corithios i ol casu apd infideles iudicari: neqz qd soli fideles debēt secu laria iudicare. Sic eñ tam vbis qz factis esset si bimetipsi ɔtrius. Sz illos solūmō reprehēdit: q in discrete maliciose r cū scādalo apd ifideles r ini quos iudicari volebāt. Nec facit ad ppositū: qz nō repbendit iudiciū seculariū: sed infideliū. Uñ dicit. Secularia iudicia si habueritis: cōtēptibi les q sunt in ecclesia: illos ɔstituite ad iudicādū. Cōtēptibiles illos nō existimo clericos fuisse: qui altiorē laicis gradū in ecclesia sortiuntur. Hanc materiam late r profunde prosequif venerabilis Guil. Okam in suo dial. lib. vi. partis prime: et parte. iij. tract. ij lib. ij. Et tñ de illa materia.

¶ Lectio. lxxvi.

A



Stē so qūo l iurianti b⁹ nobis dimittē da sunt dbita: vt nfa quo qz nobis a deo di mittanf restāt ali qua du bia bre uiter dis soluēda.

Dubium primum.

¶ Primū vtrū offensus teneaf offendēti exterio res dilectiōis effect⁹ r signa exhibere: Et vf qz sic. Nā offensus tenef offendētē diligere: vt. s. dictū est. Sed dilectio vera nō est sine ope: fm illud btī

Gregorius

Greg. in homel. iij. Amor dei ociosus esse nō pōt magna eñ operaf si est: aut si opari desinit: amor nō est. Uñ pbatio dilectionis: exhibitio est ope

Augustin⁹

ris. ¶ Itē nullus debet habere simulatā dilectio nē: fm illud Aug. Simulata eqtas duplex est ini

i. Joā. iij.

quitas. Sed dilectio sine ope vera nō est: sz simu

Matth. v.

lata. Uñ. i. Jo. iij. Nō diligam⁹ vbo neqz lingua: sed opere r veritate. Hinc Matt. v. dr. Diligite inimicos vros: r benefacite his qui oderūt vos: r orate p psequētib⁹ r calūniantib⁹ vos: vt sitis filij pris vestri: q solē suū oriri facit sup bonos r malos: r pluit sup iustos r iniustos. Ubi xps affe ctioni addidit op⁹: r cū hec exēplū celestis patris qd imitari opz. Et Exo. xxiij. Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti: reduc ad eū. Si vide ris asinum odiētis te iacētē sub onere: nō ptrāsi bis: sed sublenabis cū eo. Ecce nō tm̄ pcepit dñs dilectionē: sed etiā opus exterius. Itē abnegare hmōi signa familiaritatis r sua beneficia: quedā vindicta est. Homo aūt tenef nō vindicare: vt di ctū est. r Ro. xij c. Nō vosmetipsos defendentes

Leuit. xix.

charissimi: sz date locū ire. r Leuit. xix. Nō qras vltionē: nec memor eris iniurie ciuium tuorum.

Augustin⁹

¶ Sed in oppositū est qd dicit Aug. r allegat ma gister in. iij. dist. xxx. Magnū est erga eū q tibi ni hil mali fecit: esse beneuolū r bñficū. Illud mul to grandius r magnificētissime bonitatis est: vt tuū inimicū diligas: r ei qui tibi malum vult: r si pōt facit: tu semp bonū velis: faciasqz cū possis. Et sequif. Tñ qz hoc tam magnū bonū tāte mul titudinis nō est: quātā credimus exaudiri cū dr in oratione. Dimitte nobis debita nostra sicut r nos dimittimus debitoribus nostris. Proculdu bio verba huius spōsionis implenf: si hō nondū ita profecit vt ēt diligat inimicū: tñ qñ rogaf ab hole q peccauit in eum: vt ei dimittat: dimittat ei ex corde: qui etiā sibi rogāti vult dimitti cū orat r dicit. Dimitte nobis debita nostra sicut r nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Ubi vf velle Au gu. qd nō tenef qs dimittere inimico nō petenti. Si autē remissionē inimic⁹ petierit: iā nō est ini micus sed amicus: vt ibidē subdit Augu. Itē glo. Matth. v. dicit. Benefacere inimicis r orare pro eis est cumulus pfectiōis. Ad illa aūt q pfectio nis sunt nō oēs tenenf. ¶ B Ad dubiū dicēdū

Rñsio ad primū du bium.

post Sco. in. iij. dist. xxx. Quia dilectionis inimi ci pceptū est affirmatiuū: r ideo magis obligat ne cōtrariū eius fiat: qz qd actus positiuus circa inimicū eliciaf. Nā quoad primū habet vim pre cepti negatiui: ideo obligat p semp. Sed quoad scdm obligat p tpe r loco rc. Uñ quoad primum obligat semp r pro semp: ne inimicus odiaf: et ne quis nolit inimico suo eternā salutē: r bona spūa lia ad hanc ordinantia. Nō eñ stat cū dilectiōe charitatiua nolle deū diligi ab alio cuius amici tia nescitur ei displicere: r hoc cōdiligi: siue in ra tione boni honesti scz ppter deū: siue in ratione boni cōmodi diligentis: qd nolle esset nolle ini mico salutē. Et pari rōne non stat cū dilectione dei nolle inimico illa bona p que inducif ac pro mouef ad diligendū deū: r p hoc ad cōsequendū salutē. Cetera bona indifferētia possunt qñqz nol le inimico: pro quāto ea sunt impeditiua ad bo na spūalia: aut boni cōis preponendi bono spūa li: quo etiā quilibet sibi ipsi pōt illa nolle: r de hoc latius supra lectione. lxxij. Sed quantū ad actū positiuū dr: qz extra casum necessitatis nō tenetur elicere actū dilectiōis etiam interioris circa ini micū: qz nec tenef cogitare de inimico. In casu ve ro necessitatis: puta quo sine eo habere nō posset necessaria sibi ad attingendū ad dilectionē dei: puta si est ignarus: r sine eius doctrina nō posset conuerti ad deum r veritatis cognitionē: aut si est malus: r sine eius correctione non posset con uerti ad bonū r similibus: tūc eñ tenef aliqs nō solū velle bonum finale inimico sicut cuilibet p ximo: sed etiam bona necessaria ei ad consequen dū salutem: r non solū velle voluntate interiore: sed etiā prosequēdi voluntate efficaci r exteriori operatione: si adest facultas. Et idē de bonis ex terioribus sine qbus non potest consequi vitam eternā. Unde in extrema necessitate cōstituto te netur ministrare alimenta: et a periculo mortis eruere si potest: dum illa fuerint necessaria ad sa lutem. Unde Prouerb xxv. r ad Ro. xij. Si esurie rit inimicus tuus ciba illū: si sitit: potū da illi: in telligendū est in necessitate. Extra aūt casum ne cessitatis: nō tenef ad beneficia inimico exhiben da: sicut nec amico. ¶ ¶ Ex illis sequunf aliqua correlaria: quibus particularius patet solutio dubij moti. Primum. A cōibus orationib⁹ q fiūt

Correlariū primum.

pro ecclesia inimicus excludi non debet. Patet: nam qui sic excluderet: nollet ei bona salutaria: quod est

quod est contra negatiuũ in hoc precepto inclusum. In illa cũ oratione tenet eã velle valere cuilibz ꝛ bono ꝛ malo ad bonũ spirituale. Sicut eẽt malus stomachus: qui nollet sustentationẽ valere sustentationi manus. Ita non est bonũ membrũ in ecclesia quod nollet bonũ actũ pro se ꝛ pro tota ecclesia dei: ꝛ ita oĩbus membris ecclesie valere ꝑ quanto deus illud acceptat pro quanto potest sibi ꝛ alijs valere. ¶ Scõm correlariũ. Effectus et signa exteriora dilectiõis q̃ in cõi oĩb9 exhibent: inimico negari nõ debent. Hoc ꝓbat btũs Tho. ij.ij.q.xxv.ar.ix. Quia effectus ꝛ signa charitatis que ex interiori dilectione procedũt proportionari dñt iteriori dilectiõi. Dilectio aũt iterior ad inimicũ in cõi est de necessitate ꝑcepti absolute. In spãli aũt nõ absolute: sʒ fm ꝑparationẽ animi: ꝛ hoc fm moderationẽ supradictã. Sũt aũt quedã signa ꝛ beneficia dilectionis: q̃ exhibẽtur ꝓximis in cõi: vt cum aliquod beneficiũ impendit alicui toti cõitati: ꝛ talia beneficia vel signa dilectiõis: inimicis exhibere est de necessitate salutis ꝛ precepti. Hoc enim non exhibere inimicis: pertineret ad liuorem vindicte. Hec Tho. Ex illo videtur sequi ꝙ cõis salutatio que oĩbus fidelibus occurrentibus optatur inimicis occurrentibus nõ est subtrahenda: nisi inimicus ex his deteriorari timeretur. Et hoc forte existimo de necessitate salutis: si verisimiliter presumeret quia per hoc inimicũ suũ dño lucrari: aut scandalum pusillorum ex subtractione signorum charitatis remouere. Quod ex supradictis de fraterna correptione ostendi potest. ¶ Tertiũ correlariũ. Specialia familiaritatis signa ꝛ beneficiũ effectus nõ tenetur quis impendere inimico: nisi fm preparationẽ animi: vt exhibeantur in casu necessitatis. Nam illa extra casum necessitatis exhiberi: pertinet ad perfectionem charitatis tanq̃ opus supererogatiõis. Patet: q2 illi effectus procedunt ex mera liberalitate: ꝛ nõ ex precepti necessitate: etiã quo ad amicos: ergo multo minus quo ad inimicos. Illa sũt de intentione Alex. de ales parte. iij.q.lxvij. ꝛ Bonauẽ. in. iij. dist. xxx. Per hoc ad rõnes ante oppositum dicitur ꝙ omnes loquũtur in casu necessitatis. Nam dilectio operatur vbi est: nec est ociosa: neqʒ ficta qua preparatus animus ad opus exterius non semper exhibendũ: sed dum oportet: hoc est i articulo necessitatis. Uel loquũtur quãtum ad cõmunia beneficia charitatis: ad qd̃ facit exemplũ patris celestis qui facit solem suũ oriri super bonos ꝛ malos ꝛc. Multa tamen specialia ꝛ gratuita dona infundit bonis: que non infundit malis. Sic subtractio cõmuniũ beneficiorum pertinere posset ad vindictam: non aũt beneficiorũ particulariũ: que nõnunq̃ amicis subtrahuntur. ¶ D Ad rõnes post oppositum. Ad illud be. Aug. dĩ ꝙ loquitur de dilectione affectiua et effectiua: nedũ in tpe necessitatis: sʒ etiã quotiẽs opportunitas occurrit. Uñ ait. Et q̃ tibi malũ vult etsi põt facit: tamen semꝑ bonũ velis faciasqʒ cuz possis. Et hoc nõ est omniũ in charitate existentiũ: sed tm̃ perfectorũ. Silr ad gl. dicit ꝙ benefacere inimicis extra casum necessitatis ꝛ in beneficijs particularibus pertinet ad cumulum perfectionis: non aũt in casu necessitatis: sed in beneficijs cõibus. Uel dĩ ꝙ est perfectio necessitatis sine necessaria ad salutẽ: q̃ consistit in obseruantia ꝑceptorum. (Et est ꝑfectio supererogationis q̃ cõsistit in obseruatiõe cõsiliorum cum preceptis.) Ad cumulũ prime perfectiõis pertinet beneficẽtie effectus in necessarijs ad salutẽ ꝛ etiaʒ in cõibus. In particularibus autem benefacere pertinet ad cumulũ perfectionis scđo modo dicte. ¶ E Scõm dubiũ est. Utrum offendens alterum tenetur petere veniam ab offenso vt sibi ignoscat: et in sui amicitiam resumat? Et videtur ꝙ sic per illud saluatoris. Si offers munus tuum ad altare: ꝛ recordatus fueris: q2 frater tuus habet aliquid aduersum te: scilicz quia eũ lesisti: relinque ibi munus tuum ante altare: ꝛ vade prius reconciliari fratri tuo: ꝛ tunc veniens offeres munus tuũ. Ex quib9 clare sequi videtur ꝙ necessario precedat fratris reconciliatio: vt opus bonum deo oblatum placeat deo. Quilibet autem tenetur offerre deo munus bone voluntatis: fm illud Prouer. xxiij. Fili prebe mihi cor tuum. Cor ponitur pro voluntate ergo tenetur reconciliari fratri quẽ lesit iniuste. ¶ In oppositum: illud esset periculosum: ꝛ vergere posset in periculum vite eius qui veniam peteret atqʒ fame. Ut si quis furto aliquid subtraxisset: si veniam pro furto cõmisso peteret: posset offensus eum accusare: ꝛ ad interitum eius agere: ꝛ eum publice diffamare. Quilibet autem tenetur vitam suam sustentare: ꝛ famã suã dũ per hoc ali9 in fama non iniuste leditur: celare ac cõseruare. ¶ F Ad hoc dubiũ videtur sub distinctiõe respõdendũ: quia aut offensa est offenso nota simul cũ offendente: aut offendens est incognitus. Si fm sic non tenetur offendens vocaliter et aperte veniam petere ac reconciliari offenso sicut non est aperte offensus: aperte dico quantũ ad personam offendentem que sibi incognita est: licet offensio sit nota. Sufficit enim tunc offendenti ad salutẽ: ꝙ doleat corde: ꝙ proximũ iniuste ꝛ contra deuz offendit: illud quoqʒ tempore opportuno velit cõfiteri: ꝛ omne damnũ illatũ proximo qualecunqʒ fuerit in aĩa corpore fama aut rebus fortune quãtocitius facultas aderit refundere modis possibilibus ꝛ cõgruis. Frustra enim offendẽs se publicaret offenso in periculum vtriusqʒ. Offensi: q2 per hoc ad indignationẽ ꝛ iram aut inuidiam accendi posset. Et sui offendentis: fame scʒ ꝛ vite: vt argutũ est post oppositũ. Et huic concordat gl. super textu allegato. Si ergo offers. Scõm litteraz inq̃t hoc absurdũ est. Est ergo in interiore tẽplo altare. i. fides: cui quodlibet munus. i. psalm9: hymnus: orõ: ꝛ hmõi nisi sit innoxium: nõ est deo placitũ. Et ibi. i. cũ in corde qd̃ est templũ interi9 tale munus oblatur9 es: si in mentez venerit ꝙ frater tuus hʒ aliqd aduersum te: q̃ tu lesisti. Si enim ipse te lesit: nõ ipse: sed tu habes aduersus eũ: nec tũc opʒ te veniã petere sed dare: sicut vis tibi dimitti. Sequitur. Uade nõ pedibus: sed aĩo humiliato te prosternas in cõspectu illius cui oblaturus es. Et premisit. Non eñ munus repellit scilʒ deus: sʒ charitatẽ proximi querit: sine qua nemo ad charitatẽ dei peruenit. Prius charitatem proximo excolnat: q̃ munus suum deo placere optat. Ecce quõ tota recõciliatio ista fieri põt intus in corde offendentis corã deo. Si vero offendẽs notus est offenso: aut est p̃ñs offenso: aut nõ. Si nõ est p̃ñs: nec ei9 p̃ñtia cõmode haberi põt: sufficit recõciliatio iterior q̃ dicta est. Si vero p̃sens fuerit: dʒ etiã vocaliter veniã ab eo petẽdo sibi recõciliari. Et hoc vult etiã gl. allegata que premissis addidit: vel petẽdo veniã si presens est. Idẽ vult Hugo Cardinalis ꝛ Nico. de lyra. super eodem textu dicens. Hoc scilicet vade prius reconciliari ꝛc. potest intelligi dupliciter. Uno modo pedibus corporis: ꝛ hoc debet fieri: si cõmmode possit haberi fratris offensi presentia. Si autem non possit: sufficit ire ad eũ pedibus mẽtis: qd̃ fit qñ habet ꝓpositũ satisfaciendi loco ꝛ tpe competẽti.

Marginalia: Correlariũ scõm. — Bea. Tho. — Correlariũ tertium. — Augustin9. — Dubiũ scõm. — Mat. v. — Prouer. xxiij. — Rñsio ad scõm dubium. — Cor ẽ tẽplũ interius. — Nico. de lyra.

Et hoc mō vtif ecclesia romana:que reū ꝯfitentē absoluit:ꝫ sibi satisfactionē leso faciendā īponit. Hec leza. Et p hoc pꝫ solutio rōnū ante et post oppositū inductarū. ¶ G Tertiū dubiū. Utrum qui odiū seu rancorē in mēte seruat ꝯ ꝓximū: dicēdo orōnē dn̄icā: dicere debeat hanc ꝙntā pticlā. Dimitte nobis debita nr̄a sicut ꝫ nos di. debi. nr̄is. ¶ Rn̄def ꝙ talis frustra petit quo ad se pctī sui remissionē ꝗ nō dimittit alijs: vt patꝫ ex verbis christi supra allegatis: immo nociua sibi videtur hec petitio si pro se illā porrigat patri celesti: pro quāto mendacio inniti videt dicens se dimittere suis debitorib⁹: cū tn̄ cōtra eos odiū seruat ꝫ rancorē. Pro quo satisfaciūt autoritates supra posite. lec. lxxiiij. Nec tn̄ ꝓpter hoc ab hac orōne debet abstinere fm̄ sctm̄ Bonauē. qꝛ ex hoc ampli⁹ pctm̄ suū aggrauaret arcēdo se ab illis saluberrimis petitionibus: quas ipsemet dn̄s docuit ꝫ nos orare monuit. Unde orare eam debet in persona ecclesie. Et sic eā orando in ꝑsona eccl̄ie: nō mētitur: qꝛ illa vt pia mater suis ꝑsecutoribus ꝫ debitorib⁹ libēter ignoscit: imo vt de⁹ ignoscat: fideliter orat dicens. Orem⁹ pro ꝑseꝗ̄ntibus ꝫ calūniātib⁹ nos. Sed nec orādo dn̄icā orōnē: hanc particulā. Sicut ꝫ nos dimittimus debi. nostris: omittere dꝫ. Grauius eīn peccaret si orōnē a xp̄o institutā: ꝫ nobis traditā restringeret: syncoparet: aut quolibet mutaret. Uñ contra tales bea. Jo. chrysos. sup mat. ait. Multi nolētes dare veniam in se peccantib⁹: refugiūt illā orōnē dicere. Et subdit. Stulti sunt: qꝛ ꝗ nō sic orat vt xp̄s docuit: non est xp̄i discipulus. Nec etiā pater celestis libēter audit orōnē quā filius nō dictauit. Cognoscit enim pater filij sui sensuꝫ ꝫ verba: nec suscipit ꝗ hūana vsurpatio cogitauit: sed ꝗ xp̄i sapientia exposuit. Et abbas Jsaac col. ix. de eodē loquens ait. Jdꝗꝫ si clemēter volumus iudicari: nos quoqꝫ erga illos ꝗ in nos deliquerūt: opꝫ esse clemētes. Tm̄ eīn remittet nobis: quātū nos remiserimus eis: ꝗ nobis quacūqꝫ malignitate nocuerūt: qđ formidantes nōnulli cū in ecclesia hec oratio ab vniuersa plebe ꝯcinitur: hūc locū taciti pretermittūt: ne scꝫ semetipsos obligare potī⁹ ꝙ excusare sua professione iudicent. Nō intelligentes ꝙ frustra cauillationes has iudici oīm pretēdere moliātur: qui quēadmodū iudicaturus sit supplicibus satis voluit demōstrare. Dū eīn erga nos nō vult inmitis atqꝫ inexorabilis inueniri: formā sui iudicij designauit: vt quēadmodū nos ab illo iudicari cupimus: ita nr̄os fr̄es si ꝗd in nos delīqrint: iudicemus: qꝛ iudiciū sine mīa fiet ei: ꝗ nō fecit mīam. Hec ibi. Necessariū est itaqꝫ vnicuiqꝫ vt nō retineat fraternū odium: ꝙtenus hec dn̄ica oratio ad se sortiaf effectū: alioquin deo mentif di. Sicut ꝫ nos dimit. debi. nr̄is. Qꝛ si induratus odium seruare statuit: ꝫ in eo ꝑtinaciter ꝑsistere: orationeꝫ dn̄icā nō mutet: nec in ꝑsona sua: sed eccl̄ie eā dicat. Sic eīn lꝫ sibi inutiliter oret petendo pctī sui remissionē quo ipse carere nō vult: sed in eo ꝑmanere: tn̄ vitat pctm̄ mēdacij dicendo. Sicut ꝫ nos dimit. debi. nr̄is. Qꝛ lꝫ ipse non dimittat: ecclesia tn̄ in cuius ꝑsona loquif debitorib⁹ suis libenter ignoscit: vt dictū est. ¶ H Ex his omnibus dicēs hāc orōnē ex aīo ita mētis affectū formet. Pater nr̄ clemētissime: ꝗ es in celis dominantissima maiestate ꝫ in terris oībus in tua ditiōe positis: qui clauē habes dauid: claudis ꝫ nemo aperit: aperis ꝫ nemo claudit. Solus quippe pctā dimittis: dimitte nobis miseris debita nostra: oīa ꝫ singula: quibus venialiter criminaliterqꝫ quotidie super arenā maris ꝓpria ꝫ temeraria volūtate maiestateꝫ tuā offendimus. Dimitte inquā: ꝫ quantū ad reatū culpe: ꝗ irā tuā ꝓuocauim⁹: ꝫ quo ad reatū pene quē te ꝓuocādo incidim⁹: nec soluere possum⁹ neqꝫ satisfacere. Auferat ergo atqꝫ deleat reatuꝫ oēm magna ac sufficiētissima vnigeniti tui satisfactio: sacrificiū scꝫ vespertinuꝫ in cruce pro oīm pctīs oblatū. Sic quoqꝫ inflexibilē iustitie tue rigorē nimia tua charitas (qua sic mundū dilexisti vt filiū tuū vnigenitū dares: in quo quoqꝫ vt nobis parceres nō pepercisti: sed pro nobis in mortē tradidisti) tēperet: vt oī debito ꝯpēsato nos ꝑditos nr̄is ꝑpriis opibus ex equo r̄ndere nō potentes: plene tibi recōciliet: ꝫ grām restituat augmētatāꝫ. Et qꝛ tu pater: princeps pacis domesticos tuos pacificos ꝯcordes ꝫ vnanimes in domo tua ꝗ est eccl̄ia: esse ꝑcipis: vt ꝗ filij dei esse ceperūt in dei pace ꝑmaneāt: ꝫ ꝗbus spūs vn⁹ est: vnus sit ꝫ anim⁹ ꝫ sensus: vñ ꝫ orādi hāc regulā nobis tradidisti: qua custodita orō nr̄a repudiū non patef. Quatenus sicut nobis debita nr̄a a te dimitti volumus: ita ꝫ nos nr̄is debitorib⁹ dimittam⁹. Oram⁹ te pr̄ nr̄ largissime: da verā cordibus nr̄is cū oībus pacē ꝫ dilectionē: vt per te ꝫ ꝓpter te: nedū oīb⁹ iniurias nobis irrogātib⁹ iniurias ipas dimittamus: vindictā nullā appetendo. Sed eos nō minus diligamus: cūcta ad salutē eis profutura pro nostra facultate impēdēdo: beneficijs trahendo: precibus iuuādo: instruēdo exēplis: monitionibus corripiendo fraternis: debita coertione resistēdo ausibus eoꝝ malignis: quatenus idipsum nobis a te misericorditer impēdatur: quo dimissis anteactis male pctīs: a futuris ꝯseruari mereamur criminibus: ꝫ delictis. Dimitte quesumus o pater mīaꝝ ꝗ cōmisim⁹: quatenus spūsctī eruditione perdocti: rubiginē inuidie charitatis igne ꝯsumentes: pctā nr̄a hūiliter agnoscendo: ꝫ aliena fidelr̄ ignoscēdo: sic vtraqꝫ lugeamus tpaliter: vt eterna ꝯsolatiōe ꝑiter gaudeamus. Amē.

¶ Lectio. lxxvij.

Et ne nos in- ducas in tentationeꝫ. ¶ Postꝙ̄ oratum est pro ablatione maximi mali: qđ est culpe reatus: in hac petitiōe secūda petitur ablatio mediocris mali in maximū inducentis: qđ est tētatio ad peccandū: que est occasio recidiui lapsus. Et quidem congrue ꝫ necessario ꝑmisse petitioni: qua nobis peccata dimitti postulauimus: hec sequens de preseruatione ꝫ tentatione ad peccatū inducente: subnectitur: quoniā adeo vita nostra fragilitati mutabilitatiqꝫ subiecta ē: vt nunꝙ̄ in eodeꝫ statu permaneat: fluctuetqꝫ diuersarum tentationū impulsibus huc illucqꝫ agitata. Sunt enim in hoc mari magno et spacioso reptilia quorum non est numerus: ꝫ animalia pusilla cum magnis. i. varia ꝫ multiplicia tentationum genera: quibus quasi quibusdam funiculis ꝫ retibus infirma aīa quotidie queritur irretiri. Hinc recte petita debitorum remissione: optimo ordine ad potentissimum patrem recurrimus instanter petētes ꝑ humilē orōnē. Ne nos īducas in tētationē: ne scꝫ purgata domo nostra a pctōꝝ sordibus: rursus tētatione victi: in eadē aut maiora recidiuantes: nouissima nostra fiant prioribus peiora. Undiqꝫ eīn nobis parantur insidie vndiqꝫ tela iaciunt. Insurgit ꝯtra nos caro: tra-

Marginalia: Dubiū tertiū. m. — Rñō ad dubiū tertiū. — Bonauē. — Jo. chryso. — Abbas Jsaac. — Ps. ciij.

bit

bit mūdus: insidiaꝭ diabolus. Suggerit caro voluptatē: mūdus vanitatē: diabolꝰ iniq̄tatē. Caro mollia: mundus inania: diabolus mortifera. Caro infestat per lasciua desideria: mūdus per prospera ꝛ aduersa: diabolus per turpitudines ꝛ vicia. Quorsum nos vertimꝰ: tētationum laqueos ad capiēdas alas inuenimꝰ. Insidiantꝭ nobis hi nostri inimici: ꝛ vndiq̄ nos deijcere festināt. In esu ꝛ potu: in opere ꝛ vbo: in vigilia et somno: in cogitatu ꝛ delectatione: in diuitiis ꝛ paupertate. In sciētia ꝛ humilitate. In cōtinētia ꝛ parcitate. In patiētia ꝛ rigore: ꝛ in oī nobis materia occurrente. De quo beatꝰ Ber. in de miseria hōis ita inquit. Inimici animā meā circūdederūt: corpꝰ mūdus: ꝛ diabolus. Corpꝰ fugere nō possum nec fugare: circūferre id necesse est: qm̄ alligatum est mihi. Perimere nō licet: sustētare cogor: cū illud impinguo: hostē aduersum me nutrio. Si em̄ satis comedo: ꝛ illud robustū fuerit: sanitas eiꝰ mihi aduersaꝭ. Mūdus vo circūcinxit me vndiq̄: ac per quinq̄ sensus corporis mei quasi per portas sagittis suis vulnerat me: ꝛ mors intrat ꝑ fenestras meas. Respicit oculus: ꝛ mentis sensum auertit. Audit auris: ꝛ intētionē cordis inficit. Odoratꝰ cogitationē bonā impedit. Os loquiꝭ et fallit. Ardor libidinis parua occasione excitatur: ꝛ nisi subito respuaꝭ: statim totū corpꝰ occupat ꝛ estuat: vrit ꝛ incēdit. Primo carnē tactā titillat: deinde mētē meā maculat turpi delectatione: ꝛ ad extremū per cōsensum prauitatis sibi mētem subiugat. Porro diabolꝰ (quē videre nō valeo: ꝛ ideo minus cauere possum) ipse tetēdit arcum suum: ꝛ in eo parauit sagittas suas: vt sagittet me in auro ꝛ argēto: ꝛ in omnibꝰ his q̄bꝰ abutimur: cum illis male delectamur. His illaqueamur. Nec solū laqueū posuit: sed ꝛ viscū. Uiscus est amor possessionis: affectꝰ cognitionis: cupiditas honoris: ꝛ voluptas carnis: quibꝰ aīa inuiscaꝭ ꝛ irretiꝭ: ne pēnis cōtēplationis per plateas superne sion discurrere possit. Sagitte diaboli sunt: ira: inuidia: luxuria: ꝛ cetera vitia: quibꝰ aīa vulneraꝭ. Et q̄s est qui iacula eiꝰ ignea possit extinguere? Prohdolor his telis vulneraꝭ sepe fidelis aīa. Hei mihi misero: vndiq̄ mihi bella: vndiq̄ volāt tela: vndiq̄ tētamēta: vndiq̄ pericula. Caro suggerit mollia: mūdus vana: diabolus amara. Quoties carnalis tētatio mentē meā importune pulsat de cibo potu ꝛ somno: ceterisq̄ similibꝰ ad carē carnis pertinētibꝰ: caro mihi loquiꝭ. Cū vero de ambitione seculi: de iactātia: de arrogātia: cogitatio mala versaꝭ in corde: de mūdo est. Quādo aūt ad irā ꝛ animi amaritudinē prouocor suggestio diabolica est: cui non aliter q̄ ipsi diabolo resistendū est. Caro mea de luto est: ideo lutosas ꝛ voluptuosas cogitationes ex illa habeo: vanas ꝛ curiosas de mūdo: amaras ꝛ malitiosas a diabolo. Isti tres inimici me īpugnāt ꝛ persequunꭍ: nūc occulte: nūc aperte: semꝑ autē malitiose. Cōsiderātes igiꭍ q̄ non est pax in vita ista: q̄ plena est tētationibꝰ: ꝛ adeo plena vt non immerito tētatio debeat appellari: videtesq̄ defectū nostrū ꝛ virtū nostrarꝫ paruitatē: cōfugere nos docuit christus ad patrē celestē: ꝛ petere: ne nos inducas in tentationē. ℂ B Et qm̄ sicut in ceteris q̄ oramus: nō sufficit ad impetrādum qḋ petimꝰ solū vba fundere: sed etiā ad obtinendū petita ꝓ viribꝰ laborare. *Ita ꝛ in hac sexta petitione cū dicimꝰ. Et ne nos inducas in tētationem: etiā deo a quo petimꝰ ꝓseruari: collaborandum est sagaciter ꝛ industriose: ne decepti tentationibꝰ peruertamur. Unde necessariū est nobis

Beatus Bernar.

Que sunt sagitte diaboli.

ADDITIO.

** In hac petitiōe nō petimꝰ / vt*

tentationū modos: ac tētantiū fraudes nō ignorare. Pro quorꝫ aliquali apertione quatuor: vidēda sunt. Primo q̄d nōie tētationis accipiꭍ: ac de eius descriptione. Scḋo de tētationū generalibꝰ modis ꝛ eius diuisione. Tertio de specialibꝰ diaboli astutus ꝛ tētationum fraude. Quarto de remediorꝫ inq̄sitione Per que redeūtes ad textū: huius petitionis intellectꝰ clarius aperieꭍ. Additis quibusdā dubijs ꝓ fundamētaliori dicendorꝫ cognitione. ℂ Quātū ad primū: aduertēdū q̄ tētare vt dicūt doc. circa dist. xxi. li. ij. sen. nihil aliud est q̄ ꝓbare aliq̄d seu experimentū sumere vt aliquid de aliquo sciaꭍ. Unde tētare ſm Tho. par. i. q. cxiiij. ar. ij. attribuiꭍ deo: homini: ꝛ diabolo ꝓprie. Attribuiꭍ etiā (ꝫ minus ꝓprie) carni et mūdo. Unde glo. Cassi. sup illud ps. xxv. Proba me dn̄e ꝛ tēta me / dicit. Tētat deꝰ vt erudiat: homo vt sciat. Et diabolus vt seducat: de tētatione carnis ꝛ mūdi diciꭍ Jac. i. Unusquisq̄ tētatur a sua cōcupiscētia abstractꝰ ꝛ illectus. Cōcupiscentia vtiq̄ carnis vel oculorꝫ: que simul ad carnē ꝛ mūdū ꝑtinēt: dicēte Joāne. Omne qḋ est in mūdo: cōcupiscētia carnis est: vel cōcupiscētia oculorꝫ: vel superbia vite. Et sequiꭍ. Mūdus trāsit ꝛ cōcupiscētia eiꝰ. Unde sub hac generalitate pōt sic describi. Tentare est experimētalē notitiā alicuius in se vel in alio causare ꝑncipaliter vel occasionaliter. ℂ Diciꭍ experimētalē notitiā: quia ſm Alex. de ales. par. ij. q. cxvij. ꝛ sanctū Tho. par te. i. q. cxiiij. Tentare est experiri. Unde notitia q̄ per rationē acquiriꭍ nō acquiriꭍ tētatiōe. ℂ Diciꭍ alicuiꝰ scꝫ nō taliter noti. Unde sciēs aliq̄d ꝑ rationē vel fidē: nihilominus tentādo pōt illud sciri per experiētiā. ℂ Diciꭍ in se: ꝓpter hominē ꝛ demonē tentantē: qui tentādo experimētalem notitiā eiꝰ de quo tentāt in se acq̄rūt. ℂ Dicitur vel in alio: ꝓpter deū tētantē: quia deus tentādo nō causat notitiā in se. Siquidem nihil de nouo cognoscit deus: q2 notitia dei incausabilis est et eterna: est em̄ immutabilis diuina essentia. Causat aūt notitiā experimētalē in illo quē tētat: vel in alijs quos scire facit de tētato qḋ nesciebant. ℂ ℂ Et ſm hoc intelligēda est oīs scriptura qua deus dicitur tētare vt aliq̄d sciat: nō qḋ de nouo aliq̄d sciat qḋ nō nouit: vel nunc aduertat quod prius nō aduertit: cū oīa immutabiliter eternaliter sciat anteq̄̄ fiāt: sed qḋ aliquid tētatū vel alios de tētato experimētaliter scire faciat: sicut est illud Gen. xxij. Tētauit deus abrahā. Et sequitur. Nunc cognoui q̄ timeas dn̄m. i. cognoscere te feci. ℂ Diciꭍ principaliter ꝓpter deū hominē vel diabolū: qui ex intētione cognoscēdi aliquid de aliquo in se vel in alio tētat. ℂ Diciꭍ vel occasionaliter ꝓpter carnē q̄ tentare diciꭍ: inquantū cognosci pōt per carnē pulsantē: vel mundū aduersis repellentē: aut ꝓsperis allicientem: q̄lis sit homo: an virtute cōstans: an mobilis. Et talibꝰ: carne scꝫ ꝛ mūdo frequēter vtiꭍ diabolꝰ: tāq̄ instrumētis ad tētādū. ℂ Ex hoc pꝫ q̄ immediatꝰ finis tētationis est sciētia experimētalis. Uerum q̄ ille finis vt plurimū ordinaꭍ in aliū finē bonū vel malū. Uñ vt dicit sanctꝰ Bon. Quis tentās intēdit ꝓbare vel approbare: aut ꝓbatū ostēdere. Hoc modo tētat deꝰ: vt tentatū scire faciat et experimētaliter cognoscere seipsum. Sic dicitur Deut. xiij. Tētat vos dn̄s deꝰ vester: vt palā fiat vtrū diligatis eū an non ex toto corde ꝛ in tota anima vestra. Et Sap. iij. Deus tētauit eos: ꝛ inuenit eos dignos se. Tanq̄ aurū in fornace ꝓbauit illos. Inuenit eos. i. inueniri ꝛ cognosci fecit illos a seipsis ꝛ alijs dignos se. Sic nōnunq̄ ten-

simpliciter non tentemur: sed ne īducamur in tentatiōnē: ille em̄ induciꭍ in tētationem / qui superatur / ꝛ capitur / vt piscis in rethi: christꝰ em̄ fuit tentatus: sed non in tentatiōnē ductus.

Cassio.

Jaco. i.

i. Joan. ij.

Describit quid sit tentare.

Gen. xxij.

Immediatus finis tētatiōis q̄s sit.

Sanctus Bonauē.

Deute. xiij.

Sap. iij.

tat magister discipulū in cōspectu aliorum de co
qͥ nouit discipulum scire: vt sic eius sciētia aliis
fiat nota. Tentat etiā quādoqȝ homo se vel aliū:
vt sciat quid in eo sit. i. Reg. xvii. de dauid dicit.
(i. Reg. xvii.)
Cepit tentare si armatus posset incedere. Et. iij.
Reg. x. Uenit regina saba tētare Salomonem in
(iij. Reg. x.)
enigmatib9 Sic nōnulli tentant dn̄m: qui quasi
incerti experiri volunt dei virtutē. Sic filii israel
deū frequēter tentauerūt in deserto: vt dicit Nu
me. xiiij. Tentauerūt me iam per decē vices. Con
(Nu. xiiij.)
tra quos dicit. Nō tētabis dn̄m deū tuū. Deut.
vi. Tentās etiā qn̄qȝ intēdit vt tentatū reprobuȝ
faciat ꝛ seducat. Sic tētat diabolus vt ad pecca-
tum inducat. Sic dicit Pet. Act. v. Cur tentauit
(Actuū. v.)
cor tuū sathanas mētiri spiritui sancto ꝛ frauda
ri de precio agri? Etiā quādoqȝ licet pulsans nō
intēdat: tamē ad eius pulsationem sequit appro
batio vel reprobatio hominis. Sic caro tentat:
qȝ ad eius titillationē probat homo si resistit: aut
reprobat si cōsentit. Sic dicitur de carne. Jac. i.
(Jaco. i.)
Unusquisqȝ tentat a sua cōcupiscētia abstract9
(Ad he. xi.)
ꝛ illectus. Et de mūdo habetur ad Heb. xi. Rapi
dati sunt: secti sunt: tētati sunt. Hec enim sancti
a tyrannis huius seculi passi sunt. Et Sap. xiiij.
(Sap. xiiij.)
Creature dei facte sunt in odiuȝ: ꝛ in tētationem
anime hominū ꝛ in muscipulā pedibus insipien
tiū. ¶ D Quāuis autē tētari sic indifferēter ac-
cipit in bono ꝛ malo: accipit tamē sepe tantū in
malo. Sic accipit a beato Jac. in sua ca. c. i. Ne-
mo cū tentat dicat: qm̄ a deo tētat. Et sequitur.
Deus em̄ intētator maloꝝ est: ipse aūt neminem
tentat. Et illo modo capiēdo in malo tētationeȝ
diffinit Cassia. Tentatio est assimilatio boni ad
(Tentatio-nis defini-tio.)
fallendū. Et de tali tētatione hic loquimur. Nō
em̄ petimus nō induci in tētationē: nisi quaten9
tentamur ad malū. Et sic accipiendo tentare: est
officiū proprium diaboli: sicut dicit glo. interli. i.
Thes. iii. sup illud. Ne forte tētet vos is qui ten-
tat. i. solus diabolus cuius officiū est tētare. Nā
etsi homo aliquādo sic tētat: hoc agit inquantū
est minister diaboli. Quod vtinā diligēter atten-
derēt q̄ verbis: factis: vestitu: nutib9 ꝛ signis alios
sollicitāt ad turpia mala ꝛ peccata: cuius in hoc
sunt ministri: cuius vicarii: cognoscerentqȝ se in
hoc agere ꝛ gerere ꝓpriū diaboli officiū: forsitan
si nō timore: tamē pudore vilissime seruitutis re
traherent ab opere ꝛ morib9 tam peruersis. Sic
etiā ad malū tentat homo ab obiecto delectabi-
li vel tristabili presente se: vel in phātasia: qd̄ tra
hit ꝛ mouet sensualitatē sibi naturaliter affectā:
et per sensualitatē allicit ipsam volūtatē ad con-
sensum inordinatū fruēdi eo cōtra dictamen re-
cte rationis. Et ita tentāt hominē diuitie: hono
res: cetera obiecta delectabilia: etiā quādoqȝ ter
ribilia ad incutiēdū inordinatū timorē: licet hoc
obiecta nō intēdāt: sunt tamē diaboli instrumē-
ta: qui per hec intēdit hominē decipere ꝛ induce
re ad peccandū. ¶ E Quantū ad secūdū licȝ plu-
rime ponant tētationū species ꝛ distinctiones a
sanctis: quas collegit Alex. de ales loco allegato
ꝛ diffuse prosequit: ꝛ s̄m diuersa causarū genera:
sufficiat tamē hic tangere eas q̄ sumunt a causa
efficiēte ꝛ formali. Nam de fine iam dictū est: qȝ
quedā tētatio fiat nude ad experiendū scientiaȝ
tentati: que fit per questiones ꝛ argumenta ꝛ so-
phistrias. Alia ad ꝓbandū vitā ꝛ mores. Tertia
ad seducendū: de qua solū in ꝓposito. ¶ Quan-
(Tētatio du-plex est.)
tum ergo ad causam efficientē ponit magister in
(Tētatio ex-terior quid sit.)
ij. di. xxi. duplicē tētationē: exteriorē ꝛ interioreȝ.
Exterior est quādo nobis exterius malū sensibi-
liter suggerit verbo vel signo: vt ad peccati con-
sensum tētatus inclinetur. Que nihil aliud est qȝ
ostēsio alicuius obiecti sensibilis a virtute exte-
(Tētatio in-terior quid sit.)
rio: e: vt apprehēdēs ad peccandū alliciat. Tēta
tio interior est motio hois ad pcti ꝯsensum orta
ab aliqua virtute interiore siue sensibili exterio-
re: vt cū ipa orit ex imaginatiōe memoria aut vir-
tute motiua. Et illa qn̄qȝ fit ab hoste qn̄qȝ a car-
ne. Qn̄qȝ em̄ imaginatiua nr̄a mouetur ab hoste
mouēte species vel habit9 in memoria sensitiua
vel intellectiua reseruatas: per illas cognitiuam
ad cogitationes impuras blasphemas aut sordi
das: vt affectiuā moueat ad consensum. A carne
spūi ꝓpter fomitis infectionē rebellāte: dū quos-
dam bestiales motus ac illicitos in sensualitate
excitat: ꝛ facile ad cōsensum volūtatem inclinat.
Et hec qn̄qȝ fit a carne sola: qn̄qȝ simul ab hoste.
carnē mouēte. Sicut dicit apostolus. Datus est
mihi stimulus carnis angelus sathane vt me co
(ij. Cor. xij.)
laphizet. ij. Cor. xij. Et s̄m hoc nō quelibet homi
nū tētationes ꝛ pctā sunt a demone tanqȝ a cau-
sa directa ꝛ immediata: nec oīa pctā cōmittūtur
diabolo imediate instigante. Quippe multa fiūt
a libero arbitrio: et a carnis corruptione. Unde
dicit in ecclesiasticis dogmatib9. Non oēs cogi-
tationes nr̄e male a diabolo excitant: sed aliquo-
(Origenes.)
tiens ex arbitrii nostri motu emergunt. Et Ori-
ge. Etiā si diabolus nō esset: hoies haberent ap
petitū ciboꝝ: ꝛ venereoꝝ. Circa q̄ multa inordi-
natio cōtingit: nisi p rōnē talis appetitus refre-
net. Refrenare aūt et ordinare hmōi appetitum
subiacet libero arbitrio. Quare ex sola arbitrii
negligētia in refrenādo sine speciali ꝛ immedia-
ta instigatiōe diaboli cōtingere pōt pctm̄. Uerū
(Peccatum vnde oriat.)
tamē oē pctm̄ hois mediate vel immediate orit
ex tētatione demonis. Ipse em̄ instigauit primū
hominē ad peccādū: ex cui9 pctō in toto gn̄e hu-
mano secuta est quedā ꝓnitas ad peccādū. Etiā
omē pctm̄ orit ex tētatione aliqua. Nemo em̄ ad
malū aspiciēs operat: s̄m Diony. Ois aūt tenta
tio est a demone vel carne: ꝛ tētatio a carne etiā
est a demone tanqȝ a mouente primo vel media-
to: qȝ tētatio carnis est ex eius corruptione: que
orta est ex prima demonis tētatione. Et s̄m hoc
(Hiero.)
intelligēda est autoritas beati Hier. sup illō ps̄.
Declina a malo ꝛ fac bonū. Mala oīa ex instin-
ctu diaboli ꝓcedūt: sicut bona ab instinctu dei.
Ibi tn̄ (sicut) non dicit omnimodā similitudinē: qȝ
bona oīa ꝓcedūt a deo immediate. Est em̄ deus
cā immediata oīm positiuoꝝ effectuū. Mala ve-
ro ꝓcedūt ex instinctu diaboli nō oīa immediā-
(Diony.)
te sed q̄dā tm̄ mediate. Similiter et illa Diony.
ca. iiij. de diuinis no. Multitudo demonū est cā
(Damasce.)
oīm maloꝝ sibi ꝛ aliis. Et illud Dama. Malitia
et oīs immūdicia a diabolo excogitate sunt. Et
ad illā distinctionē etiā reducit illa: qȝ oīs tenta-
tio est ab hoste vel a carne. Qȝ per tētationeȝ ab
hoste: intelligit oīs tētatio exterior: illa enim fit
ab hoste qui exteriorib9 vtit sicut suis instrumē-
tis. Non est tn̄ ita ꝯuersa sicut prior: qȝ mēbra ma
gis coincidūt: cū etiā tentatio a carne nōnunqȝ
procedit ab hoste carnē ac sensualitateȝ mouēte
vt dictū est. ¶ F De diuisione tētationis q̄ sumi-
tur a cā formali. i. a mō tentādi: ꝯsr aduertendū
qȝ oīs tētatio tendēs inducere ad pctm̄ potest (a
quocūqȝ fiat) ad duos reduci modos: qȝ aut fit
(Augusti.)
per blāda ꝛ cōcupiscibilia: aut per tristia ꝛ timē-
da. Unde beat9 Aug. sup illud ps̄. lxxix. Incensa
igni et suffossa ab increpatione vultus tui peri-
būt dicit. Oīa pctā due res faciūt in hoie: scȝ cu
piditas. i. amor inordinatus creatarum rerum:
et timor. Subdit. Et videte vtrum possunt esse
peccata

illam ad quã trahebatur tentatoris voluptatem ore impio blasphemus intrauit. * Tentatus est Joseph turpi illecebra: sed non illatus in tẽtationem. Tentata est Susanna: sed non inducta: qr non prebuit cõsensum tentatori. Ita ꝛ nos petimus nõ induci in tentationẽ. i. nõ cõsentire tentationi. Unde dicit Ber. Aliud est tentari: aliud in tẽtationẽ duci. Tentaẽ quilibet quãdo in anima aut corpore in delectatione alicuius vitij titillatur. Inducitur in tentationẽ si sue ceperit delectationi cõsentire. Et beatus Cypria. Non petimus ne ducamur in tentationem: sed ne inducamur. Aliud quidẽ est in tentationẽ duci: aliud induci. In tentationẽ ducitur: qui tentatione pulsatur. In tentationẽ inducitur: qui tentationi succũbit ꝛ ab ea superatur. Induci etiã est intus duci et succũbere: ꝛ tentationi prebere cõsensuz. ¶ Uel aliter petimus nõ induci in tentationez: hoc est: non permittas pater celestis inimicos nr̃os fortes nimis sup nos inducere. Etenim si duci nos permittas in tẽtationes vt exciteremur: petim⁹ in tentationibus exitũ: ne nimium inuoluamur: et ipsis prebeamus assensum. Qua in parte ostenditur: dicit Cypria. nihil cõtra nos aduersariũ posse nisi illud ante permiserit deus: qr petimus ne patiaẽ nos in tentationẽ induci. Quod si nõ permiserit: nulla tentatio poterit aduersum nos cõcitari. ¶ ¶ Uel tertio petimus ne nos inducas in tentationẽ: hoc est: nõ subtrahas a nobis auxiliũ tuũ: donum scilicet gratie tue: quo roboramur ad fortiter tentationibus resistendũ. Non enim tantum gratia nos operaq; nostra deo reddit acceptos: sed cũ hoc fortificat ad cõcupiscentias malas ꝛ tentationes reprimendas. Uñ Augu. in de baptismo paruuloꝝ. Ut cõcupiscentijs ꝛ desiderijs carnis nõ ꝯsentiamus: deprecamur adiutoriũ. i. gratiã tuã: quã si iusto iudicio tuo a nobis subtrahis: nos quasi priuatiue in tẽtationem ducis. Quia nihil in nobis manet quo valide possimus cõtra tentationes dimicare. Inducis quidẽ sicut ducit nauẽ in naufragiũ ꝛ periculum qui tollit remũ ꝛ gubernaculũ: quib⁹ fluct⁹ aque cõpescuntur. Similiter ꝛ equũ ducit in precipitiũ: qui frenũ tollit quo regitur: ne inordinat⁹ motus exequatur: ſm Ansel. in de cõceptu virginali. Dicitur autẽ deus per subtractionem sui auxilij nos inducere in tẽtationẽ: ad similitudinẽ quomodo dicit scriptura: cum corda multoꝝ indurare. Non quidẽ positiue efficiendo indurationez cordis cuiuscunq;: sed deserendo: qr suã gratiam nõ infundit: que cor habet a peccato emũdare ꝛ ipsum emollire. Sic in proposito cuz gratiã subtrahit: que a cõsensu tẽtationis custodit ꝛ preseruat: in tẽtationẽ inducit. ¶ Uel quarto petimus ne nos inducas in tentationẽ: permittẽdo ꝙ beneficioꝝ alius impensorũ occasione nos peiores efficiamur. Sic eñ sepe quis ex bono ꝓximi in tẽtationẽ velut ex illo cadit in odiũ et in inuidiam eius. Uñ dicit Aug. super illud ps̃. Conuertit cor eoꝝ vt odirẽt (al's vt erudirẽt) populũ eius. Mali ꝛ impij erãt. In eo autẽ ꝙ populũ suũ multiplicauit: hoc beneficio suo per accidẽs ad inuidendum cõuertit: qr inuidia est odiũ felicitatis aliene. Sic igitur cõuertit cor eoꝝ: nõ illud malũ in eis faciẽdo: sed populo suo benefaciendo: ob qd ipsi sponte cor suũ prauũ cõuerterũt ad odiũ populi sui. Non sic petimus ne nos inducas in tentationẽ: sed preseruari ne tuũ qualecunq; bñficiũ: qd cui tibi placet cõicas: nos occasionaliter tenter: vt ex hoc cõtra te murmuremus: ꝛ odiũ ꝛ inuidiam cõtra quãcũq; tuã creaturã concipiamus.

* Joseph turpi illecebra: vt scilicet dormiret cũ vxore domini sui tẽtatus est: sed non est induct⁹ in tentationem.

Aliud ẽ duci in tentationẽ: aliud induci.

Augusti.

Deus quomodo ĩ scriptura dicitur multoꝝ corda indurare.

Augusti. Ps̃. ciiij.

Specialius tamẽ fundimus preces ad deũ patrẽ dicẽtes. Ne nos indu. in tẽta. scz carnis: vt nos absorbeat per voluptatẽ. In tentationẽ mũdi: ne nos peruertat per cupiditatẽ. In tentationẽ diaboli: ne nos perdat per iniquitatẽ. Caro nãq; nimiũ nos infestat: ꝛ nunq̃ quietum patitur esse affectũ nocte feruet: die anhelat. Unde Greg. Nos gestamus laqueũ nostrũ: nobiscũ ferimus inimicum carnẽ scz nostrã de peccato natã: in pctõ nutritã: nimis ipsa origine corruptã: sed multo amplius praua cõsuetudine vitiatã. Hinc tam acriter aduersus spiritũ cõcupiscit ꝛ assidue murmurat. Impatiẽs discipline illicita suggerit: nec rationi obtẽperat: nec vllo timore inhibetur. Ut ergo huius inimici repellamus suggestionẽ oramus: ne nos inducas in tentationẽ. Rursus mundus acriter nos inuadit tentãdo: nũc allicit per prospera: nũc minatur ꝑ aduersa. Unde Aug. Mund⁹ duplicẽ aciẽ ꝓducit contra xp̃i milites. Blãditur eñ vt decipiat: terret vt frãgat. Ne igitur huius hostis incurramus deceptionẽ: oram⁹ ad patrez nostrũ celestẽ. Ne nos inducas in tentationem. Demũ tertius hostis diabolus mendacij pr̃: mille suis fraudibus ſm naturã cuiuslibet aggredi non cessat: ꝛ vbi magis pronũ nouit ad lapsum: ibi vt ꝑmissum est: astutias suas multiplicat: nec fatigatur: nec cessat: si forte interficiat sibi q̃sq; cedentẽ. Contra cuius astutias ꝛ calliditatẽ oram⁹ ad patrẽ. Ne nos inducas ĩ tẽtationẽ. ¶ D Circa premissa sunt quedã dubia. Primũ: qr dictuz est tentationes in nobis plurima bona operari. Dubitatur vtrũ tentatio sit a nobis appetenda? * Et videtur ꝙ sic per illud Greg. s. allegatũ. Elatus tentari se post virtutes desiderat: ne peius ex virtutibus cadat. Itẽ appetendũ est illud quo a periculo preseruamur: hoc autẽ est tentatio. Nam ſm supradicta in septima astutia: periculosissimum est nõ tentari. Itẽ appetendũ est illud quo nobis plurimus fructus accrescit: talis est tentatio: vt habitũ est: igitur tentatio a nobis appetenda est. Itẽ illud est appetẽdũ quo beatificamur: talis est tẽtatio: teste Jaco. Beatus vir qui suffert tẽtationẽ. Itẽ ois xp̃i actio nostra est instructio. Greg. in prologo sui dial. Christus voluit tẽtari: qr ductus est a spiritusancto in desertum: vt tentaretur a diabolo. Sed qd voluit appetijt: siquidem idẽ est volũtati appetere ꝛ velle: ergo et nobis appetẽda est tentatio. ¶ In oppositum est illud Hugonis. Tentatio est actus vel motus inclinatiuus hoïs in aliquod malũ vel illicitũ. Sz nõ est nobis appetendus motus ad malũ ꝛ illicita: cum ꝛ ipse talis malus est: qr a fine quodlibet hz denominari. Nam cuius finis bonus: ipsum quoq; bonũ: ꝛ cui⁹ finis malus: ipsum q̃z malũ. Preterea pctm̃ nõ est a nobis appetẽdũ etiaz ꝓpter quodcũq; bonũ qd cõsequeretur: ſm illõ apostoli dãnãtis eos q̃ dicũt: faciamus mala vt eueniãt bona. Sed tẽtatio non est sine pctõ: qr siue exterior sit: siue interior: hz semp pctm̃ annexuz. Exterior eñ q̃ fit a demone vel hoĩe malo: fit cum intẽtione fallendi. Uelle autẽ fallere peccare est. Interior autẽ fit a carne: ꝛ hoc silr̃ fieri nõ põt sine pctõ: qr nõ sine motu illicito: ois autẽ mot⁹ illicit⁹ est pctm̃: vt dicit magister in ij di. y. ¶ Dubiũ illud cũ suis rõnibus aliud dubiũ affert: vtrũ ois tẽtatio sit pctm̃. Sz videbim⁹ de p̃mo: deinde de scd̃o. Et loq̃mur hic de tẽtatione tertio mõ accepta: q̃ scz fit ad malũ inducẽdũ: quõ etiã in toto illo tractatu accipitur. ¶ Notãdũ igitur ẽ qd res ꝑ tanto est appetibilis: ꝑ q̃to participat rõnez boni: qr bonũ cõiter ponitur obiectũ appetit⁹.

Grego.

* Sicut vasa non cognoscũtur esse integra ad plenuz: nisi fuerint percussa vt sonus audiatur: nec cognoscuntur ꝑfecte cocta: nisi ĩ ignib⁹ exposita. Si percussa non clarum reddũt sonum sed quassatum ꝛ obtusum: fracta perpendũtur: ꝛ sz fractura tactu aut visu nõ discernatur. Sic ꝛ homines nõ perfecte cognoscuntur donec pulsati terroribus tribulationibus: aut delectationibus expositi non fuerint: hoc fruct⁹ a nobis excludere mus si omnino nõ tentari poterem⁹ quã propter etiaz electi tentari ꝯsiderãt. ps̃. Proba me: et tenta me.

Est

Aliquid est appetibile dupliciter. j. Ethi. ca. vij.

Est aūt quātū hic sufficit aliq̄d appetibile dupliciter fm̄ p̄hm: scȝ ꝓpter se etiā si nullū aliud bonū inde sequeret. Tale bonū est felicitas. Silr et virtutes q̄ sunt honesta ꝛ delectabilia. Aliud est bonū appetibile nō propter se: sed propter aliud sibi adiunctū per se appetibile: seu propter bonū ad qð ordinatur: sicut medicina amara bona est qr inductiua est sanitatis. Et ad propositum: tentatio nō est bonū p̄mo modo: qr qð est inductiuū ad malū: nō est per se bonū. Itē aliqua est tentatio que nō pōt fieri sine pctō: vt illa q̄ fit intentione fallendi: ꝛ in peccatum inducendi: qualis est q̄ fit ab homine malo: aut spū maligno: q̄ per tentationē satagit tentatū ad pctm̄ pertrahere. Non em̄ quis delinq̄t dūtaxat in se malū operando: sȝ etiā delinq̄t malū alterius ꝓcurando. Qð autē fieri nō pōt sine pctō: nequaq̄ hȝ rōnē per se appetibilis: pȝ ergo q̄ tētatio nō est appetibilis p se seu ꝓpter se. ¶ E Utrū aūt sit appetibilis ꝓpter aliud: puta propter victoriā: que cōsequi pōt tentationem: aut ꝓpter veritatem: que ex tētatione augeri potest ꝛ roborari: magis dubiū est. Et videtur probabilius q̄ tentatio nō est appetenda propter alterū bonū. Quod sic ostenditur: qr qð non est per se causa alterius: sed omo habet se ad illud per accidēs nō est appetēdū propter aliud. (Nunq̄ enim medicina amara appeteretur nisi posset causare sanitatem.) Tentatio aūt non est inductiua victorie: neqȝ ad victoriā promotiua quantū est ex se: sed magis inductiua casus. Et si victoria quādoqȝ tentationem subsequit: non tamen pcedit ex tentatione tanq̄ a causa efficiēte victoriam: sed pronenit a tentato tentationem viriliter cōculcante. Per quod contingit virtutem qn̄qȝ augmētari: aut etiā nasci per actum scȝ resistēdi tentationi non per ipsam tentationē. Et lȝ tentatio qn̄qȝ est occasio victorie: pro quanto inuitat ad pugnā: ꝛ nemo vincit q̄ nō pugnat: nō tn̄ ideo appetenda: alioquin etiā pctm̄ esset appetēdū: qð est erroneū. Nam ꝛ pctm̄ qn̄qȝ est occasio maioris gratie: vt si q̄s pctm̄ suum recogitans: surgit ardenter in magnā eius displicentiam: petens a deo sibi remitti: ad qð sequit qn̄qȝ maior gratia: q̄ si peccatū nō precessisset: dicēte scriptura. Ubi superabundauit delictū: superabūdauit ꝛ gratia. Sic ꝛ nōnunq̄ pctm̄ sequit maior humiliatio: sic dicit ap̄ls. Scimus qm̄ diligētibus deū oīa cooperant in bonū: ita oīa etiā pctā cōmissa ꝛ remissa. Ex quorū memoria cōuersi assurgunt ad propensiores gratiarū actiones: immo ad intensiorē dilectionē iuxta parabolā saluatoris de duobus debitoribus. Non tn̄ ꝓpter hoc peccatū est perpetrandū seu appetendū: qr aliq̄n sequitur maior gratia. Incerta est preterea victoria: qr incertū est an tentatus tētationem superet: an a tentatione superet: ideo videtur magis declinanda q̄ appetenda. Nam qui amat periculū: in illo peribit. Est autē periculosa tentatio: qr cōiter proniores sumus ad malū q̄ ad bonū. Et nemo virtutes suas perfecte nouit. Sed neqȝ quātū velit deus permittere augeri tentationem: vt tentatū deiciat de merito p̄cedētium delictorū. Hinc est cōis doctrina: non solū vitia esse declinanda: sed etiā occasiōes pctōꝝ que pctā inducere possunt quāuis per accidēs ꝛ occasionaliter. Qr igitur tētatio occasio est in pluribus ruine: ꝛ casus in malū: qn̄qȝ ex intētione tentātis: ꝛ sepius ex infirmitate tentati: nō videt qð ipsa sit appetēda. *Uerum vbi certa esset victoria de tentatione: tentatio appeti posset cū victoria: quia tētari fm̄ predicta: non est de se malū: licet sit ad malum prouocatiuū: ideo nō omnino refugit rōnem appetibilis: qr inclinationi eius quis laudabiliter resistere potest ꝛ eam superare. Et hoc est verum: dū tentatio ipsa non est peccatū: dum scȝ non fit intentione fallendi. Quoniā in nullo casu peccatū appeti potest licite: sicut non propriū: sic nec alienum. Nemo enim debet bonum suum cum alterius pctō: imo cū dei offensa procurare. ¶ F Per hoc ad rationes in principio dubij inductas. Ad primū de beato Gregorio: dicit q̄ electi tam multis victorijs vitiorū potiti: ne extollantur desiderant aduersitatibus a superbia preseruari. Non ergo desiderant tentari aduersitatibus simpliciter: sed aduersitatibus tentari cum victoria ꝛ magis victoriā. Et hoc innuit cū addit. Ne peius ex virtutum cōfidentia cadant. Unde aliud est appetere tentationem propter victoriā: aliud appetere tentationem cū victoria. Scðm licet: nō primū: vt. D. patet ex declaratis. Ad scðm d: qð aliquo duplr preseruamur a periculo. Aut per se: q̄o virtutes p̄seruant a periculo lapsus in vitiū et per se inclinant ad actum virtuosum: peccato contrariū: vt fortitudo ac sanitas membrorum: a periculo casus corporꝫ: ꝛ illa sunt appetēda. Alio modo aliquid preseruat a periculo per accidens: pro quāto ad cauendum seu vincendum illud requiritur maior vigilātia ꝛ sollicitudo. Sic via lubrica qn̄qȝ per accidens preseruat a lapsu: pro quāto excitat in viatore maiorem prouidentiā locandi pedes: ꝛ maiorem sollicitudinem ꝛ curam caute ambulādi. Sic nōnunq̄ pctm̄ veniale: aut ēt mortale minus preseruat p accidēs a maiore. Et talia nō sunt appetenda nec agenda: fm regulā apostoli. Nō sunt faciēda mala vt eueniāt bona. Tentatio autē per se nō preseruat a periculo pcti: sed magis inducit ad pctm̄: ꝛ ideo appetenda nō est. Qð vero addit de septima astutia d: qr doc. ille nō solū illis astutijs eas annumerat que per se inducunt ad casum: sed etiā q̄ per accidēs inducunt: qr vtroqȝ modo per se et per accidens diabolus q̄rit hoīs interitū. Per idem ad tertiū q̄ illud ex quo per se plurimus sequitur fructus: nō aūt si per accidens sequitur ꝛ nō per se appetendū est. Ad quartū q̄ nemo beatus est: qr tentatur: sed qr fortiter sustinet tentationē: atqȝ vincit nō cōsentiendo. Unde beatus Jacobus: q̄ beat9 est in spe: nō qui tētat: sed qui suffert tentationē hoc est q̄ non cedit tētationi ei cōsentiendo: sed viriliter sustinet eius impetum: fortiter impugnādo ne cadat. Qr cū probatus fuerit per tentationē: de fortitudine ꝛ cōstātia animi: accipiet coronā vite: nō qr tentat9: sed qr resistit ꝛ vincit. Nō ergo intelligēda est ista sufferētia sic: q̄ nemo debet cōtra tentationē insurgere: vt expugnet: qm̄ sancti exhortant: vt q̄ citō exurgit tentatio repugnatio adsit. Unde btūs Hiero. Dū paru9 (ait) est hostis interfice: vt elidatur in semine. Et beatus Greg. Si tentationi in corde nascenti festine nō resistitur: eadem qua nutritur mora roborat. Sunt etiā sufferende sic: vt nemo propter eas surgat in murmur cōtra deū: ꝛ cadat in impatiētiā. Sed repugnandū est cū mētis hilaritate. Unde ꝛ Jacobus. Omē gaudiū existimate fratres mei cum in tentatiōes varias incideritis: scientes q̄ probatio fidei vestre patientiam operatur. Quasi di. existimate omne gaudiū. i. gaudium celeste: quod excellit omne gaudiū: consequi cum incideritis in varias tentationes: ꝛ hoc si fortiter resistēdo vincitis. Sciētes qð ꝓbatio fidei vestre (q̄ per hoc declarat qð non superamini: sed magis oēs tribulatiōes per patientiā vincitis: q̄ hȝ op9

Rom. v.

Rom. viij.

Luce. vij.

Eccl. iij.

*Ubi est certitudo victoria tētatio appeti potest cū ipsa victoria: hoc indō aliq̄ de pfribus leguntur appetiuisse tētatiōes. Sic xp̄s voluit tentari qi de victoria certissim9 erat. Arguēs qr ois xp̄i actio nr̄a ē instructio pcedit sȝ nōbȝ esse semp eadē opatio: ois certe christi actio est nostra instructio non vt eadē semp agam9: sed vt ex sua actiōe spūalē doctrinā accipiam9: sicut p mortuoꝝ suscitationē nō instruimur q̄o debemus mortuos corporalr suscitare: sȝ q̄o a morte anime resurgere habeamus.

In quadā ep̄la.

In moral.

Jaco. j.

perfectū)eterna est glia remuneranda. Ad quintū de tentatiōe xpi. Verū est qd voluit tentari: qr de victoria certissimus: & ppter vtilitatē nostrā: vt suo exēplo instrueremur: quēadmodū tentatoris astutias vinceremus. Et quantū ad hoc: hec xpi tentatio fuit nostra instructio. Siquidē. Omnis christi actio nostra est instructio: nō vt eadē agamus: sed vt ex sua actione spūalē doctrinam accipiamus. Sicut mortuorum suscitatio non instruxit quō & nos mortuos corporaliter suscitemus: sed quō a morte aie resurgamus. ¶ Dubij annexi solutio ad finē dubiorū reseruatur. ¶ B Secūdo dubitatur: cur tam callide diabolus hominibus insidiatur: vndiqz insidias suas tendens et laqueos: quatenus ad peccati cōsensū ptrahat perituros. Rñdetur q inter alias quatuor cause poterunt assignari. Prima sumit ex magna eius inuidia. Scda ex ingenti eius supbia. Tertia ex inueterato dei odio. Quarta ex eius ambitiōe nimia & inani glia. ¶ Ex inuidia quo ad primū. Nā licet ipse creatus fuit bonus sicut & alie rationales creature: vt dei essentiā beatifice cōtēplaret: ipsaqz cū summo gaudio & delectatiōe frueretur factus tamen est malus sua propria volūtate. Siquidē cecidit ab illa summa perfectione & beatitudine nō quā accepit: sed quā accepturus erat: si in sua innocētia perstitisset. Propter quē volūtariū suum lapsū: a deo in sua malicia perpetuo desertus est: & a loco beatitudinis ad infernales penas detrusus. Deus autē sua sapiētia & mia immēsa hominē condidit: vt per ipsum ruinam in celis factā repararet. Videns igitur diabolus vt ait magister disti xx. lib. ij. senten. hominem per obedientie humilitatem posse ascendere: vñ ipse per superbiam corruerat: inuidit ei: & vt ipsū ab adeptione talis boni impediret: tentationū iacula pparauit: vt habetur Gen. iij. de primi hominis tentatiōe. Ex eadē inuidia qua primū hominē prosternere studuit & vicit: adhuc nos quotidie infestare nō cessat. Torquet eñ ex nostro bono & nostra felicitate. Hoc eñ malū habet inuidia: vt ex alterius prosperitate doleat: ex alterius malo gaudeat. Unde dicit Alanus in de planctu nature. Inuidis aliena prosperitas aduersa est. Aliena aduersitas prospera est. In aliena gratulatione tristant. In aliena tristitia gratulant. Et qr diabolus summe inuidus est: cuius inuidētia mors intrauit in orbē terrarū. Hinc bonū nostrū vbicunqz poterit: satagit ipedire: ac diuersis variisqz tētationib9 malū nostrū procurare. ¶ Secunda ratio sumitur ex eius superbia. Unde supbia neminē sibi patitur anteferri: sed omnib9 nititur dominari. In signum huius dixit lucifer. In celum conscendam super astra dei exaltabo solium meum: sedebo in mōte testamenti: in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem nubiū: & similis ero altissimo. Quid est querit Grego. Similis ero altissimo: q̄ super alios optare principatū? Impedit igitur diabolus bonū hoim quantū pōt: ne ppter bonū qd cooperari conantur: sibi preferantur. Procurat malū per tentationem: vt ipse nobis dominet. Oēs siquidem mali ei subsunt. Quia rex est sup oēs filios superbie. Quales sunt oēs mali dicente August. nullū pctm potuit aut pōt aut poterit esse sine supbia. Qr dicit scriptura. Radix (al's initiū) oim malorū est supbia. ¶ Tertia ratio sumitur ex dei odio. Qui eñ aliqd bonū odit: oēs affectat idipsum odire: & neminem illud diligere. Sicut e regione q recte diligit ipm ab oibus diligi cupit. Uñ dicit phs: q cōicātes in bono honesto se diligūt: qr in qb9 cōicam9 in his nos diligim9. Et ecōtrario odientes aliqd bonū honestū: diligūt alios idem odientes: qr in odio participāt. Quia igit diabolus summe deū odit: qr ipsum a loco voluptatis expulit: & in locū tenebrarū & caliginis relegauit: idcirco quantū pōt: odiū dei in oibus pcurare conatur. Hoc autem aliūde facere nō pōt: nisi per tētationē & suggestionē in pctm: quib9 cū hoies cōsentiunt: iam deū odiūt: precepta violādo: & suā volūtatē volūtati dei pponendo: plus quoqz dei aduersario q̄ deo cōsentiendo. ¶ Quarta ratio sumit ex inani gloria & ambitione. Uane gloriosus eñ alios sibi cupit adherere: ab aliis vult videri: venerari: & honorari. Unde apls volens Philippen. inducere ad humilitatē: suadet cauere inanē gloriā. Superiores inuicē sibi inuicē arbitrantes. i. per estimationē: non q sua sunt singuli cōsiderantes: sed et ea q sunt aliorū. Quorū certe opposita inducit inanis gloria: q querit videri & eminere: & multorum habere comitatū. Diabolus autē cū maxime sit honoris cupidus: querens & diuinos sibi exhiberi honores. Uñ nec erubuit xpm dñm ad se orandū inducere dicens. Hec oia dabo tibi si cadens adoraueris me. Hinc & frequēter responsa dabat in idolis: vt ipse pro deo coleret. Ex eadē igit radice nos tentationū laqueis querit inuoluere: vt nos inducat ad sibi seruiendū tanq̄ maiori & digniori: qd est opus inanis glie fm beatum Hierony. in quadam epistola. Inanis gloria inquit: est inordinatus animi motus: quo aliquis propriam desiderat excellentiā: vt alios honore precellat. Cetere rōnes que assignari possent ad aliquā illarum reduci possunt. ¶ D Tertium dubiū est. Utrū diabolus ab aliquo in tētatione victus: tētandi ptātē perdat? ¶ Ad hoc rñdetur q de mēte Origen. est vt allegat magister lib. ij. dist. vi. qd diaboli qui a sanctis iuste & pudice viuentib9 superantur: potestatē tentādi alios vltra non habent. Uñ ait. Puto sane q sctī repugnantes aduersus illos incētores & vincētes: minuāt exercitū demonū: velut q̄ plurimos eorū interimant: ne vltra fas sit illi spūi: qui ab aliquo sctō caste & pudice viuendo victus est: aliū hoiem iterū ipugnare. In cuius signū quidā dicūt q lucifer q dominū in deserto tentauerat: qr victoriosissime a xpo superatus est: relegatus est in inferno: vt neminē tentet vsqz ad tempus antichristi. Uñ legit in Apoca. xx. Cū cōsummati fuerint mille anni soluetur sathanas de carcere suo: & exibit & seducet gētes: qd fiet in nouissimo tpe antichristi. Unde erit tanta persecutio vt etiā si fieri posset in errorem ducantur electi. Probant idem & alio signo: qr asmodeus victus a Tobia relegatus est in desertū: ne aliū tentaret. Item qr in vitis patrum legitur qd demones fortius expugnabant pmos patres q̄ sequentes: vix eñ poterant primi etiā multi simul habitare ppter demones eos infestātes: imo & verberātes. Qr primi eis viriliter restiterant: & valide eos expugnabant: idcirco posteriores maiori pace fruebant. Hod rñ dictū Orige. vt in verbis sonat plerīqz veritatē habere nō existimāt. Qd probāt a signo de demone tentāte xpm: q q̄uis supatus fuit ab eodē i prīa tētatiōe qua suggessit vt de lapidib9 panes faceret: nihilominus pcessit ipm iterū & tertio in aliis tētando vitiis: superbia. s. & auaricia. Suggerens quo ad primū si filius dei es: mitte te deorsum. Quo ad fm ostēdēs ei oia regna ait. Hec omia dabo tibi &c. Quapropter dicūt alii magis specificātes dictū Orige. q diabolus perfecte ab aliquo victus de hoc vitio ad qd ipulit & vict9 est: nō tētat amplius

eundem

Dubiū secundum.

Rñsio ad dubium.

Diabolus quare inuidit hōi.

Alanus.

Sap. ij.

Esa. xiiij.

In pastoral.

Job. xli.

Eccli. x.

viij. ethic.

Phil. ij.

Mat. iiij.

Hierony.

Dubium tertium.

Rñsio ad dubium.

Apoc. xx.

Mat. xiiij.

Tob. viij.

eundē: ꝛ hoc ꝓpter meritū victorie ꝛ triumphi. Iustū equidē videt ꝙ ꝓuocās quēq̄ ad bellū iniuste ꝛ superatus: amplius nō ꝑmittat ex eadē cā eundē iterum ad bellū ꝓuocare. Tū qꝛ occubuit: tum qꝛ iniuste ꝓuocauit. Cuius dicti rō etiā ex alio sumi pōt. s. ex rōne diaboli victi. Qꝛ eñ summe superbus est: ideoqꝫ vbi semel a quoq̄ ꝓsternitur: ab eo in simili cā timet iterū superari. Uñ nō sinit ipsius supbia contra illū iterato bellū cōcitare. Et hec ratio trahit a btō Amb. sup illud. Consummata oī tentatione diabolus recessit ab illo. Ubi Amb. Instare diabolus formidat: quia frequētius refugit triūphari. Et addūt ad hec aliū. Si qs diabolū vincēs de certo vitio: inuictus vsqꝫ in finem perseueret: ꝙ neqꝫ quēcunqꝫ aliū tentet de eodem vitio. Si autem vincens in pctm̄ ceciderit de quo prius diabolū superauit: audaciam capit iterato cū aut aliū de eodē vitio impugnādi: si a deo facere permittat. Et esto qd̄ diabolus victus ab aliquo in vno vitio ab ipso in eodē iam plius victor nō tentet: conceditur tñ ipsum posse ab eodē tentari in alio vitio: sicut. s. factū est de diabolo xp̄m successiue in trib⁹ vitiis impugnante: qꝛ ibi inducte congruentie cessant. Et pro illo facit qd̄ scribit beatus Greg. j. moral. Antiquus hostis ex primo certamine dū se succūbere cōsiderauit: ad alia tentationū bella restaurat. Uerū tñ qd̄ succrescētibus victoriis cōtinuo/ ꝛ continuo sibi ptās tētādi minuit: ꝛ tentando deficit ꝛ infirmat. De quo etiam Chrys. In primis grauis est ꝛ insufferibilis diaboli impet⁹: qd̄ si qs fortiter ipsum sustinuerit: in scđo inueniet eum infirmiorem. Quāto eñ plus ꝑcussus fuerit: tāto magis refrigescit ꝛ deficit. Qd̄ si qs ei⁹ tētationi aliqualiter resistit: nec ipsam ꝑfecte repellit ꝛ cōculcat: non cessat diabolus a tentatione: sed procedit. * Exēplū hui⁹ legit de scō Benedicto: quē cū diabol⁹ tentaret in specie auis nigre: cruce se signabat. Sed qꝛ vires ad vincendū nō exercuit: diabolus in tentatione ꝑcessit. Qd̄ intelligēs vir sctūs: in vepres nudū se ꝓiecit: ꝛ vulneribus carnis: carnē ꝛ hostem vicit: ꝛ tētationē penit⁹ extinxit. Similia de pluribus sctis legunt. ¶ 3 Conceditur insup hoīem vincētē diabolū inferiorē de aliquo vitio tentātem: posse tētari a diabolo supiore de eodē. Sic eñ videmus in cōgressibus ꝛ mūdanis victoriis: ꝙ vincēs militē nō ex hoc eximitur a ptāte regis. Ita ꝛ vr in bello ꝛ victoria spūalibus. Cū ꝓlatio: inferioritas ꝛ supioritas ꝯcedatur esse in demonibus: nō videt quin deuicto inferiore: potestatē habeat superior tentandi alicuius inferioris victorem. Idcirco et deus fidelis predicat: qui nō permittit nos tētari super illud qd̄ possumus: sed facit cū tentatione prouentum vt possimus sustinere. Sic cū videt nos fortes ad vincēdū tentatores: permittit aggredi fortiores vt meritū crescat ꝛ glīa augeat. Ideoqꝫ ꝛ nūc dr̄ religiosos ꝛ alios viros virtute stabilitos fortiores impugnationes demonū sustinere: q̄ ceteros hoīes seculares in pctīs ꝑpa deducentes: maior eñ requirit ptās ad ꝓsternendū stantē q̄ continuo cadentem. Fortem q̄ debilem: vnde beat⁹ Grego. Hostis noster inquit: quanto magis sibi rebellare cōspicit: tanto amplius expugnare cōtendit. Et subdit. Eos eñ pulsare negligit: quos quieto iure se possidere sentit. Et per hoc ad dubiū rñderi pōt ꝙ etsi verū sit diabolū in vna tentatione ꝑfecte supatū amplius eundē hoīem de eodē vitio īfestare nō posse: pōt tñ ab aliis vitiis spargere laqueos: q̄ qꝛ multi sunt (contingit eñ peccare īfinitis modis deficere: vt vult Phs. ij. ethicorum)

Luc. iiij.
Gregorius
super mat.
ADDI-TIO.
* Augusti. Null⁹ hominū est tā iustitia ꝑditus/ cui nō sit necessaria tribulationis tētatio ad ꝑficiendū.
j. Cor. x.
iiij. moral.
Phs. ij. Ethicorū.

coꝝ: ꝛ sic multis modis pōt hoīem in tētationib⁹ impugnare. Preterea: qꝛ valde magn⁹ est diabolorū tentantium numerus: qꝛ draco cadens tertiā stellarum partem secū traxit. Idcirco ꝛ si vn⁹ victus tentare desistit: succedūt alii septē nequiores. Uerū illud dictū Orige. valde dubiū esse dicit sanct⁹ Bonauē. vnde. ij. lib. sen. dist. vi. in dubiis literalibus: ait loquēs de dubio isto. Difficile est veritatē determinare: ꝙ cū fiat diminutio in illo exercitu demonū nō videt īprobabile: cum ita videamus cōtingere virtute belli: vt q̄ superatur amoueat a bello. ¶ Utrum aūt ita sit ꝛ qñ: difficile est determinare. Uñ quicq̄d dicat Orige. melius est dubitare quā super hoc quicq̄ definire. Hec ille.

¶ R Dubitatur quarto. Utrū homo viator ex libertate sue voluntatis sine spāli dei gratia oēs vincere possit diabolicas tentationes: Dubium hoc tangit facultatē li. arbi. ac necessitatē grē diuine: q̄ materia lata est: ꝛ per doc. tractat abūdāter. ij. sen. dist. xxviij. Sed breuius hic exponēdo pro responsione ad dubium premittendū: qd̄ scđm sctm̄ Bonauē. i scđo suo scripto dist. xxvi. Aliud est resistere tētationi diaboli: aliud vincere tentationem eius. Nā resistere tētationi: est nō cōsentire tētationi. Uincere autē tētationem: est asseq̄ oppositum illi qd̄ intendit diabolus sua tentatione. Intēdit aūt diabolus hoīem reddere inimicū deo: ꝛ dignum eterno supplicio: vincitur ergo qñ homo oppositū assequit: qñ scꝫ homo tētationi resistēdo fit amic⁹ deo: eterno dign⁹ ꝑmio: et hoc sine grā fieri nō pōt. Sola grā est que hominē dignū facit ꝛ acceptū deo ad vitā: ꝛ opa ei⁹ vt meritoria premii eterni beatifici. Et ideo manifestum est ꝙ nemo pōt vincere tentationem diaboli sine gratia gratū faciente. Oppositū eñ sentire esset errori pelagii ꝯsentire. Uerū qꝛ frequēter vincere largius capit: vt extēdit se ad resistere: vt etiā vincere dr̄ qui tentationi nō succūbit: nec vincit: vt cedēs ei mortalr peccet: lꝫ sic resistēdo nō mereatur. Rñdendū est scđm hanc acceptionem ad dubiū: ꝛ ideo ꝓ eodem habētur resistere ꝛ vincere. Sic ergo accipiendo vincere ꝓ resistere: vincere tētationē nihil aliud est q̄ tētationi nō ꝯsentire: hoc est nolle vel non velle id ad qd̄ tētatio īpellit. ¶ Et sit hec ꝓpositio ad dubiū rñsiua. Singulas tentationes pōt homo ex suis naturalibus ꝑ voluntatis libertatē vincere/ licet nō sine magna difficultate. Primum pꝫ: qꝛ homo ex sua libertate pōt cuilibet tentationi nō cōsentire: ergo potest eam vincere. Tenet ꝯña ex q̄d nois huius qd̄ est vincere. Antecedens pꝫ de quolibet genere tentationum. Et primo de tentatione diaboli. Nā diabolus nulla tentatione pōt volūtatē hoīs ad cōsentiendū necessitare: nec consensum in volūtate efficere: ergo semper est in voluntatis libera ptāte tentationi nō cōsentire. Aña pꝫ: qꝛ cōsentire est quoddā velle. Uelle aūt est act⁹ volūtatis in plena ei⁹ facultate ꝯsistēs: ad quē nulla creata potētia necessitari pōt. Nihil eñ tam est in ptāte voluntatis: q̄ voluntas ipsa: ait Augustinus. Qd̄ intelligendū est de actu scđo volūtatis: velle scilꝫ ꝛ nolle. Cui concordat Phs iij. Eth. c. xiii. di. Dñi sum⁹ nostrarū operationū a principio vsqꝫ in finē. Qd̄ verū est quātū ad actū interiorē volūtatis elicitū: q̄ est velle et nolle. Propter quod voluntas dr̄ potentia rōnalis: qꝛ ceteris eodem mō se habētibus pōt in opposita cōtradictorie. s. velle ꝛ non velle nolle ꝛ nō nolle. Hinc Chryso. super Mat. loquens de diabolo tentante xp̄m ait. Nō impulit: non tetigit: sed eñ: mitte te deorsum: vt intelligam⁹ ꝙ q̄ obedit diabolo: ipse se deponit.

Apoca. xij.
Dubium quartum.
Rñsio ad dubium.
Resistere tētatiōi q̄d sit.
Uincere tētationē q̄d sit.
Chrysosto.

Diabolus eñ suggerere põt: cogere nõ põt. Concordat beat⁹ Berñ. dicẽs. Põt inimicus excitare tentationis motũ: sed in te est si volueris dare vel negare cõsensum. ❡ Probat idẽ de tentatiõe carnis: qz quantũcũqz caro inclinet volũtatẽ ad illecebras: non tñ cogit neqz necessitat. Qm̃ etsi voluntas ꝓpter cõiunctionẽ ei⁹ cũ carne naturaliter ad ea q̃ carnis sunt: inclinat: ac carnẽ suã diligit: sm̃ illud apli. Nemo carnẽ suã vnq̃ odio habuit: sed nutrit ⁊ fouet eã: retinet tñ dñium et libertatẽ quãtũ ad ꝯsentire ⁊ nõ ꝯsentire. Habet nihilominus ⁊ ptãtem tentationes carnis extinguendi vel saltẽ infirmandi: per discretas abstinentias: disciplinas: labores: cęterasqz asperitates. Item per bona opa cõtinuata in se generare virtutes morales hmõi inclinationibus contrarias: qb⁹ volũtas fortificat: ⁊ anim⁹ ad cõtraria vitijs inclinat: ⁊ ita iclinatio carnalis debilitat. Sic enim reperiunt quidã cholerici mãsueti: sanguinei cõtinentes. Propter qd̃ phs in fine primi Eth. dicit appetitũ sensitiuũ participare rõnẽ: qz imperio rõnis ⁊ voluntatis aliquantũ subiacet ⁊ suasionibus refrenat. Hinc ⁊ in. politicis ponit rationẽ corpori principari principatu dispotico idest tanq̃ dñs seruo: ⁊ appetitui sensitiuo tanq̃ principatu ciuili seu politico. Probat etiã de tẽtatione mundi: qd̃ nec illa voluntatez necessitat ad cõsensum. Mundus eñ vel obiecta delectabilia aut tristabilia mũdi nõ vidẽtur tentare holez nisi obiectiue pro quanto ingerunt speciem suaz sensibus: vnde allicitur appetitus ad ea affectanda: cõcupiscenda vel fugienda. Appetit⁹ aũt sensitiuus (qui mediante cognitiõe intellectiua voluntatem mouere potest ad eadem obiecta acceptanda vel fugiẽnda) si contra rationẽ appetit: ⁊ voluntas cõsentit tentationi: cum assensum prestat: vincitur. Sed quoad hoc nõ necessitat: cum (vt dictum est) in sua sit ptãte actum cõsentiendi elicere vel nõ elicere: ⁊ per hoc cõsentire vel nõ cõsentire. Alioqn si ad cõsensum necessitaret cõsentiendo nõ peccaret: cum nemo peccet in eo quod vitare non põt: vt vult Augu. ⁊ Hiero. Preterea si tentationi resistere nõ posset: maxime propter peccatũ precedens: aut dispositionem derelictã post pctm̃. Hoc autẽ non videtur: qz sicut ex actu bono precedente vel dispositione derelicta post actum bonũ: non immobilitatur volũtas ad bonum: ita nec ex pctõ immobilitatur ad malũ. Habit⁹ enim derelictus etsi inclinat: nõ tamẽ necessitat. Preterea intellectus circa quodlibet agibile põt recte iudicare: aut nõ. Si non/ habet errorem inuincibilem: ⁊ ille excusat a pctõ. Si potest: ⁊ omni iudicio rationis volũtas ex sua libertate põt se conformare: cõformando aũt se recte rõni non peccat. Potest ergo nõ peccare tentata: ⁊ ita tentationem vincere. ❡ Dicit notanter in propositione: singulas tentationes: qz forte sm̃ communem opinionem doct. loquendo de tentatiõe ad pctm̃ inducente: non potest oẽs simul vincere: sicut nec oĩa venialia cauere: licet quodlibet seorsum cauere possit. Quia dum circa vnum cauendum vigilat: in aliud corruit. ❡ ℞ Secũda pars propositionis: scz quod homo nõ põt tẽtationes singulas vincere sine magna difficultate: probat. Quoniã licet voluntas humana ita sit libera qd̃ cogi non põt: potest tamen modis varijs ad varia volenda ⁊ nolenda inclinari: trahi ac persuaderi: quibus non nisi cũ difficultate non minima valet resistere. Nam etsi naturaliter ad bonũ inclinetur: siquidem sm̃ Phm̃/ ratio deprecatur ad optima: ratio autẽ includit vtrãqz potentiaz intellectũ ⁊ voluntatem: frequenter tamen seducit: nunc errore intellectus operante malorũ fatore diabolo: nunc illecebra sensus: cui quia naturaliter cõiuncta est: naturaliter est inclinata ad condelectandũ ⁊ cõtristandũ ei: difficile autẽ est delectationi repugnare. Nunc blandimẽtis ⁊ terroribus seculi circunstantis ad mala pertrahitur. Quis autem fraudes: laqueosqz spiritualium nequitiarũ deprehendere ⁊ eius occultissimas tẽtationes? Quis se in pugna sensualitatis continua sustinere: ⁊ a carnis inclinationib⁹ semper auertere? Quis totuplices mũdi laqueos euadere potest? Huc accedit quod pctõ originali vulnerata est volũtatis potentia: ita qd̃ licet simpliciter sit libera: tñ ad malum prona est ab adolescentia. Propter quod sm̃ Bernar. in ser. vij. de aduentu. Proni sumus ⁊ faciles ad seducendũ: debiles ad operandũ: fragiles ad resistendũ. Si discernere volumus inter bonum ⁊ malũ: decipimur. Si tentamus facere bonum: deficimus. Si conamur resistere malo deijcimur ⁊ superamur. Propter quod etsi. vt dictũ est: voluntas simpliciter sit libera: raro tamẽ bonum vellet: raro se ad deum conuerteret: raro se a delectationibus carnis ⁊ mentis inordinatis auerteret: sed multo magis ad se recuruata: suum commodum quereret: seqz finem suum in omnib⁹ constitueret: tot difficultatibus ⁊ laqueis conuoluta: nisi dei fide/ ac speciali fuerit auxilio sustentata: qm̃ sm̃ apostolum. i. Corinth. x. Fidelis est deus qui non permittit hominem tentari super illud quod potest: sed facit cum tentatione prouentum vt possit sustinere. Orandus igitur est deus: vt omnibus operib⁹ nostris adsistat: rationẽqz illuminet ne erret: voluntatem refrenet ne dissentiat: executiuam potẽtiam confortet vt imperata opere perficiat: fraudes inimicorum submoueat ne irretiant: feritatẽ cohibibeat ne preualeat: omnia remoueat mala cunctaqz tribuat bona. Nemo quippe sua industria tot corporis pericula euaderet: quanto minus anime. Ideo ad impetrandum diuinam ab insidijs defensionem: orandũ est ne nos inducas in tentationem. Deniqz etsi multa potest libe. arbi. sine gratia: raro tamen agit scdm̃ vltimũ posse sue potentie propter difficultates et impedimenta pretacta. Et si sic ageret: nihil tamen potest operari meritorie sine gratia: ⁊ ita nõ potest vincere salubriter tentationes sine gratia. Ideo orat ecclesia: orant prophete: orant apostoli: orauit ⁊ Christus patrem in celis. Pater sancte serua eos in nomine tuo ⁊c. Docuitqz nos salubriter orare patris clementiam ⁊ bonitatẽ. Ne nos inducas in tentationem. Neqz sic orando fingimus: aut ficte oramus: sicut hi faciunt de quibus Augu. in epistola contra vitalẽ hereticum. Prorsus inqt: non oramus deuz: sed orare fingimus: si nosipsos nõ illũ credim⁹ facere qd̃ oram⁹. Prorsus nõ deo gratias agimus: sed agere nos fingimus: si vnde illi gratias agimus ipsum facere non putamus. Quod intelligendum est q̃tum ad meritum vite eterne: qz ipse solus dat merẽdi facultatẽ scilicet gratiam. Etiam quia etsi cooperamur: ipse tamen substantiam actus principaliter operat sicut prima ⁊ vltis olim cã. Deniqz nõ inauiter nec faciliter tentationi resistimus: nisi deo spãliter per suam gratiã adsistente. Unde vtiliter fundimus ad deũ orationẽ: ne nos inducas in tẽtationẽ. ❡ Ad Ultimo respõdendum est ad dubium primo dubio annexum. Utrũ oĩs tẽtatio sit pctm̃. Qd̃ nõ intelligẽdũ est de pctõ tẽtãtis puta demonis vel holis: de quo dictũ est: q̃ q̃ tẽtat cũ itẽtiõe

fallendi

Marginalia: In quodaz sermone. — Eph. v. — Philosophus. — i. Ethicor. — x. Ethica. — Gen. viij. — Bernard. — i. Cor. x. — Ioã. xvij. — Augustinus

fallendi (quo hic accipit tentare) vtiqz peccat: cũ velle decipere ⁊ ad pctm̃ inducere: sit peccare. Sz intelligendum est de pctõ tentati. Et quidẽ certũ est ꝙ tentatio demonis aut mundi potest fieri sine pctõ immo cum merito tentati. Nam ⁊ christ9 tentatus est a diabolo: ⁊ sancti martyres a mũdo qui in tentatione coronas perpetuas meruerũt. Loquendũ ergo solũ est de tẽtatione carnis an illa potest fieri sine pctõ tentati? Et videtur ꝙ non quia tẽtatio carnis fit per primos motus sensualitatis: sed oẽs hi sunt pctã: ergo. Consequentia nota cũ maiore. Minor probatur fm Aug. xix. de ciuitate dei. Nõnullum vitiũ est cum caro concupiscit aduersus spm̃. Primis aũt motibus caro aduersus spm̃ concupiscit. Item magr̃ dist. xxiiij. li. ij. Sensualis motus cum illecebrã concepit quasi serpens suggerit mulieri. i. inferiori rõnis parti. Sequitur. Si aũt motu sensuali tantũ peccati illecebra teneatur: veniale ⁊ leuissimum est pctm̃. Motus aũt sensualitatis sunt motus primi: igit motus primi sunt peccata. Itẽ aliqđ pctm̃ est necessariũ quod caueri nõ potest fm illud August. Sunt inquit quedã necessitate facta improbãdo vt qui vult recte facere ⁊ nõ potest. Unde est illud apli Rom. vij. Non quod volo bonum hoc ago: sed qđ odio malũ: illud facio. Item glo. super illđ. Septies in die cadit iustus: ait. Singulis diebus per necessitatẽ vel fragilitatẽ carnis: vel volentes vel inuiti peccam9. Illud autem peccatum quod inuiti ⁊ nolentes incidimus: non est nisi primus motus. Hic enim non est in potestate volũtatis. Primus igitur motus est peccatum. ¶ In oppositum. Primi motus non sunt in potestate voluntatis: ergo nõ sunt pctã. Tenet consequentia. Qz fm beatũ Aug. in de correp. ⁊ gratia. Nullus peccat in eo quod vitare nõ potest. Et aĩs habetur in glo. super illud ps. Irascimini ⁊ nolite peccare Dicit eñ Cas. Motus animi in potestate nostra nõ est. Et iterũ. Si motus surgit animi: qui nõ est in potestate nostra: non ei consentiat ratio. Item motus sensualitatis potest esse absqz hoc ꝙ ratio inferior moueat ad consensum: ⁊ tunc nõ est peccatum. Nam vt dicit magister sen. dist. xxiiij. lib. ij. ⁊ allegatum ẽ ĩ lec. lxxvij. Si cupiditas nostra non mouetur ad peccandum: excluditur serpentis astutia. Et sequitur. Cum cupiditatem refrenat ⁊ compescit ratio: non labimur in peccatum: ergo motus sensualitatis (qui per serpentem intelligitur) non imputatur ad peccatum: dũ cupiditas. i. inferior ratio (que per mulierem figurat) non consentit. Et per ꝯñs primi motus qui sunt motus sensualitatis: non sunt peccatũ: nisi accedat rationis cõsensus. ¶ R. Pro huius dubij solutione primo videndũ est: qđ sit primus motus. Deinde in quo cõsistat peccatũ: ⁊ sic respondebitur ad dubiũ. De primo Alexan. de Ales par. ij. q. cxx. membro. j. sic definit primũ motum. Est motus sensualitatis fm impulsum fomitis: tendens impetuose ad fruitionem creature delectabilis. Dicitur primo motus sensualitatis: ⁊ per hoc excluditur oĩs motus partis rationalis: quorum licet pleriqz sint surreptitij ⁊ deliberationem preuenientes: ac primi in illa potẽtia rõnali: nõ tñ dicuntur primi motus: qr primi motus sunt qui oriuntur ex lege carnis: q̃ immediate cõiuncta est sensualitati. Dicitur fm impulsum fomitis: ad excludendũ motũ illũ sensualitatis: qui põt per rõnez ordinari ad sustentationẽ nature: vt fames: sitis talis eñ motus põt esse non inordinat9. Motus aũt primus: qr est fm impulsum fomitis: improbus est: vt impet9 libidinis: ⁊ hoc notatur cũ dicitur tendẽs impetuose ad fruitionem creature: in quo etiam tangitur causa finalis. Et accipitur ibi fruitio large pro delectatiõe. Ex hac diffinitione patet: ꝙ in ratione primi motus includitur vitium siue quedam deordinatio: qr dicitur fm impulsum fomitis tendens impetuose. Fomes autẽ est qualitas morbida inclinans ad malũ. Secundo sequitur ꝙ motus cognitiuus potentie sensitiue non dicitur primus motus. Patet: quia motus primus est motus delectationis in creatura: qui pertinet ad appetitum non ad cognitionem vt talis est. Tertio sequitur ꝙ per primũ motũ nõ intelligitur primus actus potentie sensitiue simpliciter: sed primus actus appetitus quem precedit actus cognitiuus. Et qr nõ est certum oẽs doctores ita accipere primos motus: ideo in respõsione largius loquendum erit de motibus potentie sensitiue: siue dicantur primi: siue non primi: nec est cura de nomine: cum constat de re. ¶ Distinguunt etiam quidam vt idem doc. mẽbro. ij. dicte questionis innuit de primis motibus. Quoniam quidam dicuntur primo primi: q̃ scz statim seu repente surgunt. Quidam dicuntur secundo primi: qui tales sequũtur. Exemplificat quidam alius doctor de motu primo: vt titillatio carnis excitans ad libidinem. Item appetitus sensitiui delectatio circa illud quod sensus suggerit. Aut desiderium improuisum sensus prosequendi in opere. Sed de motu secundo primo vt motus delectationis voluntatis vt natura: non libere condelectantis appetitui sensitiuo. Item consensus subitus voluntatis in delectationem. Item desiderium subitum voluntatis prosequendi opus. Sed fm illos accipitur motus primus large: pro quolibet motu in homie preuenientẽ rationis iudiciũ. ¶ Circa secundum aduertendũ: ꝙ sicut actus virtuosus ad laudem imputabilis: ita ⁊ vitiũ seu culpa imputabilis ad vituperium: primo est in voluntate. In inuolũtarijs enim nec laudamur neqz vituperamur. Unde tamen aliquid dicitur voluntariũ dupliciter fm Alex. vbi. s. ⁊ sanctũ Bonauen. in. ij. dist. xli. q. iiij. scz simplr: ⁊ fm quid seu interpretatiue. Uoluntariũ simpliciter est: quod est a voluntate. Secũdũ quid seu interpretatiue est illud qđ oritur voluntate ꝯcõmitante non prohibente: vel precauente dum precauere potuit. Sicut submersio nauis ex negligentia naute dicitur quoddãmodo ⁊ interpretatiue voluntaria. Similiter quedã pctã omissionis pure: pro eo ꝙ talia voluntati imputantur. Et hoc mõ multa venialia sunt voluntaria. Omne eñ pctm̃ actuale est voluntarium. Mortale est volũtariũ simpliciter. Ueniale autẽ vel est voluntariũ simpliciter: sicut illud qđ fit ex deliberatione: vt mendaciũ iocosum. Aut fm quid ⁊ interpretatiue: sicut qđ fit ex surreptione. Hec Bonauen. Ex illo sequitur primo: ꝙ nullus actus cuiuscunqz alterius potentie a voluntate est essentialiter virtuosus vel culpabilis: sed duntaxat accipitur per denoiationẽ extrinsecã: pro quanto scz habet ordinẽ ad volũtatẽ. Probatur: qr vbi non est volũtatis vsus: ibi neqz ẽ meritũ neqz actuale peccatũ: vt in pueris: fatuis: furiosis. Scđo sequit: ꝙ volũtate non peccante nulla potentia peccat: neqz act9 aliqs pctm̃ dici põt. Patet: qr sublato eo a q̃ aliquid denominatur: tollitur ⁊ denominatio: sz a volũtate peccante cetera ab ea dependentia dicũtur peccare vel pctã: ergo. ¶ Notandũ etiã ꝙ differentia est inter vitiũ ⁊ peccatum. Nam vitiũ generalius est pctõ. Dicitur nãqz vitiũ oĩs inordinatio potẽtie respectu act9 sibi debiti fm suam

[Marginal notes:] In li. retra. — Puer. xxiiij. — Augustin9. — Prim9 motus quid. — Fomes qd. — Aliqđ dr volũtariũ dupliciter. — Uolũtariũ simplr qđ. — Uolũtariũ fm qđ siue interpretatiue qđ sit.

Discrimen inter vitiū & pctm̄.

naturalem institutionem. Sic vitium ponit in natura: vt in effectibus monstrosis. Silr in brutis: in furiosis: in infirmitatib⁹ corporis. Sic generaliter omnis defectus debiti ordinis: vitium

Peccatum duo dicit.

dicitur. Peccatū aūt est vitiū imputabile ad vituperium. Duo eñ hec dicit pctm̄: scʒ vitiū seu inordinationē quandā: & imputabilitatē. Primū est quasi materiale: fm qd inuenitur in actu cuiuslibet potentie. Scdm̄ quasi formale: fm hoc est primo in voluntate: & propter voluntatē denominat

Rñsio ad dubiū p qn q̈ ppōnes.

actus aliarū potentiarū: pro quanto subsunt regimini voluntatis. ¶ P Istis premissis respondetur ad dubiū per quinqʒ propositiones. Prima

Prima propositio.

Omnis primus motus vitiū est: sicut & quilibet actus surreptitius. Probatur qr omnis motus a lege fomitis ortus: & omnis actus surreptitius est contra ordinem prime institutionis humane nature: igitur est vitiosus. Cōsequētia nota ex qd nominis vitij statim suprapositio. Añs patʒ: quia fm ordinē prime institutionis ratio hois que est suprema hois potentia: omnes inferiores potentias regendo preuenire & dirigere habet: & ei⁹ imperio ac regimini cetera oia debent subijci: nec aliquis motus cognitiue potentie preuenire. Sʒ contra hunc ordinē est primus motus & ois act⁹ surreptitius: pro quanto preuenit rationis iudi-

Scda ppō.

cium: ergo &c. ¶ Scda propositio. Neqʒ prim⁹ motus: neqʒ alius actus in sensualitate est pctm̄ essentialiter & intrinsece. Patet: qr illo modo peccatum est in sola voluntate: cuius est libe. arbi. vt deductū est in corrolario primo secūdi notabilis

Tertia ppō

premissi. ¶ Tertia propositio. Aliqs motus primus: neqʒ mortaliter: neqʒ venialiter est culpandus. Probatur auto. & ratione. Auto. beati Aug. li. decimi. dei. c. xx. loquentis de corruptis violenter contra eos: vel eas: qui propriū pctī deuitandi causa: ne sub alterius libidine etiā sue pcitate sortē consentiant: vim sibi quo moriantur inferendā putant: ait. Absit a mente christiana que deo suo fidit: in eoqʒ spe posita: eius adiutorio nitit.

Augustin⁹.

Absit inquā vt mens talis cuiuslibet carnis voluptatibus ad consensuʒ turpitudinis cedat. Et sequitur ad propositū. Quia si illa concupiscentialis inobedientia que adhuc in membris moribūdis habitat: preter nostre voluntatis legem quasi sua lege mouetur: quāto magis absqʒ culpa est in corpe nō ↄsentiētis: si absqʒ culpa cit in corpe dormiētis? Hec Aug. Ecce quāuis violenter corrupta delectationes sentiat: nequaꝗ tñ peccat: si nō mēte cōsentiat. Null⁹ ergo carnis mot⁹ pctm̄ inducit: si oino volūtas nō cōsentit. Ex illo infert

Btūs bonauen.

sctūs Bonauē. dist. xli. scdl q. iiij. Si venialia rōnē culpe habēt: hoc est: qr a voluntate in particulari & diuisim vitari & p̄caueri pñt. Item btā lucia ad paschasiū tyrānū inqt. Nō inqnat corpus nisi de consensu mētis. Nā si me inuitā violari fecerit: castitas mihi duplicabit ad coronam. Faciūt ad idē allegata. F. ad oppositū dubij. Item beat⁹

Anselmus.

Ans. in de cōcep. virginali. Nec eñ ipsi appetit⁹ (quos apls carnē vocat: q̄ concupiscit aduersus spm̄: & legeʒ peccati q̄ repugnat legi mentis) iusti vel iniusti sunt p se cōsiderādi. Nō eñ iustum vel iniustū faciūt sentientē: sed iniustū tantū volūtate cū nō debet ↄsentientē. Dicit eñ apls nihil dāpnatiōis esse his qui sunt in christo iesu: q̄ non fm carnē ambulant. i. nō carnis volūtati ↄsentiunt. Nā si sentientē sine cōsensu iniustū facerēt: sequeretur dānatio. Quare nō eos sentire: sed eis consentire pctm̄ est. Hec Ans. ¶ Q Ratione probatur. Nullus motus qui per lib. arbi. caueri nō potest est pctm̄: sed aliqui primi motus sunt huiōi:

igitur. Consequentia nota. Maior probata est in notabili: & etiam ex eo pʒ. Alioquin primi motus in bestijs ac hominibus rōnis vsu carentibus essent pctā: puta in infantib⁹: furiosis: dormiētib⁹. Consequens falsum. Et probatur consequentia: qr nulla alia cā assignari potest: cur nō in illis sūt pctā nisi quia non procedūt a li. arb. vere vel interpretatiue. Minor probatur: quia multi sunt pmi motus: qui per voluntatem caueri aut prohiberi non possunt vt in coniuge debitum reddente: in infirmis femininis omnimodis passionem suā horrentibus & nolentibus. Item in predicatoribus & cōfessoribus materias lubricas audire aut imaginari compulsis: vnde nōnunꝗ obsceni surgunt motus: & ita in multis alijs. Item quis statim cum motus prim⁹ sentitur potest ex charitate resistere: & ad eius repressionem posse tenus conari: & ita mereri: & per ↄñs potest primo motu nō peccare. Tenet ↄña: quia circa idem obiectū non contingit simul mereri & peccare. Et añs est manifestū: & patet in beato paulo qui ter dñm rogauit vt auferretur stimul⁹ carnis: nec tñ obtinuit: sed audiuit: sufficit tibi gratia mea. Nec tamen hunc patiendo peccauit: qui restitit quātū in eo fuit: & augmentū gratie meruit. Item nullus act⁹ precedens actum volūtatis non negligētis cohibere est peccatū: vt dicit Ockā. q. iiij. lib. iij. sn̄iaʒ.

Ockam.

talis enim nullo modo est voluntarius. Sed primi motus frequenter precedunt actū voluntatis &c. ergo tales sic precedentes non sunt pctā. Iteʒ quodlibet peccatū veniale seorsum vitari potest: licet non omnia simul fm doc. cōiter. Sed aliqui motus primi vitari non possunt: ergo aliqui non sunt pctā venialia. Cōsequētia est in quarto scde baroco. & añs ostensum est &c. Ex hac ↄclusiōe sequit q̄ nō solū primus motus in sensu: sed naturalis ↄdelectatio vel cōtristatio in appetitu intellectiuo (si ponit) nō est peccatum. Patet: qr sicut nec motus sensus: ita nec cōdelectatio vel cōtristatio naturalis est i ptāte volūtatis. ¶ R Quar

Quarta ꝑpositio.

ta ꝑpositio. Primoꝝ motuū illi tantū imputantur ad veniale pctm̄: qui sunt volūtarij per li. ar. verū vel interpretatiuū consensum. Patʒ: qr simpliciter inuolūtariū nō est pctm̄ fm bea. Augu. & sctm̄ Bonauē. dist. xli. q. v. li. ij. Si tollaf liberum arbitrium: nullo mō erit pctm̄. Tollitur aūt respectu illius motus: qui nec simplr nec interpretatiue est volūtarius: igitur. ¶ Quinta ꝑpositio & re-

Quinta ꝑpositio.

domino a febribus curatam. Aut fuerunt in statu vidualis continentie: qui per beatū Andream denotantur. Hic enim fm beatum Chryf. Uxore mortua in statu viduali creditur permāsisse. Aut fuerunt in statu virginali: ꝛ hi per paulū figurantur: qui virgo fuit ꝛ permansit. Et fm hoc subdif. Et cum omnibus sanctis: in tribus apostolis generaliter nominatis. Et quo ad tertiam oratiōis huius partem: additur petitionis specificatio cū dicitur. Da propitius pacem: ne populus in tanti sacramenti cōmunione per insurgentia mala perturbetur. Da pacem pectoris: vt conscientie remorsum tollens: ꝛ in vera charitate et amicitia nos tibi iungens: tibi perfecte recōciliet. Da pacem tēporis: in diebus nostris: vt ea pro illius tēporis miseria perfruamur. Et ab omni perturbatione exteriori te pacem donante viuamus. Nō enī nisi te donante eam habere possumus: qꝛ non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu de⁹ noster: celestis pater. Omnis siquidem potestas tue potentie comparata: infirmitas est: non potentia. Ut ope mīe tue adiuti. Misericordiam tuam pater clementissime imploramus: non iusticiā que nostris demeritis magis tribulationē ꝛ aduersitatem rectitudinis zelo induceret q̄ pacē. Hoc enim exigunt nostra peccata. Potius nāq; puniri meruim⁹: q̄ tranquillitate foueri. Plus a tua iusticia declinātes meruim⁹: vt sup nos regnēt pacis emuli ac tyranni: q̄ pacis zelatores ꝛ beniuoli. Da igitur nobis adhuc infirmis q̄bus nocet ꝑturbatio ꝓpitius pacem. Et a peccato volūtatis ꝛ actionis. Semꝑ sim⁹ liberi: ꝑ pacē pectoris: deleto reat⁹ nostri chirographo. Et ab oī perturbatione securi: ꝑ pacē tꝑis tumultu ꝛ inquietudine seculi mitigata: quo ꝑuenire mereamur ad pacē eternitatis: oīs mali suspitione penitus sublata. ¶ E Hec aūt orō dicitur sub silētio: q̄ fm Inno. ꝛ Alexādrū significaf quies dn̄ice sepulture: qua in triduo mortis xp̄s fm corpus in sepulchro q̄euit: quieuerūt ꝛ mulieres vnguēta ꝑparantes die sabbati: vt habef Luce. xxiij. Siluerunt fm mandatum: fm aīam vero descendit ad inferos: vt fortior superueniēs fortē spoliaret armatū. Tūc enī momordit infernum. Osee. xiij. Ero mors tua o mors: morsus tuus ero inferne: cū totū infernum destruxit. (Non enī dānatos inimicos q̄ vinctos dixere. Nolumus hunc regnare sup nos: eduxit) sed momordit partē abrumpens: suos amicos liberans a malis ꝑteritis: ꝑsētibus ꝛ futuris: dans eis ꝑpetuā pacem ꝛ eternā beatitudinē: i qua ab omni peccato: et inquinamento sunt liberi: et ab omni violentia et perturbatione securi. Quod et dominus pharisēis predixit. Sanitates perficio hodie ꝛ cras: ꝛ tertia die consumor. Quasi di. fm Innocen. Prima die mortis mee intrans infernum: auferam demoni tyrannidem suam: in crastino educam captiuitatē sanitati ꝛ libertati donatam dum portam paradisi eis aperiam: liberans eos a malis preteritis presentibus et futuris. Dans eis pacem: in qua semper sint a peccato liberi: et ab omni perturbatione securi. Tertia die resurgam consummatus. Hoc ergo ecclesia commemorans in isto silentio petit similiter a ꝑturbatione liberari: et perpetua pace frui. Et propter hoc in quibusdam ecclesijs in die parasceues profertur illa oratio alta voce: quia eadem die qua fuit mortuus dominus: ad inferna descēdit pro patribus liberandis. ¶ Aduertendum etiam q͞ sacerdos dicens hanc orationem. Libera nos quesumus ꝛ cetera. accipit patenā: quā facta oblatione abscōderat. Ad cuius. significa-

Lu. xxiij.

Mat. xij. ꝛ Luce. xj.

Luce. xix.

Luce. xiij.

Innocen.

tionis manifestationem attendendū sm Alexan. de ales. q. xxxvij. parte. iiij. ꝙ patena dī a patēdo: z signat cor latum z altum charitate: scdm illud. Uiam mandatorū tuoꝝ cucurri cum dilatasti cor charitate cor meum. Et iterum. Latum mādatū

Ps. cxviij.

tuū nimis. Sup hanc patenā. i. charitatis latitudinem: sacrificium iusticie debet offerri: vt holocaustū vere pingue fiat. Hanc cordis latitudinē habebat dñs offerendo seipsum pro nobis. j. Jo. iij. In hoc cognouimus charitatē dei quoniam ille animā suam pro nobis posuit. Habebat z ipā petrus cum ait. Et si oportuerit me mori tecū: nō te negabo. Similiter z omnes discipuli dixerunt:

Mat. xxvj.

propter quod dñs intulit: dicēs. Spiritus quidē promptus est: caro autem infirma. Sed latitudo cordis ab eis fugit: cum discipuli omnes ab eo fugerunt z latuerunt. Et iō post oblationem hostie mediante patena: per quam hostia altari presentata est: sacerdos abscondit sub corporali patenam: vel subdiaconus ab altari remotam retro continet inuolutam: per qd discipulorū fuga vel latibulū signatur: quod dñs ipse predixerat. Omnes vos scādalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastorem z dispergentur oues gregis. Et ideo sacerdos dominice resurrectionis eulogium annūciaturus: resumit patenam a diacono vel subdiacono presentatam quo significatur ꝙ post resurrectionem apostoli ad dominū redierunt. Osculatur eam sacerdos in signum charitatis quam habere debet ad oēs z signum crucis facit in facie cum ipa: scdm dñm Albertum in signum ꝙ virtus communionis in omnes deriuatur per virtutem charitatis. ¶ Aliter mysticat Innocen. z magister in rationali: sm quos subdiaconus: diaconus z sacerdos: tam numero ꝙ obsequio representant tres illas mulieres marias: de quibus Matth. vlti. dicit z ceteri euangeliste: ꝙ venerunt cum aromatibus videre sepulcrum: z corpus dñi mortuum vngētis optimis condiendo honorare. He enim patenā mysticam presentarunt domino in obsequiū sepulture: dum (vt dictū est) emerunt aromata vt venientes vngerent iesum. Subdiaconus igit (cū sacerdos procedit ad hanc orationē) patenā inuolutā tradit diacono: qui eā recipiens detegit: z reuelatā sacerdoti porrigit: cuius humeros aut manū dexterā osculatur: per qd significat: ꝙ mulieres illelato corde deum in sepulchro quesierunt: obsequia funeri exhibere cupiētes. Nam valde mane vna sabbatorū veniunt ad monumentū orto iam sole: vt dicit Marcus. Osculantes humerum: vel manū dexteram sacerdotis xpm significantis: qr desiderabant participes fieri laboꝝ eius: z socie retributionis eterne: sm illud Apli. Si cōmortui sumus z cōuiuemus. Si sustinebimus z cōregnabimus. ij. ad Tim. ij. Osculū em signū est vnitiuū

ij. ad Tim. ij.

mutuo se osculantiū. Sacerdos patenā accipiēs traditā a subdiacono z diacono: significat ꝙ xps fidē: z charitatis latitudinē sanctarum mulierū acceptauit. Qd vero sacerdos patenam de manu diaconi recipit: eamqz osculat: z cū ea signo crucis se signat: innuit ꝙ si per passionē filij: que per crucē significatur: recōciliamur deo patri (que reconciliatio per osculū intelligit) erimus z heredes regni: cuius nullus terminus est nec finis: qd per patene rotunditatem denotat. ¶ Uel vt Inno. dicit: per hoc sacerdos ostendit: ꝙ christus crucifixus z resurgēs statim desideriū mulierū impleuit

Innocen.

Nā occurrens illis a monumento regredientib⁹ dixit eis. Auete: z procidentes tenuerūt pedes ei⁹

Mat. vlti.

z adorauerunt eum. Quidā etiā cū patena sumi tatem calicis: z pedem eius tangunt: significātes ꝙ iste femine sancte integro ac feruenti cordis affectu: quasi totum dñi sepulchrum: quod per calicem representatur: amplexate sunt. Propriū ēpe amantium est: ꝙ nō satiantur tactu dilecti in omnibus corporis partibus: nisi z res dilecti cōtrectent. Quod ostendit maria magdalena: q̄ iuxta monumentum stans aliis recedentibus non recedebat: donec dominū videre mereret. ¶ Denique subdiaconus mappulam: qua patenā operuerat: non super altaris palla: sed aliunde deponit: significans ꝙ petrus monumentū intrās: vidit sudarium non cū linteaminibus positū: sed separatum in vnū locum inuolutū. Deinde deponitur corporale de calice: ad signandum ꝙ mulieribus iesum querentibus sepulchrum patefactū est. Uiderunt nāqz lapidem magnum valde reuolutum ab ostio monumenti ministerio angeli de celo descendentis. Os quidem calicis ostium significat monumenti. Sequitur. * B

Amantiū proprium.

Per eundem dominū nostrum

iesum xpm filium tuum qui tecū viuit z regnat in vnitate spiritussancti deus. Per oia secula seculorum Amen. ¶ Hec est secūda pars partis tertie principalis totius canonis: in qua post preparationem populi ad sacram cōmunionem p orōnem dominicā: eiusqz embolismū: incipit sacratissima communio ac dispēsatio: qua ecclesia consequitur tanti mysterij vtilitatem z fructum. Et subdiuiditur pars illa in tres partes. In prima aptatur sacramentum cōmunioni per eius diuisionem. In secunda cōmunicaturi vniūtur p pacis impetrationē ibi. Pax dñi sit zc. Tertio proceditur ad ipsam sumptionē: ibi. Domine iesu xpe fili dei viui. ¶ Circa primū quia eucharistie sumptio non tantū sacerdoti celebranti: sed toti proficit z fructificat ecclesie: cuius tres sunt partes seu status: vt statim dicetur: ideo vt singulis partibus prodesse ostendatur: ipsum sacramentum in tres partes diuiditur: sub horū prolatione verborum. Per eundē dominū nostrū. Que verba licet sint conclusio precedentis orōnis. quia tamē hic fit sacramenti diuisio: que pertinet ad sacramenti cōmunionem z dispensationē: ideo magis in eis sequentis initiū sumitur partis. Unde ait. Per eundem dñm nostrū iesum christū: cuius sacrosanctū corpus z sanguinem contrectamus venerabiliter in sacramento statim sumpturi: ꝙ quē vt per mediatorē z pontificem bona oia adipiscimur: z ab oibus malis liberamur: tanꝙ per dñm nostrū: cui data est ptās in celo et in terra. Jesum idest saluatorē nostrū. Uenit em vt saluū faceret pplm suū a peccatis eorū. Christū: pre oibus suis consortibus spūssancti oleo vnctū. Filiū tuū: naturalē z vnigenitū: cui paterna vox perhibuit testimoniū. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene cōplacui. Qui tecū viuit z in eternitate indefectibiliter. Et regnat imperiose z potenter. In vnitate. i. idētitate essentiali. Spiritussancti: tertie in diuinis persone: qui amor est et nexus patris z filij: in quo amorose nectūtur vt in cōmuni producto: sibi consubstantiali deo. Et nō cōcludit sacerdos hanc orationē per verbū Amen: sz exaltans vocem dicit. Per oia secula seculorū. i. oīm tēporū successiones veras vel imaginarias. i. eternaliter: requirens populi consensum in petitio: vt dicit Alber. vt ipse populus: vel aliquis ei⁹ nomine dicat. Amen. i. fiat nobis quod petisti. Sub his verbis (vt dictū est) fit hostie fractio: ideo primo de causa: z modo fractionis: z eius significatione aliquid

*Diacon⁹ deponit op culū calicis significans angelū q̄ reuoluit lapidē ab ostio monumēti

Sacrā quare in tres p tes diuidit.

Mat. vlti.

Matth. j.

Ps. xliiij.

Mat. ij. z xxij.

Albertus.

Duplex cā fractionis.

tione aliquid dicemus: deinde de ipsa fractione
cui⁹ fit ⁊ in quo fiat. ¶ Ad Causam fractiōis du
plicē assignat dñs Alber. iii de offic. misse par. ii.
Una est significationis: altera necessitatis. Cau
sa significationis vt partes ecclesie: pro quibus
offert: figurent. Unde vsus ecclesie hz: φ in tria
frāgat: qr pars corporis xpi mystici in celis triū
phat: ⁊ pro illa sacramētū offert ad laudē et gra
tiaꝝ actionē: qr illi iam beati sunt. Alia pars cor
poris mystici in labore adhuc viuit: in fide con
uersans ⁊ merito in terris: ⁊ ꝓ illis sacramentum
offert in pignus redēptionis. Tertia pars in pur
gatorio afflicta purgat: ⁊ ꝓ illa sacrm̄ offertur in
suppletionē pro afflictis. Isti sunt tres panes: qs
nobis accōmodat amicus noster xps vt ponam⁹
ante illū qui de via venit: amicū: ꝓrimū scz nfm:
qn̄ venit: vel ad laudandū: vel ad pro sua redem
ptione sacrificiū: aut ꝓ captiuis ⁊ afflictis sup
plicandū. De via em̄ venit. qn̄ de negotio occu
pationis terrenoꝝ ad cultū dei se cōuertit. Ne
cessitatis aūt causa frangit: qr integrū sine peri
culo ꝓpter gutturis arctitudinē a multis nō su
meret. Hec Alber. in genere. De quib⁹ infra di
cet latius in specie. ¶ De modo autē frangendi
hoc premitto: qm̄ in modo frangendi ⁊ ceteris q̄
sequunt nō idē modus per oīa in diuersis eccle
siis seruat: sed nōnulla ex inoleta cōsuetudine va
riant. Ideo in ꝓcessu vsqꝫ in finē huius opis mo
dum hūc ꝓsequar: qui in metropoli nostra in in
signi moguntinēsi eccle a seruat: ⁊ in eius missa
libus cōtinet. In huius em̄ prouincia: alma no
stra Tubingēsis vniuersitas: in qua hec vtcunqꝫ
collecta sunt: cōstituta dinoscit. Metropolitane
enim ecclesie: eiusqꝫ cerimoniis cetere ecclie sin
gule totius ꝓuincie fm canonicas patrū sanctio
nes: cōformare se habēt. Unde in cōcilio gerun
densi ita statutū est: vt habet de cōse. di. ii. institu
tio. Institutio missaꝝ sicut in metropolitana ec
clesia agit: ita in dei nōie: in omnib⁹ ꝓuinciis tā
ipsius misse ordo q̄ psallēdi vel ministrādi con
suetudo seruet. Sacerdos ꝓcedēs ad fractionē
hostie: ipsam leuat de altari: super patenā collo
cat: ⁊ inde eā tollēs super calicē per medium frā
git: dicēs. Per eundē dñm nostrum iesum xpm. ⁊
partē que in dextera mansit super patenā ponit.
Partē vero q̄ in sinistra permāsit manu: iterum
per mediū frāgit dicens. Qui tecū viuit ⁊ regnat
in vnitate spiritussancti deus. Qua diuisa: partē
quā sinistra manu tenet: sup patenā ponit priori
parti cōiungēs. Alterā vero particulā in dextera
manu remanentē: tenet sup calicē duobus digi
tis: pollice scz ⁊ indice: ⁊ erectus parū exaltāsvo
cem dicit. Per oīa secula seculoꝝ. Eleuās modi
cū calicē cū particula quā tenet manu dextera:
⁊ accepto respōso a circūstantib⁹ dicit. Pax dñi

Hostia q̄ de altari leuat quid significat.

⁊c. Horū quantū ad aliqua magister in rationa
li ponit rationē. Primo hostia leuatur de altari:
ad significandū φ xps fuit de terra ad crucē exal
tatus: ⁊ mortē ibidem perpessus. Dehinc hostie
frangēde patena supponit: ad significādū φ xps
ex latitudine charitatis: que per amplitudinem
patene significat: spōte quaslibet passiones susti
nuit: per nullā aliā potētiā necessitat⁹: quas pas
siones fractio hostie representat. Inde hostia in
man⁹ accepta frangit: qr xps cōficiēs hoc sacra
mentum: panē in manus accepit ⁊ fregit: rursus
frangit in memoriaꝫ passionis dñice. Hinc pro
sper de cōse. di. ii. dū frangit. Dū frangit hostia:
dū sanguis de calice in ora fideliū fundit: quid
aliud q̄ dñici corporis i cruce immolatio: eiusqꝫ
sanguinis de latere effusio designat? ¶ Et nota

Fractio aliud significat: ⁊ aliud partes in quas fit fracte hostie diuisio.

φ aliud significat fractio: et aliud partes in quas
fit fracte hostie diuisio. Nam fractio passionem
dñi: partes eos pro quib⁹ passus: ⁊ quib⁹ sacrifi
ciū illud proficit representat. Frangit autē supra
calicē ꝓpter reuerentiā sacramēti: ne aliqua ei⁹
particula alio sum ꝓsiliat. Sed si qua ceciderit:
in calice recipiat: ⁊ sic honorifice a celebrante su
mat. Frangit preterea supra calicē: ad significan
dū φ in fractione: hoc est vulneratione corporis
christi: sanguis qui in calice cōtinet: cōtinue flu
xit de corpore. Hec de fractiōe. ¶ I Sed de par
tibus fractionis ꝯsiderandū: φ frangit in duas
medietates: ad significandū duplicē ꝑdestinato

Duplex est predestinatoꝝ status.

rum statū: quoꝝ vnus est in eterna gloria. Alius
adhuc in tꝑali miseria: scz presentis seculi atqꝫ
ipsius purgatorii: ideoqꝫ ista medietas hostie q̄
nōdū beatos significat: subdiuidit in duas par
ticulas: quaꝝ vna rep̄sentat eos q̄ purgantur in
purgatorio. Alia rep̄sentat illos q̄ in hoc seculo
adhuc viuūt. Maꝝ medietatū illa q̄ in manu de
xtera tenebat: ⁊ supra patenā indiuisa collocaba
tur: significat ꝑdestinatos: q̄ iā adepti sunt bea
titudinē / ⁊ tenēt rectitudinē ac bōa potiora per
dexterā significata quib⁹ nulla admisceri potest
curuitas: aduersitas vel afflictio siue pena. Et qr
illoꝝ status stabilis ⁊ vniformis est: ⁊ vna beati
tudine sine intermissione fruunt: idcirco hec me
dietas manet indiuisa. Alia aūt medietas man⁹
sinistre diuidit in duas partes fm duplicē eorū
statū quos representāt: qr illoꝝ: vt dictū est: aliq̄
iam mūdū exierūt: ⁊ in purgatorio puniunt: ali
qui adhuc in corpore degunt: ⁊ mūdi penalitati
bus affligunt. Haꝝ partiū ea que medietati ho
stie in patena ex prima diuisione collocate cōiū
git: significat illos q̄ sunt in purgatorio: quos re
spicit sinistra manus dei: hoc est dei iustitia: fm
quā pro peccatis in hoc mūdo nō satisfactis pu
niunt: ⁊ satispatiunt: vbi merēdi remissionem pe
ne amplius nō est locus. Cōiūgit aūt priori par
ticule q̄ beatos significat: qr existētes in purgato
rio certitudinē habent de sua beatitudine conse
quēda infallibilē: ideo ei particule iūgit: q̄ beati
tudine adepta: de ei⁹ certitudine inamissibili se
cure gloriant: cui ⁊ ipsi pari securitate cōiungen
tur. Qr vero ꝑdestinati in mūdo existētes: egēt me
ritis passionis xpi: q̄ illis adhuc viuētib⁹: eorūqꝫ
actib⁹ possunt suffragari ad meritū: idcirco par
ticula man⁹ dextre: q̄ viuētes in hoc seculo signi
ficat: calici immittit: ⁊ sanguini xpi immiscet: ad
significādū φ hūc fructum effusionis sanguinis
xpi cōsequi possunt. Tenet tñ duob⁹ digitis an
te cōmixtionē: pollice scz et indice. Pollice vigor
virtutis signat. Indice discretio mētis intelligit.
Dat igit per hoc intelligi φ cū fidei vigore: ⁊ mē
tis discretione nos in mūdo viuētes intueri de
bem⁹: φ sanguis xpi ꝑ statu isto fruct⁹ multos si
volumus ferre pōt. Hāc aūt particulā sacerdos
tenēs se erigit: ⁊ eleuata voce. Per oīa secula se
culoꝝ dicit. Primo se erigit: qr parat se cum dño
perpetuā petere pacē. Et qr omne datū optimū:
⁊ omne donū ꝑfectū desursum est descēdēs. Sur

Iaco. i.

sum se erigit sperās desup exaudiri. Eleuat cali
cem de altari: ad ostēdēdū φ xps q̄ ꝑ passionē (q̄
per calicē designat) descēdit ad inferos: ꝑ omni
potētiā aūt pris: immo ꝓpria potestate de tumu
lo a mortuis resurrexit. Pacē datur⁹ discipulis
eleuat vocē: vt ppls pacē desiderās: intelligat φ
sacerdos ꝓ pace petitur⁹ est: dicit. Amē. i. nobis
sic donet. ¶ Alii aliter applicāt significationem
partiū hostie: dicētes φ hostia diuiditur in tres
partes: fm φ sunt tres partes corporis xpi mys

stici: hoc est ecclesie s3 suã generalitatẽ accepte. Est enĩ vna pars ecclesie q̃ dicit militãs: ⁊ hec est numer⁹ fideliũ hic in mũdo peregrinantiũ: q̃ vcz exercet militiã aduersus carnẽ mũdũ ⁊ diabolũ. Alia est pars ecclesie q̃ fm aliquos dr dormiẽs: scz numer⁹ eoꝝ q̃ in purgatorio puniunt. Et dicitur dormiẽs: q: nõdũ eternã beatitudinẽ ad quã pdestinati sunt: sunt consecuti. Nec tñ illi ibidẽ mereri possunt: ⁊ nec per demeritũ ab illa in eternum separabunt. Tertia pars ecclesie dicit triũphãs: ⁊ est numerus beatoꝝ iam in celo gloriose triũphãtiũ. Et dr triũphans: q: aduersus inimicos xpi militiã strenue exercuerũt: ⁊ finaliter victoriose triũpharũt. ¶ In signũ triplicis huius partis vniuersalis ecclesie: hostia in tres partes diuidit. Prima pars s3 illos q̃ sanguini immittitur: significat ecclesiã triũphantẽ: q̃ iam inebriata est vino letitie: intuitiõe scz diuine essentie ac amore perfecto: sine fruitione eiusdẽ: quib⁹ dicit Cantico. v. Inebriemini charissimi. Alie autem due partes ecclesie significant reliq̃s duab⁹ partibus hostie extra calicẽ: quarũ maior supposita minori in patena: significat ecclesiã militantẽ: et minor innixa supposite: significat ecclesiã in purgatorio expectantẽ: illa enĩ innitit suffragijs militãtis ecclesie. Et p istis duab⁹ geminamus preces agno: qui est caput ecclesie: vt misereatur nobis. S3 p tertia parte ad cui⁹ locũ ⁊ requiẽ aspiramus: petim⁹ vt idẽ agnus triplicis nature donet nobis pacẽ. Hinc ⁊ xps tria illa loca ecclesie fm suã humanitatẽ: s3 quã est caput ecclie: peragrauit. Primo locũ nře terre habitabilis. xxxiij. annis in iudea ⁊ hierusalẽ cõuersando. Secũdo limbũ in quo patres tenebant: ipsos fm alas inde extrahẽdo. Tertio et finaliter: ascẽdẽs in celũ captiuitatẽ quã post triũphum coronauit: ad regnum patris indefectibile collocãdo. ¶ Et huic cõcordat canõ de cõse. di. ij. triforme. ⁊ est Sergij pape ita sonans. Triforme est corpus dñi. Pars oblate in calicẽ missa: corpus xpi qđ iam resurrexit mõstrat. Pars comesta: ambulãs adhuc sup terrã. Pars in altari vsq3 ad finẽ misse remanẽs: corpus in sepulchro: q: vsq3 ad finẽ seculi corpora sanctoꝝ in sepulchris erũt. Corpus dñi vbiq3 in hoc accipit p corpore mystico. i. fidelib⁹ xpo incorporatis. Uerũ hoc vltimũ. s. reseruatio particule in finẽ misse hodie nõ seruat: vt dicit glo. Nã diminuta fideliũ deuotione: ⁊ crescẽte circa altare indeuotione frequẽtantiũ etiã ppter periculũ qđ cõtingere posset in reseruatione: sumuntur simul a sacerdote: ⁊ pars q̃ significat triũphãtes: ⁊ pars q̃ significat in sepulchris quiescẽtes: ac in purgatorio spe felici liberatione expectantes. Hec eadẽ est sentẽtia magistri in. iiij. dis. xij. ponẽtis ca. Sergij supra allegatũ. ¶ R Secũdũ dñm Alb. Pars hostie q̃ a sacerdote statim post diuisionẽ sumit: significat partẽ ecclesie in celis triũphantẽ. Pars que in calicẽ mittit: significat partẽ ecclesie in terris militantẽ: in angustijs et penis laborantez. Pars reseruata: eos q̃ sunt in purgatorio. Unde ait Alb. Fractio hec a Sergio papa instituta: a quo ⁊ ter cantandũ esse Agnus dei: inter cõmunicandũ est statutuz. Sequit. In tres aũt partes frangi institutũ est: q: corp⁹ xpi mysticũ triforme est. Quedã enim pars regnat cũ capite suo: ⁊ triũphat in celo: ⁊ quedã adhuc in laborib⁹ militat in terris: quedã est in purgatorij penis. Instituit ergo Sergi⁹ papa: vt pars vna statim acciperet a sacerdote: quã ipse frequẽter nominat perfectiorẽ sanctitatis: q̃ loco christi stat in altari: q̃ signat partẽ in celis iam triũphantez: que iam plane in xpm trãsiuit. Statuit etiã vt scđa mitteret in calicẽ: q: calix signat huius vite passiones: que signat partẽ in laborib⁹ ⁊ penis huius vite adhuc laborantẽ: ⁊ idẽ in calicem missam. Statuit etiam q tertia pars hostie maneret in finẽ in altari post oĩa mysteria sumẽda: que signat eos q̃ in sepulchris sunt: ⁊ in purgatorio in fine cũ xpo vniẽdos fore per spiritualem incorporationẽ. ¶ Non dissimilẽ sentẽtiam ponit Inno. tertius. vt refert Alex. licet verba discrepent. Corpus inquit xpi est vniuersalis ecclesia: caput scz cũ mẽbris. Unus enĩ panis: et vnũ corpus multi sumus: oẽs qui de vno pane: et de vno calice participam⁹. Et inueniunt in isto corpore quasi tres partes ex quib⁹ totũ corpus consistit. Una pars est ipsũ caput xps: qui caput est ⁊ pars corporis. Et secũda pars anime sanctoꝝ: qui cũ xpo regnãt. Ubi scz xps ⁊ sanctorũ anime extra passionẽ sunt quasi simul: sicut scriptũ est Mat. xxiiij. Ubicũq3 fuerit corpus: illuc congregabuntur ⁊ aquile. Predicte partes due seorsũ extra calice reseruant: quasi extra passionez: que per calicẽ designat. Christus enĩ resurgẽs ex mortuis iam nõ morit. Rom. vi. Et qui cũ ipso sunt: neq3 esurient: neq3 sitiẽt amplius. Neq3 cadet sup ipsos sol: neq3 vllus estus: que primo abierunt. Apoc. vij. partim. ⁊ xx. Tertia pars in calice ponitur: signãs eos qui adhuc in passione cõsistũt: donec ab hac vita migrantes: ad suũ caput transeant: vbi non morient amplius: nec vllaten⁹ patient. Hic non fit mẽtio de parte in purgatorio existẽti: sed cõprehendi potest in tertia parte: q: et ipsi adhuc in penis sunt: sicut hi qui peregrinãtur in hoc mũdo. ¶ Mod⁹ Inñ. pape cõmunior est: de quo ponunt hec metra. Frangitur in partes tres hostia: prima beatos. Plene secũda notat viuos: frata sepultos. Uel s3 alios. Pars vino intincta pro viuis sanctificat. Altera p sanctis: pars tertia p redimẽdis. Beatus Aug. Innocẽtio cõcordat: vnde ait. In trib⁹ partibus trinitas vna continet. Una pars de siccis sumit ad laudẽ ⁊ gloriã dei p alabus sanctoꝝ cũ christo regnantiũ. Altera pro illis qui in purgatorio sunt. Tertia pro viuentib⁹ qui voluuntur in sanguine idest peccato. Et l3 diuerse recitate sunt opiniones ⁊ sentẽtie de significatione partiũ fracte hostie: non tñ sunt aduerse. Nihil enĩ prohibet idẽ plura mystice designare. ¶ L Uiso de fractiõis ac partiũ significatione: vidẽdu3 est de fractiõis veritate: vbi duo occurrũt indagãda. Primũ an ibi sit vera fractio: ⁊ cui⁹ sit: hoc est: quid ibi frangitur. Secũdũ an sub qualibet fractionis particula totus xps cõtineatur? ¶ Circa primũ ponit magister in. iiij. quatuor opiniones. Una est: qđ ibi nõ est vera fractio: sed tantũ apparens: sicut multa apparẽt in hoc sacramẽto: que tamen ita nõ sunt: sicut apparet q accidentia sint in subiecto: ⁊ ita nõ est. Et si obijcitur illud Amb. Nihil falsi putandum est in sacramento veritatis: sicut fit in magorum prestigijs: vbi delusione quadaz fallũtur oculi vt videatur esse qđ non est. Ad qđ dicunt: q nõ fallit nos visus nec fallitur: qđ contingeret si crederetur ita frãgi sicut videtur: nec illusio est: quia ad vtilitatẽ fidei: nõ ad deceptionem ita fit. Sicut ⁊ christus ostendẽs se duobus discipulis in via specie peregrini. Nec in eo tamen talis forma erat: sed oculi eorum tenebãtur ne agnoscerent eũ. Sed hec opinio non accepta tur: q: cõtrariatur verbis xpi. Accepit panẽ gratias agens fregit. Hec autem falsa esse non possunt: nisi diceret q prius fregit ⁊ postea bñdixit. Item

Ecclesie s3 suam generalitatẽ accepte tres sunt ptes.

Alber. i

j. Coꝛ. x.

Mat. xxiiij.

Augusti.

Dubiũ primum.

Secũdum dubium.

Opinio pma.

Ambro.

Item si nõ esset vera fractio: nõ esset vera masticatio: nec vera comestio: q̃ videñ absurda. ¶ Itẽ fundamentũ in quo fundaĩ falsum est. Nihil eñ apparet in hoc sacño qđ nõ vere ⁊ realiter est ibi. Un̄ dr̄ in legenda corporis xp̄i. Accidentia sine subiecto in eodẽ sacño existunt: vt fides locũ habeat dum visibile inuisibiliter sumitur aliena spẽ occultatũ. Sequiĩ ad propositũ. Et sensus a deceptione imunes reddanĩ: qui d̕ accidentibus iudicãt sibi notis. Si autem sensus iudicarent de aliquo accidente: puta fractione que ibi non esset: deciperenĩ. ¶ Nec verũ est qđ multa apparent in sacramẽto q̃ ibi nõ sunt. Nã quicquid apparet: ibi est: lʒ multa ibi sint q̃ non apparent. s. q̃ sola fide credunĩ. Et qđ additur ibi. Apparent accidẽtia esse in subiecto falsum est: ibi apparent accidẽtia sensibilia: sed an sint in subiecto: an extra subiectũ: hoc excedit apprehensionẽ sensus: hoc autẽ solũ apparet qđ intuitiue cognosciĩ. Et nihil tale a nobis sic cognosciĩ (saltẽ existẽtiũ extra nos) nisi qđ sensus intueĩ. Accidẽtia aũt esse in subiecto rõne inuestigamus. Unde ⁊ apud doctos dubiũ est an accidentia materialia: qualitas scʒ sensibilia: sint in quãtitate tanq̃ in subiecto imediato: an in materia imediate. Sunt eñ de hoc vsqʒ hodie aduerse opiniones. Et ideo simpliciter vera est: vt sonat autoritas bti Ambro. Nec valet qđ adduciĩ de xp̄o. Non enim decepti sunt ex visione: qr̄ qđ viderunt: in veritate fuit: verum non quicq̃d ibi fuit: visibile in christo viderunt. Tenebantur eñ oculi eoꝝ ⁊c. Non enim viderunt totam christi faciem quantũ ad oĩa accidẽtia q̃ in eo fuere. Et ideo errabant in iudicio rõnis: iudicãtes non esse xp̄m qui fuit xp̄s. ¶ Secunda opinio fuit qđ ibi est vera fractio: sed illa non est in aliq̃ subiecto sicut nec cetera accidẽtia. Ipsa eñ stãt sine subiecto: qr̄ sicut ibi est caliditas: ⁊ tñ nihil calidũ: ita est ibi vera fractio: sed non est in re aliqua: ꝓpter qđ nihil frãgiĩ: et sic lʒ homo frangat: tñ nihil frangiĩ. Sed hec opinio stare nõ põt: qr̄ sequiĩ: aliquid frangit: ergo aliquid frãgitur. Semper enim actiuũ infert passiuũ. ¶ Preterea fractio non dicit aliquid realiter distinctũ a frangente ⁊ frangibili: sed dicit frãgibile: ⁊ partes eius prius cõtinuas postea distare: ergo intelligi non põt sine frangibili.

Opinio secunda.

¶ M Tertia opinio fuit: qđ ibi est vera fractio corporis xp̄i: licʒ corpus maneat integrũ ⁊ incorruptibile. Sicut xp̄s dedit discipulis in cena corpus suum passibile: ⁊ tñ nõ est dẽtibus discipuloꝝ passum: agẽte hoc virtute supnaturali: ergo multo magis hoc fieri potest eadem virtute in corpore impassibili. Assumunt pro se autoritatẽ beati Augu. ex ser. de verbis dñi: ⁊ habetur de cõse. dist. ij. qui manducãt. vbi inq̃t. Norunt fideles quẽadmodũ mãducãt carnem xp̄i: vnusquisqʒ accipit partem suã. Per partes manducatur: ⁊ manet integer totus. Per partes manducaĩ in sacramẽto: ⁊ manet integer totus in celo: ⁊ manet integer tot⁹ in corde tuo. Item idem colligere nituntur ex confessione berẽgarij: vbi confessus est corpus christi verum: non solum sacramentũ: sʒ in veritate manib⁹ sacerdotũ tractari frangi: ⁊ fidelium dentibus atteri. Sʒ hec opinio similiter erronea est: qm̃ cũ corp⁹ xp̄i sit animatũ ⁊ organicũ: si frangeretur ⁊ diuideretur: corrumperetur: qđ est impossibile: cũ sit gloriosum ⁊ impassibile. Preterea beatus Augu. in ser. de verbis euangelij. Nec qñ manducamus: partes de illo facimus. ¶ Preterea. Frequenter supra dictum est tale corpus christi esse sub sacramento: quale est in sua existẽtia naturali. Cũ igiĩ in naturali sua existentia post suã resurrectionẽ est immortale ⁊ incorruptibile ac impassibile: ⁊ ꝑ hoc extra sacñm diuidi nõ põt: qđ illud repugnat impassibilitati: ideo nec sic diuidi potest in sacramẽto. ¶ Preterea: id non diuidiĩ ad diuisionem sacramẽti qđ sacño nõ coextendiĩ: sed corpus xp̄i nõ coextẽdiĩ sacño: qr̄ nõ est pars vna corporis xp̄i sub parte sacramẽti: ⁊ alia sub alia: vt dictũ est. s. lec. xliij. ⁊ diceĩ statim. Qr̄ ergo nõ est cõmensuratio partium corporis xp̄i ad partes sacñi siue hostie: ideo non sequitur corpus xp̄i frangi ad fractionem hostie. Sicut nec diuidiĩ anima hoĩs diuiso corpore: quia ipsa corpori nõ coextenditur: sed tota est in toto: ⁊ tota in qualibet corporis parte. Ideo est quarta opinio vera: quã magister ap probat ⁊ docet cõiter: ꝙ fractio illa: ⁊ partitio nõ est in sub͞a corporis xp̄i: qr̄ incorruptibile est: sed in ipsa forma panis sacramẽti. i. in speciẽb⁹ sacñalibus: que post cõsecrationem sunt sine subiecto: q̃uis ante fuerãt i pane. Et hoc sensu dicit apl̄s. panis quem frangimus: qr̄ forma panis ibi frãgiĩ: ⁊ in partes diuidiĩ. Xp̄s integer manet ⁊ tot⁹ in singulis: vnde ⁊ Aug. vbi. s. de verbis euangelij. Quãdo xp̄s manducaĩ: vita manducaĩ. Sed quis audeat manducare dñʒ suũ: ⁊ tñ veritas inuitans nos ad mãducandũ ait. Qui manducat me: viuit ꝓpter me. Nec occiditur christus vt mãduceĩ: nõ deficit: viuit mãducatus: qr̄ surrexit occisus. Nec qñ manducamus: partes de illo facimus: ⁊ quidem i sacño sic fit.

Opinio quarta.

Augustin⁹

¶ M Ad per hoc ad rõnes opinionis tertie. Ad similitudinem corporis passibilis a discipulis in cena mãducati dr̄: qđ in illa manducatiõe corpus xp̄i nõ fuit diuisum: nec fractum: sicut nec modo in sumptione sacñi: ⁊ sic nihil facit pro eis: sed pro veritate: ⁊ ideo impertinẽter adducũt pro se. Si eñ hoc intẽdũt qđ discipuli corpus xp̄i tũc passibile dẽtibus diuidebãt: ⁊ tamen viuum permanebat: falsum implicat: qr̄ nequaq̃ corp⁹ xp̄i dẽtib⁹ diuiserũt: aut fregerũt: immo iplicat corp⁹ aliqđ frãgi in eodẽ loco: ⁊ integrũ ꝑmanere. ¶ Ad autoritatẽ Aug. dicendũ: qđ nõ vult ꝙ vnusquisqʒ accipit partẽ suam corporis xp̄i: sed partẽ suã sacñi. Unde statiʒ premisit illis verbis. Nec qñ manducamus partes de illo facimus: ⁊ quidẽ in sacño sic fit: vt. s. allegatũ est: ⁊ cõtinuo subdit. Norunt fideles ⁊c. loquitur igitur de partibus sacramẽti nõ corporis xp̄i. Unde et subdit. Per partes manducaĩ in sacramento: et manet integer in celo. ¶ Ad cõfessionẽ berẽgarij dr̄ qđ berẽgarius diaconus sancti Mauricij andegauensis incidit in heresim dicentiũ: qđ post cõsecrationẽ panis ⁊ vini in altari: nõ est ibi verũ corpus ⁊ sanguis christi: sed tãtũ est ibi sacramentũ. i. signũ corporis xp̄i significatiuum. De qua heresi. s. tractatũ est lect. xxxix. Et qm̃ in sua cõfessione q̃ habeĩ de cõsec. dist. ij. ego berengarius. illã heresim expresse dãnat: asserens corpus xp̄i nõ solum tractari a sacerdote in sacramento vel in signo tñ: sed vere ⁊ realiter suã cõfessionẽ eccl̄ia recepit: ⁊ Nicola⁹ papa sub quo facta est eã ad vrbes italie: germanie: ⁊ gallie: ad quas ꝑuersi dogmatis sui fama peruenerat: misit: licet in explicando ⁊ detestando errorem suum in verbis excesserit: plus ad alterum extremum declinans in verbis q̃ oportuit. Unde veritatem illã cõfitens: ꝙ in sacramento altaris non solum signatur: sed vere ⁊ realiter cõtinetur corpus christi verum ⁊ naturale ⁊ manibus sacerdotis tractatur: addit. Frangiĩ: ⁊ dentibus fidelium atteriĩ. Per q̃ v̄ba satis q̃dẽ dãnat heresim suam: lʒ in vltimis verbis additis: scʒ frangitur: atteritur

Heresis berẽgarij.

excesserit veritatē explicādo. Sicut ꝛ illud impro
prie dictū est: qđ dixit panem ꝛ vinū post cōsecra
tionē verum corp⁹ ꝛ sanguinē dn̄i nostri iesu chri
sti esse. Que oro de rigore verboꝝ vera nō est: qꝛ
nunꝗ̄ panis est corpus christi: sed ex pane fit cor
pus christi: vt lect. xlix. latius est ostensum. Sic
eñ frequenter volentes errorē aliquē damnare:
excessiue locuti sunt: vt penitus recederent ab er
rore quasi declinare viderenꝰ in alterū extremuꝫ
errorē scꝫ sibi oppositū. Unde ſm glo. ca. allega.
berēgarius dicens corpus christi frāgi: ꝛ dentib⁹
atteri: intelligit per hoc corpus christi sub fract⁹
ꝛ tritissimis sacri particulis veraciter cōtineri: ꝛ
sub illis realiter ꝛ verissime mādncari: vnde ad-
dit glos. Nisi sane intelligas verba Berengarij:
in maiorem incides heresim ꝗ̄ ipse habuit. Ideo
omnia que scꝫ fractionē ꝛ attritionem sonāt: ad
species ipsas referas. Nā de christi corpore par-
tes nō facimus iuxta ca. qui manducant. c. inuie
tat. dist. allegata. Hec glosa. ¶ Si querit: vtrum

Questio.

concedendum sit ꝙ ibi est vera manducatio cor-
poris christi: ꝛ si sic: erit vera ei⁹ masticatio: ꝛ sic
diuisio ꝛ fractio. Rādetur: est vera manducatio

Rñsio ad qōnem.

corporis xp̄i: qꝛ eius sumptio l os et traiectio ad
stomachum. Sed non digeritur: nec ↄuertitur in
substantiam sumentis: nec hoc est de ratione mā
ducationis. Nec tamē est ibi masticatio corpis
christi nec diuisio: vt satis lectione. xlv. ostensum
est. Sꝫ est ibi masticatio: fractio ꝛ diuisio specieꝝ
sine sacri: non contenti. Nec illud de ratione est
comestionis: quia multa quē comeduntꝰ integra
glutiunꝰ. Nōnulla etiā manducantur que nō di
geruntur: sicut ea que stomachus reijcit per vo-
mitū: sicut ea que christus post resurrectionē co-
medit ꝛc. ¶ O Ad scđam qōnem: scꝫ an sub qua
libet fractionis particula totus christus cōtinea
tur: certa est rñsio: de particulis post ↄsecrationē
diuisis. Unde de talibus ſm catholicā veritatem
respondetur: ꝙ post cōsecrationē panis sub qua-
libet particula sacramēti diuisi est totus christus
sicut in toto fuit prius ꝗ̄ fuerat diuisum. Patet
autoritate beati Hiero. in ser. dn̄ice. v. post epi-

Hierony.

phaniā: et habetur de cōse. dist. ij. singuli. vbi ait.
Singuli aūt totū accipiūt xp̄m dn̄m: in singulis
portionib⁹ totus est: nec per singulos minuitur:
integrū se singulis prebet. Itē Hilarius papa: et
habeꝰ vbi. ꝯ. vbi pars. dicit. Ubi pars est corpis
xp̄i: est totū. Eadē ratio est in corpe domini: que
in manna: qđ in eius figura precessit: de quo dici
tur. Qui plus collegerat: non habuit amplius:
neqꝫ qui minus parauerat: habuit minus. Non
eñ quantitas visibilis in hoc est estimanda my-

Quantitas visibilis nō est estimanda in hoc mysterio: sꝫ virtus spūalis.

sterio: sed virtus spūalis. De quo latius. ꝯ. habi-
tū est lect. xliij. per totum. ¶ Sed vtrū sub quali-
bet parte sacramēti indiuisi sit totus christus? re
citant docto. sanctus Tho. ꝛ sanctus Bonauē.
opiniones in scriptis dist. x. quarti: ꝛ clari⁹ Alex.
parte. iiij. q. xl. arti. v. Una est qđ christus tot⁹ est
sub tota hostia: nō tamē sub qualibet hostie par-
te totus. Sed hostia diuisa xp̄s totus remanet
sub qualibet parte. Ponunt exemplū de speculo
qꝛ Augu. dicit quod sicut fracto speculo multipli

Augustin⁹

cantur imagines: sic post fractionem sacramenti
quot sunt partes: totiens est ibi xp̄s. Cōstat aūt
quod ante fractionē speculi non erat ibi nisi vna
imago. Qđ aūt sub ꝗ̄libet pte hostie diuise est to
tus christus ꝛ non indiuise: dicūt non venire ex
veritate hostie cōuertende: sed ex partium corpo
ris christi inseparabili vnione. Sicut enim vbi
corpus christi: ibi aīa propter cōiunctionē. Sic
cum vna pars hostie cōtineat vnam partem cor-
poris christi inseparabiliter: cū illa pars nō pos-
sit diuidi ab alijs: qꝛ corpus xp̄i incorruptibile
est: trahit secū totū corpus. Ratio qua monētur
est: qꝛ nihil est ponendū in hoc sacramēto nisi qđ
necesse est: ꝛ ratio cogit ꝙ post fractionē sit totuꝫ
in qualibet partium diuisarum hostie: qꝛ nō pōt
esse pars corporis christi diuisa ab altera: sed ra
tio ante fractionē non probat nisi ꝙ totum cor-
pus sit in tota hostia. Soluūt etiā multas rōnes
ꝛ autoritates Hiero. ꝛ Hila. exponunt de portio
nibus diuisis: quas dicunt partes actu: ꝛ nō con
iunctis: que sunt partes potentia. De quo satis
diffuse tractat Alex. loco allegato. ¶ P Sed ista
opinio stare non pōt: qꝛ signo parteꝫ hostie indi-
uise: gratia exempli: decimā: in illa est aliquid cor
poris christi: vel nihil. Si nihil: tūc non est corp⁹
christi totum in tota hostia: qđ est contra eos et
contra veritatem. Item qua ratione nihil corpis
christi esset in illa parte: eadem etiam nihil esset
in alia parte: et ita nihil corporis christi esset
in aliqua parte hostie: ꝛ per ↄñs nec in tota. Ni-
hil eñ potest esse in toto: quin sit in parte vel par
tibus. Si primum: vel ergo totum corpus christi
est i illa decima: vel pars eius: puta decima pars
corporis christi in decima parte hostie. Si primū
habetur propositum cōtra opinionem. Si secun
dum: tunc erit ibi commensuratiue seu circūscri-
ptiue: qꝛ pars vna corporis christi in vna parte
hostie: et alia in alia: quod est impossibile: quia
corpus christi maius est hostia. Maius autem
non potest circunscribi a minori. ¶ Item quero
fracta hostia in partes / aut pars corporis christi
que prius replebat decimam partem hostie: ad-
huc replet: aut nō? Si primū: tunc potest sibi iun
gi reliqua pars corporis xp̄i: nisi essent simul con
fuse que prius fuerūt extra se distincte. Si secun-
dum: tunc migrat pars corpis xp̄i de loco ad lo-
cum: et per diuisionem incipit esse vbi prius non
fuit: ꝛ desinit esse vbi prius fuit: que omnia falsa
sunt ꝛ absurda. Non eñ pōt corpus christi totū
vel pars de nouo esse alicubi sacramētaliter: nisi
per conuersionem alicuius in ipsum: q̄ nō fit nisi
virtute verboꝝ sacramentaliū. Nec facit ad pro-
positum exemplū speculi integri ꝛ fracti: qꝛ nō est
aliqua imago realiter in speculo: sed videtur ima
go verius res extra speculum per lineam reflexaꝫ
a superficie speculi. Et multiplicatis superficie-
bus per fractionē speculi: multiplicātur linee re-
flexe. Et per hoc representant rem ipsam vnā in
diuersis sitibus: ꝛ per hoc sensus decipitur. Cor-
pus autēꝫ xp̄i vere ꝛ realiter est in hostia: icipiēs
ibi esse ad prolationem forme consecrationis: q̄
qꝛ nō proferꝰ: denuo fracto sacramento non inci
pit esse de nouo vbi prius non fuit. ¶ Q Ideo il-
la opinione dimissa: est alia opinio vera cōmuni
ter omnium doctorū: ſm quā supra lec. xliij. dictū
est quod corpus christi est totum in tota hostia ꝛ
totum in qualibet parte hostie: in qua fuit prius
substātia panis: siue hostia sit integra: siue diui-
sa. Nec per diuisionē aliq̄d mutaꝰ circa inexistē-
tiā corporis xp̄i. Nō eñ per fractionē incipit esse
de nouo vbi prius non fuit: nec desinit esse vbi
fuit: quandiu species manēt in ea dispositiōe in
qua sub eis conseruata fuisset substātia panis: si
facta nō fuisset cōuersio. Unde sicut miraculose
per diuinam potentiam totū corpus xp̄i sub tam
parua hostia cōcludiꝰ: ita p eandē potentiā ꝛ mira
culose etiā in singulis partibus totū ↄtinetur. Et
hoc est de intētione dn̄i Inno. tertij sic dicentis.

Innocen.

Reor salua fide maiestatis: ꝙ vbi est panis cōse
cratus: totū in singulis partibus cōtineꝰ. Quod
inde

inde cōiicio: qm̄ inquotcunq3 partes species di-
uidamus: in singulis est totus xp̄s. Totus in ma
gno: totus in paruo: totus in integro: tot⁹ in fra-
cto: non minor in parte q̄3 in toto. Nec mireris:
op⁹ dei est hoc. Si in diuersis locis pōt esse vn⁹:
quare nō etiā in singulis partibus pōt esse tot⁹?
Et addit Inno. pro cōfirmatione rationū statim
positarū. Porro cū de⁹ illā virtutē verbis cōtu-
lit: vt ad prolationē illorū corp⁹ dn̄i incipiat esse
sub specie sacramēti: nec illa verba pferant̄ l fra
ctione: diligēter attendāt et ipsi rn̄deant: vnde cor-
pus qd̄ ante fractionē nō erat in singulis parti-
bus totum: sed sub tali specie totaliter existebat:
post fractionē in singulas partes quodāmō sece
dit: et incipit esse sigillatim in singulis: qd̄ integra
liter erat in integro. ¶ Sed forte ibi dicerent vt
tāgit Alex. q̄ post diuisionē nō est totū corp⁹ xp̄i
in singulis portionib⁹ p nouā cōuersionē: sed vir
tute conuersionis prime facte hostia non diuisa.
Vn̄ dicūt qd̄ hostia est vna actu: plures potētia:
et virtus consecrationis h3 efficaciā inquantū est
vna actu et plures potētia. Scd̄m ergo q̄ est vna
actu: ex consecratione: accipit virtutē actualem:
qua actualiter cōuertit̄ hostia totalis in corpus
totale xp̄i. Scd̄m aūt q̄ est plures potētia: acci-
pit virtutē potentionalē: qua partibus hostie exi
stentibus plurib⁹ actu / etiā actu est xp̄s tot⁹ sub
singulis. Unde non est ponenda causa ex pte fra
ctionis: qua corp⁹ totale est sub partib⁹: nisi sicut
causa sine qua nō: qr sc3 partes q̄ erant potentia:
sunt actu p ipsam fractionē. Sed ex virtute diui-
na verbi habet panis: q̄ quocūq3 modo: et qn̄cū-
q3 aliqd illi⁹ habet esse distinctū actu: sub ipso est
totus xp̄s. Sic ergo cū forma panis est vna actu
sub illa forma totali est corpus christi actu: ita q̄
nō actu sub partib⁹. Cū aūt forma illa effecta est
plura actu: iā est actu xp̄s in singulis partibus.
Quia em̄ durāte specie panis: nūq̄3 euacuat̄ a cō
tento facta fractione aliqd cōtinet̄ sub portione
fractionis: aliqd scil3 corporis xp̄i. Et cū corpus
xp̄i sit impartibile: relinquit̄ q̄ corpus totale cō-
tinet̄. Vn̄ rōne cōsecrationis et inseparabilitatis
cōtenti a cōtinente: et indiuisibilitatis corpis xp̄i
necesse est qd̄ totū corpus cōtineat̄ sub qualibet
particula fractionis. ¶ R Sed ɔtra hāc solutio-
nē stat ratio supra posita: qr queritur q̄ pars cor-
poris xp̄i sit sub hac parte hostie nondū fracte:
an decima pars corpis sub decima parte hostie:
et quarta sub quarta: cētesima sub cētesima? et seq
tur q̄ ibi est corp⁹ cōmēsuratiue. ¶ Preterea: si-
gno duas hostias: quarū vna sit decupla ad aliā:
tūc decima pars minoris erit cētesima maioris.
Quero tūc cur decima pars corpis xp̄i est in de-
cima parte hostie maioris: cū tota illa pars deci-
ma corpis possit esse l centesima parte hostie: qr
est in decima minoris q̄ est cētesima minoris? An
forte decima pars corpis est minor in maiori ho
stia: et eadē decima minor in minori: aut aliqd de-
cime partis hostie maioris est vacuū a corpore:
quorū nullū dici pōt sine absurditate. ¶ Item cū
panis sit totū homogeneū: nō est maior rō qua-
re vna pars panis cōuertat̄ in illā partē corporis
q̄3 in aliā partē: immo quare magis in parte q̄3 in
totū corpus: cū verba cōsecrationis simpliciter
nominēt corp⁹: et nō partē corporis. ¶ Preterea
illa distinctio de parte actuali et potentiali caret
fundamento: vt infra probabitur. Ideo dicat̄ cū
secūda opinione: q̄ xp̄s est totus in tota hostia:
et totus in qualibet parte hostie etiā integre et nō
diuise: vi vnice cōuersionis a deo prolate verbo-
rum forma: suo signo per ipsum instituto effica-
citer adsistēti: maneatq3 corpus totū sub singulis
partibus forme seu specierū: siue cōiunctis: siue
separatis. Nec tn̄ fracta hostia in partes: corp⁹
diuidit̄ in partes: qr nec manib⁹ tāgi pōt: nec di-
gitis frangi: nec oculis corporalibus videri: nec
dentib⁹ atteri: nec aliquo sensu percipi: quia non
habet modū existendi corporis sub hostia: q̄uis
sit vere corpus sub hostia: s3 modū quodāmodo
spūs quantū ad coexistere indiuisibiliter alicui
quanto et s̄m locū extenso: s̄m se scil3 et quodlibet
sui: de quo latius. s̄ disputatū est. Et ratio quare
sic dicere cōgruit: dicta est nūc: et in reprobatio-
ne opinionis opposite. ¶ S Sed circa hoc est
dubiū: an cōcedi d3: q̄ corpus xp̄i sit multotiens
in sacro? Et videtur q̄ sic: qr si in qualibet parte:
et cū multe sint partes erit multotiens in hostia.

Dubiū primum.

¶ In oppositū est: qr cū sint partes infinite. Si-
quidē infinite sunt partes eiusdem proportionis
distincte continui / quaz nulla est pars alterius:
igitur corpus xp̄i esset infinites sub qualibet ho-
stia: qd̄ videt̄ incōueniens. Item vnius hostie est
tantum vna cōsecratio: igit̄ videt̄ quod tn̄ semel
sit sub qualibet hostia vna. Ite3 si totum corpus
est sub qualibet parte hostie: erit etiam sub parte
pūctuali. Sed infinita sunt pūcta etiā cuiuslibet
partis extense: cū infinita puncta non faciūt extē
sionē: igitur infinities erit sub hostia. ¶ Secun-
do dubitat̄. Utrū partes hostie fracte sunt eede3
vel diuerse? Non primū: qr cuiuslibet totius par
tes etiā coniuncte sunt distincte: igit̄ multo ma-
gis diuise. Nec secundum: qr diuersi accipientes
hmōi particulas idē recipiunt: nec vn⁹ plus / nec
minus aut aliud q̄3 alter: igitur sunt indistincte.

Dubiū secundum.

¶ Ad primū rn̄det beatus Tho. in. iiij. dist. x. qō.
iij. art. iij. qd̄ corpus xp̄i q̄uis ante diuisionē ho-
stie sit totu3 sub qualibet parte hostie: non est tn̄
pluries actu sub partibus illis: sed tn̄ potentia.

R̄nsio ad primū dubium.

Ad cuius intellectū premittit qd̄ vnitas rei cōse-
quitur suū esse. Partes autem alicuius homoge
nei ɔtinui ante diuisionē nō habent esse actu: sed
potentia tn̄: et ideo nulla illarū habet vnitatē p-
priā in actu. Unde actu nō est accipere earū nu-
merū: sed potētia tn̄: sed post diuisionē multipli-
cant̄ s̄m actū. ¶ T Sed rn̄sio hec videtur obscu
ra: qr etsi vnitas rei cōsequit̄ suum esse: verius est
suū esse: tn̄ partes homogenei ita habēt esse actu
cōiuncte in toto: sicut abinuicē separate. Si em̄
cōiuncte nō essent actu (cū ex eis totū cōponit̄)
sequit̄ q̄ totū ɔponit̄ ex nō ente: qr q̄cq̄d est: actu
est: et qd̄ actu non est: simplr̄ non est. Quelibet er-
go pars totius est actu: et habet esse proprium di-
stinctū ab esse cuiuslibet alterius partis. Prima
em̄ medietas actu distincta est a secunda medie-
tate: et p ɔn̄s habet propriā vnitatē. Ite3 due me-
dietates sunt due res: ergo quelibet earū est vna.
Na3 ois dualitas componitur ex duab⁹ vnitati-
bus. Preterea in partib⁹ est numerus: ergo etiā
vnitas. Nā l toto sunt tres tertie: ergo vna / vna:
et vna tertia. Si vero per ens actu intelligeretur
ens totale separatū a quolibet alio: responsio ad
dubiū tantū valet: q̄ corpus ante diuisionē non
est sub plurib⁹ partibus hostie actu diuisis. Qd̄
nihil aliud est dictu: q̄3 q̄ ante diuisionē nō sunt
partes diuerse: qd̄ nō satisfacit dubio. Cum enim
esse predicatur de quolibet quod non est nihil: et
partes hostie indiuise nō sunt nihil: et per ɔn̄s ha
bent verū esse: stat adhuc dubium: an simpliciter
loquendo: corpus xp̄i sit multotiens in hostia si-
ue in sacro: ideo verior videt̄ responsio Alexan.
vbi. s̄. q̄ corpus xp̄i est semel in hostia s̄m qd̄ est
totū in toto: et est ibi pluries s̄m qd̄ ibi cōtinetur

a singulis partibus. Si querit sub quot partib9/ et sub quib9 cōtinet corpus xpi totū: Respondet ipse: sub quot et quibus esset substantia panis si essent distincte ꝛ diuise. Uñ sub minimis est non fm quantitatē: sed fm speciem. Qd sic intelligo: nō sub minimis fm quantitatē: quīnō sunt dabiles minime fm quantitatē: qꝛ quecunqꝫ dantur sunt vltra diuisibiles in minores: sed in minimis fm speciē. Imaginant em̄ quidā q̄ quelibet forma specifica determinata est ad minimuꝫ qd sic: vel saltē ad maximū qd nō/ ꝑpter nimiā paruitatē. Unde si subiectū vltra divideretur: desineret ipsum informare forma. Signando igit illā partem: in qua pōt stare forma panis: ꝛ in nulla minore: illa erit minima fm speciem: qꝛ in nulla minore saluari pōt species panis. Et ad rationē: qd tunc infinities esset sub hostia: qꝛ infinite sunt partes sincathegorematice: cōceditur: quia non tot quin plures: non aūt cathegorematice: quia nulle partes ꝯtinui sunt infinite: quia nulle sunt oēs partes proportionabiles. Qd additur vni9 hostie ꝛc. negetur cōsequentia: qꝛ ꝑ vnā consecrationē: quicqd est substātia panis in hostia q̄ consecrat siue totalis siue partialis cōuertitur in totū corp9 xpi: ideo totiens est ibi totū corp9: quot sunt substātie totales ꝛ ꝑtiales cōuerse. ¶ U Ad tertiū: qd querit an corpus xpi sit sub parte punctuali. Dicit breuiter: q̄ pars punctualis .i. indiuisibilis: nulla est. Et si per possibile vel impossibile poneret esse: ꝛ partes cōtinui indiuisibiles: si tunc teneret opinio: qd substantia panis non esset in puncto indiuisibili: eo q̄ forma substantialis panis requirit certam extensionē in materia: tunc post cōsecrationē corpus xpi non est in parte sacramēti punctuali. Si ṽo ponēs puncta cōsequēter poneret illa in materia et forma substantiali ꝛ in cōposito: ex his haberet cōsequenter dicere: q̄ in quolibet pūcto sacramēti esset totū corpus xpi: fm regulā Alexandri supra positā: vbicūqꝫ fuit substātia panis ante consecrationē: ibi est totuꝫ corpus xpi post consecrationē. Nec est incōueniens si ponant infinite partes substātie punctualis panis ante cōsecrationem: quod infinities corp9 xpi est sub speciebus panis post cōsecrationē. ¶ X De secundo dubio dī post Alex. q. xly. par. iiij. mēbro. iij. q̄ sicut habetur a beato Augu. Quicquid est indignū corpore xpi: conueniens tamē hostie cōsecrate: cōuenit ipsi speciei. Unde partialis diuisio ipsius hostie speciei tantum cōuenit: nō corpori xpi. Unde hec nō est vera: hec pars est ista. Diuisio em̄ in partes ꝯuenit speciebus: non corpori christi. Uerūtamē est qd iste accipit idē qd ille. Accipere em̄ bene cōuenire potest corpori xpi. Est tamē verū particulariter nō vniuersaliter: qꝛ nō quicqd accipit ille: accipit iste. Nam species quas ille accipit: non accipit iste. Et ita ambe iste vere sunt: isti accipiunt idem: ꝛ isti accipiunt nō idem. Prima vera est de corpore xpi. Sc̄da est vera de speciebus seu sacro. ¶ Y Sed circa hoc queritur an illa ꝯcedenda sit: qd eadē hostia est in hoc altari ꝛ in illo? Ad quod breuiter respondemus: qd hostia tripliciter accipitur. Quādoqꝫ ꝓ pane cōuertendo in corpus christi: vt in principio ante c[illegible] initiū: cū dicitur. Suscipe sancte [illegible] hanc oblationē seu hostiā: vbi demonstrant panis ꝛ vinum in altari posita: q̄ etsi offerant in se: offerūtur tñ fm illud in qd cōuertūtur. Scd̄o accipitur ꝑ speciebus panis ꝛ vini: sic accipitur cū dicitur hostia frāgitur vel diuiditur: ꝛ ita idē est sacramētum ꝛ hostia: ꝛ sic accipitur in ꝑoribus dictis. Sic ēt accipit cuꝫ dicit. Hostia cōsecrat: vt dicit Alex. qꝛ cōsecratio ꝓprie loquēdo respicit speciē cōtinentem: nō corpus cōtentū. Nil enim cōsecrationis corpori xpi additū est vel sanctificationis. Tertio modo accipitur ꝑ cōtēto sub speciebus scꝫ corpore xpi. Sic dicit apls ad Eph. v. Qui tradidit semetipsum ꝑ nobis oblationē: ꝛ hostiā deo in odorem suauitatis. ꝛ Ambro. ꝛ hr de conse dist. ij. in xpo. In xpo iesu semel oblata est hostia ad salutem potens. Quid ergo nos? Nōne ꝑ singulos dies offerim9: sed ad recordationē mortis eius: ꝛ vna est hostia ꝛ non multe. Et fm hoc respondetur: qd primis duob9 modis alia est hostia in vno altari: ꝛ alia in alio: qꝛ alius panis ante consecrationē in hoc ꝛ in illo. Similiter ꝛ alie species post cōsecrationem. Tertio modo est eadem hostia: quia idem christus vbiqꝫ offertur quocunqꝫ loco mysteriuꝫ illud rite celebratur.

Rñsio ad secūdū dubium.

Augustin9

Questio.

Rñsio ad qōnem.

Hostia tripłr capit.

Ad Eph. v.

¶ Lectio. lxxxi.



Pax vobis: sit semper vobiscum. ¶ Apto eucharistie sacramento ad sui participationē ꝑ hostie diuisionē: hac parte cōicaturi vniuntur: ac vnione ad fructuosam tanti sacramenti participationem aptantur per pacis impetrationē. Et diuiditur i tres particulas. In prima sacerdos cōicaturis pacem optat: ac particulam quam manu tenet: sacramēto sanguinis in calicem locat. In secunda vt optatio sua effectum sortiatur suppliciter orat. In tertia orationē ipsam magis specificat ꝛ explanat. Secunda ibi. Agnus dei. Tertia ibi. Domine iesu xpe q̄ dixisti apostolis. ¶ Circa has partes aduertendū: q̄ pax necessaria est fidelib9 cordib9: vt fructuose eucharistiā participēt. Teste ꝓpheta. In pace factus est locus eius. Ipse quoqꝫ deus pacis ꝛ dilectionis ab apostolo denominat. Quoniā ipse est pax nostra: qui fecit vtraqꝫ vnum. Ipse deniqꝫ mundum ingrediens per angelū pacem nunciauit. In terra pax hominibus bone volūtatis. Cōuersatus in terris: et populo predicans pacem habere docuit. Pacem inquit habete inter vos. Mat. ix. ꝛ ad Ephe. ij. Ueniens euāgelizauit pacem vobis qui longe fuistis: ꝛ his qui ꝓpe. Mittens quoqꝫ apostolos ad predicandum: pacem offerre hominibus demandauit. In quancunqꝫ domum intraueritis primuꝫ dicite. Pax huic domui. Luce. x. item ꝛ Matth. x. Recedens pacem eis reliqt. Joan. xiiij. Pacē meā inquit do vobis. Pacem relinquo vobis. Moriens pacem perditam reformauit: soluens inimicitias i carne sua. Ephesios: ꝛ ad Colos. i. In ipso pacificauit omnia: siue que in terra: siue que in celis per sanguinem crucis eius. Resurgens pacem discipulis dedit: cū in eorum stans medio eis ait. Pax vobis. Spiritūsanctū post ascensionem mittēs: pacē in eis confirmauit. Hinc hortat apostolus. Solliciti seruare vnitatē spiritus/in vinculo pacis.

Pax necessaria ē fidelib9 cordib9 vt fructuose eucharistiā participent.

Ps. lxx.

ij. Cor. xij.

Ephe. ij.

Luce. ij.

Jo. xiiij.

Luce. vlt.

Ephe. iiij.

Nec

Nec mirum: qm̄ tantū est pacis bonū: vt in reb9 terrenis atq3 mortalibus nihil gratius soleat audiri: nihil desiderabilius concupisci: nihil postremo possit melius inueniri: ⁊ sicut nemo est q̄ gaudere nolit: ita nemo est q̄ pacē habere nolit. Naz ⁊ pacis intentione geruntur bella: ⁊ pacem constat belli optabilem esse finem: ait August. xix. de ciui. dei. c. xi. ⁊ xii. Unde et finis noster pax est in vita eterna: aut vita eterna in pace. Congrue igit̄ in pace locus preparatur ei q̄ est alpha ⁊ o: principium ⁊ finis omniū christus dn̄s in hoc sacramento vere realiterq3 contentus. Quā vt habere possimus: nosq3 illi coaptare: operepreciū est noscere pacis descriptionem eiusq3 diuisionem.

Augustin9.

Descriptio pacis.

¶ B Describitur aūt a beato Augu. xix. de ciui. dei. c. xiii. Pax est tranquillitas ordinis. i. quieta ⁊ suauis concordia: debitum ordinē seruās. Ubi enim non est ordo: ibi confusio: vbi ꝯfusio: ibi pacis perturbatio. Est autem ordo parium dispariumq3 rerum sua cuiq3 loca distribuens dispositio. Et quoniā inter malos ordo quidam est licet peruersus: est quedam pax malorum que opponitur paci bonoꝝ. Pax aūt hominis vera est ordinata hominis ad deū in fide sub eterna lege obedientia. Et hec est pax hominis ad deū. Ex qua oritur pax hominis ad seipsum ⁊ ꝓximum. Est enim pax hoīs ad seipsum ordinata cognitionis actionisq3 consensio: vt quod recta ratio dictat efficaciter volūtas imperet. Unde sequitur actio ordinata. Pax ad ꝓximū est cum omni hoīe ordinata concordia: vt sc3 nulli noceat: ⁊ cum possit prosit. Neq3 esse potest ordinata rationis ⁊ actionis concordia: vbi nec staret ordinata sub eterna lege obedientia. Quisquis ab hac lege dei [illegible] errat. Ita nec ordinate ꝓximo concordat: qui contra legem ꝓximo fauet. Et ideo vt dicit Aug. vbi. s. c. xiiii. Ad hoc tendere debet rationalis aīe intentio: vt vtile aliquid cognoscat: ⁊ s̄m eam cognitionem vitam moresq3 componat. Et hac intentione debet nolle dolore molestari: nec desiderio perturbari: nec morte dissolui. Sed ne ipso studio cognitionis propter humane mentis infirmitatem in pestem alicuius erroris incurrat: opus h3 magisterio diuino cui certius obtemperet: adiutorioq3 vt liber incumbat. Et q2 quamdiu sumus in hoc mortali corpore: peregrinamur a dn̄o: per fidē ambulamus nō per speciē: oēm pacē vel corporis vel aīe ad se vel ad ꝓximum referre habemus ad illā pacē que est hoīs mortalis: cū immortali deo: vt sc3 sit nobis ordinata in fide sub eterna lege obedientia. Et q2 duo precipue precepta: hoc est dilectionē dei: ⁊ dilectionem ꝓximi docet magister deus: in quibus tria inuenit homo q̄ diligat: deū: seipsum: ⁊ ꝓximū: atq3 ille in se diligēdo non errat: qui diligit deū: consequens est vt et in ꝓximo diligēdo deū cōsulat: quez iubetur sicut seipsum diligere. Sic qui diligit: veram pacez seruat. Et q2 dilectio dei ratio est dilectionis sui ⁊ ꝓximi: sequitur ꝙ oīs pax hoīs bona (que ex dilectione pēdet) in dilectiōe dei fundaẗ. Hinc propheta. Pax multa diligentibus legē tuā: ⁊ nō est illis scandalū.

Ordinis descriptio.

¶ C Nō hoc ignorauit antiquus ille pacis turbator diabolus: idō conatus est hanc triplicē pacē auferre: qđ vt preualeret: primo quesiuit auferre pacē hominis ad deū: dum trāsgressionem primis parentibus persuasit: qua ablata perit ea que est ad seipsum: ⁊ que est ad ꝓximū. Dum enim parens primus male suadēti consensit serpenti: dei preceptum transgrediēs: iā bellū intra se sensit: ⁊ pudore proprio cōfusus ad folia (vocatus a dn̄o) confugit. Rupta est etiā pax fratrū: quoꝝ alter frater inuidens ipsum occidit. Induxit deniq3 detestabilius pacem triplicem periculosam ⁊ malam: vere paci oppositā: sc3 pacē cū diabolo: pacem cū carne ⁊ corpore proprio: pacez cum mundo ⁊ peccatorū consortio. De prima dicitur. Cum fortis armatus custodit atriū suū: in pace sūt oīa que possidet. De scđa apostol9. Qui s̄m carnem sunt: que carnis sunt sapiunt. Sapere s̄m carnem: est carni consentire: ⁊ ita pacē cum carne habere. De tertia ait dauid: zelatus sum super iniquos: pacem peccatorū videns. Hanc triplicem pacē nō venit saluator dare: sed tollere: vt ipse testatur di. Non veni mittere pacem in terrā: sed gladium. i. separationem. Et quantum ad pacē huius mundi: que est ꝯcordia pctōꝝ in malo: veni separare hominē aduersus patrē suum: ⁊ filiam aduersus matrem suam. Qui eñ amat patrem: aut matrem: aut filium: aut filiā plus q̄ me non est me dignus. Et quantū ad pacem cū carne subdit. Et qui nō accipit crucem suam ⁊ sequitur me: non est me dign9. Crux ista afflictio est carnis: vt dicit apostolus. Qui aūt sunt christi: carnem suam crucifixerunt cum vitijs ⁊ concupiscētijs eius. S3 quantum ad pacem cū diabolo: ait Joan. xii. Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Hanc pacem que damnat venit christus tollere: ⁊ hanc pacem que saluat: restituere. Pacem cum deo reparauit peccata nobis relaxando: q̄ diuiserunt inter nos ⁊ deum. Pacem cum seipso reparauit gratiam largiendo: per quā roboratur volūtas ad vincendū carnē legi mētis repugnantē. Uñ apl̄s cū difficultatē vincendi carnē sentiens exclamasset. Infelix ego hō quis me liberabit de corpore mortis huius? Stati se cōsolans: respōdit. Gratia dei que est per Jesum christū. Pacem cū ꝓximo docuit per suā mitissimam cōuersationē ad rectas iusticie actiones illuminando. Unde ait. Ego sum lux mundi: qui sequitur me nō ambulat in tenebris. Ex his igitur patet pacis descriptio: ⁊ quedā pacis diuisio: sc3 ad deū: seipsum: ⁊ ꝓximum.

Diabolus antiquus pacis turbator.

Gen. iii.

Luce. xi.

Ro. viii.

Ps. lxxii.

Mat. x.

Gal. v.

Esa. lix.

Ro. vii.

Joan. viii.

¶ D Diuiditur ⁊ aliter pax in pacē sp̄ualez ac internā pectoris: ac pacē externā ⁊ terrenā tp̄is: ⁊ pacem supernā ⁊ celestē eternitatis. Que diuisio nō multū differt a priori. Nā pax tp̄is requirit pacē cum ꝓximo. Pax interna sp̄ualis aut pectoris exigit pacem cum seipso. Pax celestis ac eternitatis cōplectitur pacem perfectam cū deo. Hec eñ est de qua apl̄s dicit. Pax dei que exuperat omnem sensum. Et has pacis differentias tāgit propheta in Ps. lxxxiiii. Loquetur pacē in plebē suam: quātū ad pacē tp̄is quā dat deus plebi: dum sua est per volūtatis subiectionem. Et super sctōs suos quo ad pacē eternitatis qua fruūtur sancti in patria. Et in eos qui ꝯuertuntur ad cor: quoad spiritualem. Quelib3 harū bona est ⁊ appetibilis: si tamē ad illā eternā que non erit impus: referatur. Uñ de tp̄ali pace que minima est loquiẗ beatus Aug. xix. de ciui. dei. c. xvii. Utitur celestis ciuitas i hac sua peregrinatione pace terrena: et de rebus ad mortalē hoīm naturā pertinentibus humanarū voluntatū ꝯpositionē quantū salua pietate ac religione cōceditur: tuetur atq3 appetit. Eāq3 terrenā pacē refert ad celestē pacē: que vere ita pax est: vt rōnalis dūtaxat creature sola pax habēda ⁊ dicenda sit: ordinatissima sc3 ⁊ cōcordissima societas fruendi deo ⁊ inuicē in deo. Quo cum ventum fuerit: non erit vita mortalis: sed plane certe q3 vitalis: nec corp9 aīale qđ dū corrūpiẗ: aggrauat aīam: sed spiritale sine vlla indigentia ex oī parte subditū voluntati. Hanc pacē dum pegrie

Diuisio pacis.

Phil. iiii.

Augustin9.

natur in fide habet: atq; ex hac fide instetinit: cū ad illam pacē adipiscendam refert: quicquid bonarum actionum gerit erga deū ⁊ proximū. Hec Aug. ¶ Hanc ergo pacem triplicem optat sacerdos: tertiam hostie particulam sanguini immergendam (electos in tribulationibus huius mundi militantes significantem) in manu tenēs ⁊ dicens. Pax dñi sit semper vobiscum. Pax conscientie ⁊ pectoris que est a dei voluntate non diuidi: ⁊ ab iis que dei sunt vitiose non īpediri. Pax temporis tranquillitatis: que est ab aduersis nō opprimi: prosperis temperate frui ⁊ delectari. Pax eternitatis que est ab omni penalitate liberari: ⁊ summo bono perpetuo satiari: sit semper vobiscum. Ut per primam ad tante cōionis participationē digni iudicemini. Per secundam ab ipsa participatione non impediamini. Ac per ipsam sacramēti participationem pacem tertiā ⁊ summā consequamini. ¶ Uel sm alios expositores: ꝗ dicūt particulam sanguini immergendā significare iā beatos: qui cellam sponsi vinariam ingressi: inebriantur vino letitie in diuine essentie visione: ac delitiosissima fruitione. Dicit sacerdos fidelibus adhuc in corpore pugnantibus. Pax dñi sit semper vobiscum. Pax pectoris: que est cōcordare cum moribus proborum: ⁊ litigare cum vitiis: vt sic sit cognitionis recte actionisq; iuste cōsensio. Cognitio namq; recta ⁊ vera mores probos approbat: ⁊ vitia damnat: quibus consentit volūtas: iusta eligendo: ⁊ improba expugnando. Qua quidem pugna/ ii qui per hostie partem quā manu teneo designantur: beati scilicz qui calmē glorie tenent liberati: triumphi palmam tenent. Ibi enim vt Aug. ait. c. xxvii. lib. xix. de ciui. dei. In illa scilicet pace finali sanata immortalitate ⁊ incorruptione: natura vitia non habebit: nec alicui quippiam repugnabit. Non opus erit vt ratio vitiis (que nulla erunt) imperet. Sed imperabit deus homini: animus corpori. Tantaq; obediendi ibi erit suauitas ⁊ facilitas: quanta viuendi regnandiq; felicitas. Pax temporis: que est obedienter viuere sub superioribus: non tyrannice dominari inferioribus: quam beati feliciter transierunt. Pax eternitatis vbi quietissima felicitas eterna erit in singulis: eternumq; esse certū erit. Et ideo pax beatitudinis huius: vel beatitudo pacis huius que summū bonū erit: semꝑ sit vobiscū. Hic quidem in spe: quoad hanc pacē tertiā: ⁊ ibi in ꝑceptione. Sed quoad primā ⁊ secundam hic in iusta ⁊ perseuerāti victoria: qua peruenire possitis ad beatā resurrectionē: quā nobis dñs resurgendo reparauit. Et ꝓpter hoc sacerdos hec dicens: vocē exaltat: vt non solū per verba: sed etiā vocis sonoritate resurrectionis letitiā designet: atq; ad representandū: ꝙ vna sabbatorū: qua christus resurrexit: stans in medio discipulorum: voce clara dixit. Pax vobis. Et propter hoc hec dicens: tres cruces cū particula: quam manu tenet sacerdos super os calicis signat. Et est hec nona et vltima crucis signatio: ꝗ pertinet ad dñice resurrectionis cōmemorationē: sicut superiores ad xpi passionē. Fiunt autē tres cruces: ad significandū ꝙ virtus trinitatis animā crucifixi: ꝗ per vinum in calice designatꝰ: reduxit ad carnē: ne relinqueret in inferno: neq; caro eius daret videre corruptionē. ¶ Uel sm Alb. fiunt tres cruces ad significandū triplicē pacē que dicta est: quam dñs ter post resurrectionē suis discipulis nunciauit: vt habetur Joan. xx. ⁊ xxi. ¶ Uel ad significandum ꝙ pax illa eternitatis que principaliter optatur: donatur a tota trinitate in virtute passionis crucifixi: ad quam disponunt pax pectoris ⁊ pax temporis.

Quare fiūt tres cruces

¶ Uel vt etiam vult Inno. tres dies quibus quieuit dñs in sepulcro designantur: quod per os calicis representatur. ¶ Uel etiam sm eundem tres mulieres cōmemorantur: querentes de tertia crucifixum ad ostium monumenti: quod per os calicis: vt dictum est: designatur. De quo diaconus remouens corporale: significat ꝙ angelus descēdēs de celo: lapidem remouit ab ostio monumenti.

Innocen.

¶ Uel posset breuius dici scdm sctm Tho. par. iii. q. lxxxiii. ar. iii. ꝙ cōsecratio huius sacramenti: ⁊ acceptio huius sacrificii: ⁊ fructus eius procedit ex virtute crucis xpi. Et ideo vbicūq; fit mentio de aliquo horum: sacerdos crucis signatione vtitur. Respondet autem chorus aut minister in persona circunstantium. Et cum spiritu tuo. Qđ verbū originaliter sumptum est ex scđa epla ad Timo. c. vlt. vbi dicit aplus. Dñs noster iesus christus sit cum spiritu tuo. Ita ⁊ hic respondet chorus. Et cum spiritu tuo: sit scz pax quā nobis nūciasti. Hoc enim piarum ac religiosarum mentium est: vt pacifice salutantes: pie resalutent. Bona optantibus bona similiter reoptent. Sit igitur pax cū spiritu tuo o sacerdos: vt sis idoneus hoc sacrosanctū sacrificiū pro salute totius mūdi immolare: ⁊ nos deo patri recōciliare: pacemq; constituere inter deum ⁊ hoīes pctōres. Sit pax dñi non cū carne: sed cū spiritu. Pax inquā tpis: ne cor tuum aduersitatibus distractum non possit deuote salubriterq; sacrificium pacis cōsumere. Sit cum spū tuo pax conscientie ⁊ pectoris: qr si spiritus tuus a dei voluntate discordat: quō placabiliter pro nobis pacē quā optas impetrabis? Sit pax cum spiritu tuo: vt te pro nobis immolāte: nihil sentias in spiritu de corpe fragili: quantū ad carnales concupiscentias: nihil de solicitudine seculi quantū ad superuacuas curas mente pertractes: sed attentus totus adsistas diuino huic mysterio: vt sereno ⁊ pacifico spiritu filium offeras in conspectu patris: vt illi fit acceptum sacrificium tuum: ac preces tuas exorabiles efficiat ⁊ acceptas. Sic sit cū spū tuo pax: cum offeres hanc hostiam salutarem: quemadmodū fuit cum spiritu patriarche abrae: qui immolaturus reliquit seruos cum asino: solus cum filio ad immolationis locum perrexit. Serui exteriores sūt solicitudines ⁊ cure seculi: ⁊ necessitates huius vite. Asinus animal pigrum: indisciplinabile et oneriferum pondus est corporis quod aggrauat animam. Puer isaac spūs purus est. Patriarcha typum prenotat sacerdotis. Ita ⁊ sacerdos ad immolationem filii patris vnigeniti procedens: segregatus esse debet spiritu: vt postpositis seculi tumultibus mortificet curā carnaliū delectationū. Sic ergo optat circūstans populus pacē spūi sacerdotis: quatenus pacis vinculo cōnexi ⁊ concordi volūtate vniti: deū pacis ꝗ per hostiā sanctā in medio est: spūaliter: nō tantū sacramētaliter sumentes: simul perduci mereantur ad pacis eterne perpetuā felicitatem. Ministro igitur aut choro respondente. Et cum spiritu tuo: sacerdos particulam quam vsq; huc manu dextra tenet: mittit in calicem simul dicens hanc orationem.

Hec sacrosancta cōmixtio

⁊ consecratio corporis ⁊ sanguinis domini nostri iesu christi: fiat nobis sumentibus salus mentis ⁊ corporis: ⁊ ad vitam eternam capessendā ꝑparatio salutaris. ¶ H Sacrosancta commixtio. i. pre aliis sancta cōmixtio: propter ineffabilē sanctitatē eorum que cōmiscentur: que sunt corpus xpi superexcellenti

superexcellēti diuinitati modo admirabili vnitū
ppter qd a pphera antonomatice dictū est san
Ps.xv. ctū. Non dabis inquit sanctū tuū videre corru-
ptionē: sanctū .s. corpus: ꝛ sanguis ille purissim⁹
ab omni inquinamēto ꝛ immūdicia alienus: in
cuius effusione redēptus est mūdus. ¶ Sed sta
tim incidit dubiū: quomodo dicant̄ commisceri
Dubium. corpus ꝛ sanguis in calice: cū tamē iam in calice
non fuit solus sanguis xpi: sed simul etiā corpus
eius: ꝛ similiter sub speciebus panis non est tan
Responsio tum caro christi: sed etiā sanguis. Respōdet̄: qꝫ
ad dubiū. per hāc cōmixtionē nō incipit corpus christi esse
in calice: nec sanguis sub panis specie: quia vt su
pra dictū est lect. xl. prolata forma cōsecrationis
super panē: ꝛ dehinc super vinum: vtrobiqꝫ inci-
pit esse verū corpus christi: ꝛ anima deitati con
iuncta simul ꝛ sanguis ac cetera corpori Christi
in naturali sua consistētia inexistētia. Non ergo
in hac cōmixtione corpus xpi ꝛ sanguis commi-
scent̄ quasi prius separata nunc vniantur. Neqꝫ
est hic commixtio corporis ꝛ sanguinis quasi cor
pus christi per hāc cōmixtionē in sua superficie
sanguine tingat̄: sicut aliud corp⁹ sanguini ani-
malis immissum: aut lana vel spongia sanguine
tincta ꝛ colorata: per sanguinis contactū: qꝛ sm
supra latius dicta: sanguis christi in calice nō est
modo fluido tangens latera calicis: sicut liquor
aliquis in vase tāgit immediate superficiē conca-
uam siue interiorē vasis. Non enim ibi est extra
venas corporis xpi: sed intra venas ꝛ corpus: si-
cut est in corpore christi extra sacramentū in ce-
lo. Unde sanguis ille vt in sacramento nullū cor
pus potest humectare vel tingere: sed neqꝫ ab ali
quo corpore tāgi: sicut nec sanguis alicui⁹ homi
nis in venis existēs ꝛ non separatus. Etiā qꝛ san
guis christi nō est in sacramēto modo quātitati
uo et cōmēsurabili: qui requirit̄ ad tactū corpo-
rum: ppter quod etiā si sanguis christi esset sub
speciēb⁹ vini extra venas nihilominus tangi nō
posset: sicut nec corpus christi sub speciebus pa
nis aut vini tāgi potest: eo qꝫ nō habēt ibi localē
situm ad contactū corpoꝝ requisitū. Est igit̄ hic
cōmixtio corporis ꝛ sanguinis nō sm suas veras
ac reales essentias: sed sm formas siue species sa
cramētales: sub quibus corpus ꝛ sanguis christi
veraciter continet̄. Hoc est dictū: qꝫ in immissio
ne particule in calicē nō fit cōmixtio corporis et
sanguinis christi: que sunt ꝛ manēt sub speciēb⁹
sacramētalib⁹ omnimodis sicut ante immissio-
nem. ¶ Fit autē cōmixtio: hoc est cōtactus ꝛ con
iūctio accidētiū: que fuerūt in pane et vino ante
cōsecrationē: ꝛ accidētia sacramenti panis .s. co-
lor: calor: pōdus: quātitas: si ponat̄ accidens di-
stinctū a substātia: humectant̄ ab humore q̄ fuit
in vino: ꝛ ab alijs tangunt̄: eisdē modis quib⁹ fie
rēt: si adhuc inhererēt substantijs panis ꝛ vini: si
cōsecratio facta nō fuisset. Fiūt enim eedē muta
tiones motus ꝛ cōtactus accidētiū facta conuer
sione substātiarū: que fieret si nulla facta fuisset
cōuersio: ꝛ hoc vt fides suū habeat meritū: dum
humana ratio nullū de cōuersione facta recipit
experimentū. Qꝛ ergo specierū sacramentalium
adinuicē fit cōmixtio: sub quib⁹ verū corp⁹ chri-
sti ꝛ sanguis continet̄: dicit̄ hic fieri cōmixtio re-
rum cōtentarū. Multa em̄ que ad solas species
pertinēt: vsus loquēdi attribuit cōtentis sub spe
ciebus: sicut corpus christi: siue christus dicit̄ vi
deri: cū tamen solū sacramentū videt̄ sub quo la
tet christus. De quo .s. lec. xiv. ¶ Et pari ratione
hec cōmixtio dicit̄ sacrosancta: ppter excellētissi
mam sanctitatē cōtentorū. Etiā sic dicit̄ propter

species ipsas sacramētales que sacrosancte dicū
tur: nō per sanctitatis gratiā sibi formaliter in-
herentem (sic enim sanctitas soli rationali natu
re cōuenit) sed propter specialissimam diuinorū
applicationū significationē ꝛ cōtinentiā rerum
sanctissimarū longe verius excellētiusqꝫ: q̄ paro
illa tabernaculi ꝛ templi arcā federis cōtinēs in
lege sancta sanctorū dicebat̄: tanto vtiqꝫ verius:
quanto veritas vincit figurā ꝛ excedit. ¶ H Se
quit̄. Et cōsecratio. Ita habet ordo roman⁹: non
qꝫ hac immissione sacramentū cōficiat̄: aut cōse
cretur: sed cōsecratio prius virtute formarum sa
cramentaliū facta: nūc suū effectū sortiat̄ in ani-
ma sumētis. Ideo sequit̄. Fiat nobis sumētibus.
Nobis scilicet sacerdoti sumēti ꝛ in sacrificium
offerēti: ꝛ omnibus spiritualiter voto ꝛ desiderio
in fide sumentibus per sacerdotem: qui est velut
os corporis christi mystici: per qd trahitur nutri
mentū omnib⁹ mēbris totius corporis nutrien-
dis: roborandis: et spiritualiter augmentandis.
Sicut os materialis corporis comedit nō solū p
se: sed pro salute omniū mēbroꝝ sumit cibū: qui
per totū corpus diffundit̄: et mēbris singulis in-
corporat̄: vt saluetur in sua subsistētia naturali.
Sic sacerdos sumit sacramentū cuius virt⁹ trā-
sit in oīa ecclesie mēbra hui⁹ cibi spiritualiter su
sceptiua. Et singulariter in eos qui misse inter-
sunt officio: qui cibū hunc esuriūt: ꝛ voto ac desi
derio sumunt. Hos nanqꝫ spiritualiter nutrit et
cōfortat: gratiā in eis augmētando et virtutes:
quo fortiores reddant̄ ad vitaliū operationum
exercitiū ꝛ cumulationem plurium meritorū. Et
ideo petit sacerdos vt fiat sumentib⁹ salus men
tis ꝛ corporis. Salus mētis p morbi fugationē:
qd fit per venialiū extinctionē peccatoꝝ: que ho
minē retardāt: ipsumqꝫ tepescere faciunt in exer
citijs ꝛ orationib⁹ spiritualib⁹: pfectu quoqꝫ vir
tutū. Sit et salus mētis per ꝯseruationē vite spi
ritualis: que fit per gratie augmētū: qua anima
sustentat̄ in vita spirituali: ne cōtinua decidat p
praua desideria et operationes noxias: tandēqꝫ
vitā spiritualē penitus amittat. Sit et salus cor-
poris: vt fomes peccatoꝝ ꝛ inclinationes puerse
carnis ac sensualitatis mitigent̄: ne potenter in-
surgant cōtra iudiciū recte rationis: sed magis
corpus fiat aptū ac idoneū instrumentū anime
ad exequēdū virtuosas operatiōes: quas lex pre
cipit: ꝛ ratio: que ad optima deprecat̄: cōsulit fa-
ciendas: vt sic quilibet sumentium dicere possit
cum propheta. Cor meum et caro mea exultaue-
runt in deū viuū. Et iterum. Sitiuit in te anima
mea q̄ multipliciter tibi caro mea. ¶ Sequitur.
Et ad eternā vitā capessendā preparatio saluta-
ris. Sit tibi cōmixtio sacrosancta salutaris pre-
paratio: ad sumendū sacramentum qua capere
possimus vitā sempiternā .i. eternā beatitudinē.
Ipsa enim sumptio efficax est preparatio ad ca-
pessendā vitā eternā per collationē gratie in pre
senti: que est dispositio necessitans ad introdu-
ctionē in gloriā sm legē dei statutā: qꝛ est pignus
glorie: ꝛ arra percipiēde hereditatis future. Un
canit ecclesia. O sacrū conuiuiū ꝛc. ꝛ future glo-
rie nobis pignus datur. De quo latius infra: vbi
de fructibus huius communionis tractabitur.
¶ I Et notandū qꝫ preter causas supra tactas
cur fiat sacramenti fractio: ꝛ vnius particule in
calicē missio huius cōmixtionis etiam alie ratio
nes assignant̄. Una est etiā Innocentij dicētis.
Commixtio corporis ꝛ sanguinis significat vnio
nem corporis et anime christi: que in resurrectio
ne eiusdē denuo vnita sunt: ꝛ ideo signū crucis

ter producitur cum hostia super calicem: qꝛ virtus trinitatis animā crucifixi reducit ad carnē. ¶ Alia sit hec commixtio ad denotādum huius sacramenti vnitatem. Unitatem dico non indiuisibilitatis: quia diuersa sunt signa abinuicem distincta scꝫ species panis et vini. Diuersa sunt etiā primo signata: scilicet corpus ꝛ sanguis xp̄i ſm vnitatem integritatis in significando: quia vnum illorum non perfecte significat signatū sine alio. Siquidem signatū est plena refectio anime: que fit per hoc sacramentum. Sed quia neqꝫ panis plene reficit corpus sine potu: nec potus perfecte sine pane vel cibo: sed ambo simul vnuꝫ constituunt perfectum nutrimentū: sic ꝛ species panis ꝛ vini integrant vnum signum perfecte representans refectionem anime: et per consequēs vnum sacramētum: de quo. ſ. lec. iiij. Ad hoc autem signādum: hec signa adinuicem sua mixtione vniuntur. Sed parum facit hec ratio: et videtur magis ad oppositum: quia in plena refectione corporali non simul et commixtim sumitur cibus ꝛ potus: sed quodlibet seorsum: ꝛ ideo plenitudo refectionis magis ex eo significatur: ꝙ consecratur eucharistia: ꝛ sumitur sub duplici specie cibi ꝛ potus: cibi de patena vel manibus quo sumuntur partes sicce: et potus quo sumitur de calice sub speciebus vini. Sufficiant ergo rationes alie hic et supra allegate.

Agnus dei qui tollis pec-

cata mūdi miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis. Agnus dei q̄ tollis peccata mūdi dona nobis pacem. ¶ R. Hec est particula secunda: in qua suppliciter oratur: vt pax per sacerdotem optata effectum in cōmunicaturis sortiatur. Quia enim paceꝫ hanc sine peccatorum remissione nemo cōsequitur: dei misericordia qua peccata remittuntur suppliciter postulatur: tanꝙ necessario preueniens pacem perfectam que vltimo exprimitur. Quod etiā ex eo patet: quia christꝰ saluator noster postꝙ post suam resurrectionem apostolis pacem restauratam nūciās: dixerat. Pax vobis: insufflauit: dās eis potestatem remittendi peccata: dicens. Accipite spiritumsanctum: quorū remiseritis peccata: remittuntur eis. Significans sine peccatorū remissione non cōstare pacē pectoris: qua amissa: nec erit pax temporis: nec expectatur pax eternitatis. ¶ Petūtur ergo in hac oratione tria ab agno dei christo: duo paci preuia: que sunt misericordia dei in peccati remissione. Itē misericordia dei in gratie largitione: ꝛ tertio pax ipsa que est bonum finale omnium desideriorum impletiua. Ex illo patet diuisio huius oratiūcule. ¶ Clamat ergo sacerdos cum populo ad mediatorem christum statim in eucharistia sumendū. Agnus dei ꝛc. In qua oratione christus vnicus patris filius tripliciter commendatur. Primo de puritate innocentie naturalis: qꝛ agnus dei: vnde Ambro. Si agnus ergo innocens. Secundo de benignitate venie salutaris: ibi. Qui tollis pctā mundi benigne scilicet paterne et salubriter. Tertio de affectuositate misericordie liberalis: ibi. Miserere nobis. ¶ Quantum ad primum christus dicitur agnus: non ſm rei proprietatem: quia agnus verus: animal est fragile: stolidum: lacte matris indigens: que christo deo omnipotēti: in quo habitat plenitudo diuinitatis ꝛ thesauri sapientie et scientie dei sunt absconditi: minime noscūtur competere. Dicitur igitur agnus ſm metaphoram ꝛ symbolice ac transsumptiue: sicut dicit̄ petra: leo: lapis angularis: sol: pastor: ostiū: que omnia dicitur: non secundum proprietatem: sed significatiue per similitudinem: hoc est per ista velut per signa quedam significat̄. Sicut declarat beatus Aug. super Jo. dicens. Petra non est: qꝛ durus et sine sensu non est: nec ostium est: qꝛ non eum faber fecit. nec lapis angularis: quia nō est a structore compositus: nec pastor est: qꝛ custos ouium quadrupeduꝫ non est. Omnia igitur ista per similitudinē xp̄o attribuunt̄. Dicit̄ igit̄ agnꝰ per similitudinem: ad quod signandum additur hic: dei: qui tollis ꝛc. que non conueniunt agno vero reali. Dicitur autem agnus (vt dicit Alex.) ab agnon quod grece sonat piū: eo ꝙ agnus animal pium sit ꝛ mansuetum. Uel dicitur latine ab agnoscendo: eo quod agnus in multo grege matrem suam solo balatu agnoscit. Secunduꝫ hoc christus similitudinarie agnus dicitur: propter pietatem ad ignoscendum: et mansuetudinē ad patiendum. Piissimus siquidem est ad ignoscēdum: quoniam pro suis crucifixoribus patrē exorauit dicens. Ignosce illis pater: quia nesciunt quid faciunt. Mansuetissimus fuit ad passionē: dum iuxta vaticinium Esa. liij. quasi ouis ductꝰ est ad occisionem: non aperiens os suum. Rursus agnus est propter ipsius simplicitatem: innocentiam et sinceram cognitionem. Simplex fuit christus: quia peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Cognouit matrem suam in vita sibi tanꝙ agnellus matri obediendo. Erat enim subditus illis: ioseph scilicet et matri. Cognouit eam in morte sua: eam discipulo: quē diligebat: commendando: vnde pendēs in cruce inquit ad discipuluꝫ. Ecce mater tua. Cognouit eā resurgens primo omnium se sibi manifestando: vt dicit Amb. Cognouit eam post spiritussancti missionem: eam ad eternam pacem deducendo et ad suam dexteram collocādo: dicens. Ueni de libano: veni coronaberis. Cant. iiij. ¶ L. Oramꝰ igitur. O agnꝰ dei: qui preuisus es occidi ab origine mūdi in eternitate. Ductus ad mortē quasi agnus mansuetus ductus ad victimam. Mactatus in crucis ara: obmutescens quasi ouis coraꝫ tondente. Qui tollis peccata mundi. Autoritatiue per tuam potentiam: cui nihil potest obsistere. Dispositiue per tuam ineffabilem sapientiā: qua ab eterno disposuisti mundū redimere. Executiue per tuam infinitam misericordiā: qua nasci dignatus es de virgine: et mortem sponte suscipere. Miserere nobis: tuis fidelibus per tuaꝫ potentiam auferendo peccati maculam. Miserere nobis errantibus: per tuam sapientiam reducendo ad rectitudinis normaꝫ. Miserere nobis indigentibus: tuam gratiam largiēdo per tuam misericordiam. ¶ Iteramus autem hanc orationem: vt ex perseuerantia orandi celerius exaudiamur repetentes iterum. O agnus dei: qui fuxisti matrem in diuersorio: secutus eam fugientē in egyptum: eius balatum audiens te querentis in templo. Qui tollis peccata mundi: contracta per originem ex primorum parentum transgressione: per institutionem baptismi sacramentorum lauacrum peccata contra te commissa: a praua nostra voluntate: mortalia scilicet per institutionem sacramenti penitentie: peccata nos impedientia in feruida dilectione: ex nostra fragilitate: que sunt venialia: per institutionem sacrosancte eucharistie. Miserere nobiꝫ ad te ꝯfugiētibꝰ: ꝯcedēdo pctōꝝ veniā: ꝑseruādo a lapsu in pctōꝝ foueam: dando in bono perseuerātiā. ¶ Replicamus

Christus dicitur agnus ſm metaphoram.

Augusti.

Joan. xx.

i. Pet. ij.

Luce. ij.

Col. ij.

camus ⁊ ter orantes. Agnus dei Jesu bone: qui nos redemisti sanguine tuo immaculato: qui victoriose resurrexisti de clauso monumento: qui vt lucerna lucens gloriosus resides in patris regno. Qui tollis peccata mundi: penas nostris peccatis debitas patientissime exoluendo. Patriarchas ⁊ prophetas de mansione penarū victoriosissime educēdo. Regnū celoꝝ nostris peccatis obseratū aperiendo. Dona nobis pacem: vt sine noxia perturbatione pertrāseam⁹ cōcessa nobis tēpora: vt puri ⁊ sereni in nostra cōsciētia: tādē securi tecū viuamus in celesti patria. ¶ Uel breuiter correspōdēter ad predictā text⁹ continuationē. Agnus dei innocens: qui tollis peccata mundi ipsa sanguinis tui effusione delendo: miserere nobis peccati reatum simul et penam relaxādo. Agnus dei: patrē per obedientiam agnoscens: qui tollis pctā mūdi: ipm pri recōciliādo: miserere nobis: gratiā sine qua regni extorres proscribunt largiendo. Agnus dei: agnoscēs perditū hominē: sm illud Jo. x. Agnosco oues meas ⁊ cognoscūt me mee. Qui tollis peccata mundi: a dānatione perpetua redimēdo. Dona nobis pacem: ab omnib⁹ desideratā eternis bonis opulētam. ¶ M Instituit autē Sergius papa hanc orationē sicut ⁊ priorē: vt dum sacerdos procedit ad immolādū ⁊ sumendū verū ⁊ naturale corpus xpi: vt pfitcamur nos huius immaculati agni carnē sumere in altaris sacramento: qui se sponte pro nobis obtulit in crucis patibulo. Hinc ⁊ obsecramus vt nostri miserearis in hac sacramētali immolatiōe: qui prius misertus es nobis in personali tua in ara crucis oblatione. Et sm antiquā ecclesie obseruationem: ac primeuā institutionē: ter dicebat miserere nobis: quod ⁊ hodie dicitur in ecclesia sancti Joānis in laudano: als lateranensi: vt refert Albertus: ⁊ in capella pape: vt dicit Durādus in rōnali. ¶ Qd ⁊ ter dr sm Alber. vt auferatur a nobis triplex malū. s. perpetratū: qd dolebamus cōmissum: tētatū: qd timebam⁹ cōmittendū: ⁊ subordinatū ad meritū impediendum vel sm alios: dr ter ppter triplicis peccati remotionē quā petimus: originalis: mortalis: venialis. Uel propter peccatū cogitationis in mente: locutionis in ore: actionis in opere. Uel ad designādū q ppter tria venit ille agnus dei in mundū. s. vt nos liberaret ab onere culpe: vt nos quietaret a miseria pene: vt nobis remoueret rōphea a ianua vite. ¶ Postmodū tn̄ irruētibus varijs persecutiōib⁹: ⁊ errorib⁹ pestiferis in ecclesia inualescētib⁹: ceperūt multe ecclesie particulares sine statuto ecclesie generalis aut summi pōtificis petere in vltimo agnus dei: dona nobis pacē: vt sedatis nimijs tribulationib⁹: pacifica ⁊ fideli gubernatione fruerent. Et ita adhuc dicit bis miserere nobis ppter duplex malū: culpe. s. ⁊ pene: quo nō nisi per miam agni dei liberamur. Vn̄ psalmista. Misericordia tua preueniet me. a peccato pseruādo ne incidamus. Et mia tua subsequet me: a pena post cōmissum liberādo. ¶ N In missa pro defunctis nō dr miserere nobis: nec dona nobis pacē: cuius rōnem quidā assignant quia defuncti exierunt statum meriti: ea propter neqꝫ possunt mereri: neqꝫ demereri: neqꝫ per proprium meritū tunc elicitū a penis liberari. Neqꝫ optatur eis pax: qꝛ de pace eterna adipiscenda sunt securi: neqꝫ ab exteriorib⁹ mundi persecutionib⁹ psūt turbari. Verū cū in missa sacrificiū offertur pro viuis ⁊ defunctis: ⁊ mia dei necessaria est defunctis in purgatorio: ⁊ si nō ad remissionem culpe: tamen ad remissionem pene: licet illam per proprium meritum assequi nō possunt ideo non videtur quin etiam ad eos apte referri possit miserere nobis: et dona nobis pacem. Jdeo Alexander aliam assignat rationem: illam scilicet: qꝛ in missa pro defunctis specialiter celebratur: vt defunctis requies impetretur: ideo dr dona eis requiem: quia eis fructus misse specialiter applicatur pro requie a penis impetranda. ¶ Additur autem cōmuniter in ecclesijs ad tertium agnus: sempiternam: ⁊ non in primis duobus: ad designandum q eis requiem impetram⁹ triplicis afflictionis. s. a pena ardoris: a corporalibus tenebris: ab afflictione expectatiōis ac dilationis perpetue beatitudinis: afflictio autē pene ardoris similiter ⁊ tenebrarum est temporalis: beatitudo cuius expectatio sperata est anime afflictiua est eterna: ⁊ ideo in tertio agn⁹ additur sempiternam. ¶ Uel etiam ideo ter dicit requiem: quia optatur animabus triplex requies. Una ab afflictione pene: alia beatificatiōis alie: tertia glorificationis vtriusqꝫ. Et qꝛ tertia sequitur primā ⁊ secūdā: tertiam vero nulla alia sequitur: ideo in tertio additur eternam. Prime due requies si cum precisione intelliguntur vt excludāt tertiam sunt temporales: tertia sola eterna. ¶ Alie ecclesie attendētes: q de nulla trium requierū contingit regredi ad inquietudinem: ⁊ per hoc omnes eterne: licet non cum precisione ad quodlibet agnus addunt eternam: quasi dicerent. Dona eis requiem eternam ab afflictione: vt cesset eternaliter omnis afflictio ardoris tenebrarum ⁊ dilationis. Jterū dona eis requiē eternam: ab omni miseria anime per collationē beatitudinis. Jterum da eis requiem sempiternam per collationem glorie perpetue tollentis miseriam vtriusqꝫ carnis ⁊ anime. Et hunc modum tenet ecclesia mogūtinen. ¶ Si queritur quare magis dicitur agnus dei: q iesu xpe: vel aliquo alio modo. Respondet Alexāder: q hoc fit conuenienter: tū propter veritatis representationem que in lege figurabatur in immolatione agni typici. Tum propter veritatis prenūciationem que facta est prophetice. Esa. xvi. Emitte agnum dominatorem de petra deserti ad montem filie sion. Tum propter veri agni ostensionē digito precursoris dicentis. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Quia enim in hoc sacramento representatur immolatio veri agni que fuit per agnum in lege figurata: sub nomine agni a prophetis prenūciata: sub agni vocabulo a ioāne demonstrata: conuenienter ad horū rememorationem ⁊ fidei testificationem dirigitur oratio ad christum sub nomine agni: sub quo eum totupliciter nouimus figuraliter: prophetice: ⁊ manifeste expressum ac demonstratum.

Joā. x.

Psal.

In missa pro defūctis qre nō dr miserere nobis nec dona nobis pacem.

Ratio Alexan.

Exo. xij.
Esa. xvi.

Domine Jesu christe qui

dixisti apostolis tuis. Pacem meam do vobis: pacē meam relinquo vobis: ne respicias peccata mea: sed fidem ecclesie tue. Eamqꝫ secundū voluntatē tuam pacificare ⁊ coadunare digneris. Qui viuis ⁊ regnas cū patre in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amē. ¶ O Hec est particula tertia in qua post q sacerdos cū populo: vt pacis optatio effectū sortiatur: orauit suppliciter: nunc orationē ipam pro pace factā magis specificat ⁊ explanat particulariter. Specificat enim effect⁹ ⁊ finem propter quem pro pace orauit suppliciter. In qua

distione beniuolentiam primo captat eius qui oratur: ex eo quod ipse est qui pacē suis tribuit. Secundo ibi. Ne respicias: impedimentū exauditionis remouet. Tertio ibi. Eamq₃: ſm petitionem suā fundit. ¶ Quoad primum dī. Dn̄e iesu xp̄e: saluator benignissime. Qui dixisti: ex hoc mūdo per passionē migraturus: apostolis tuis a te vocatis ad fidei cognitionē: a te missis ad fidei predicationem: pro te passis ad fidei corroborationem. Pacem meam do vobis: pacem meā verā & saluificā: ne essent de illis qui loquūtur pacē cū ꝓximo suo: mala aūt in cordib9 eoꝝ. Pacē relinquo vobis: vt in pace firmiter permanerent: ne mundi pressi miserijs territi declinarent: aut illecti blandicijs vt incrassati recalcitrarent. Uel ſm Augu. sup Joānem. Qui dixisti apostolis tuis. Pacē meam relinquo vobis: ad patrem iturus: pacē meā do vobis: in fine venturus. Pacē meā relinquo vobis in hoc seculo: pacem meā do vobis in futuro seculo: pacē meam relinquo vobis: in qua manentes hostem potestis deuincere. Pacē meā do vobis: vt perpetuo possitis sine hoste regnare. Pacē meā relinquo vobis vt inuicē diligatis. Pacē meā do vobis: vt nūq̄ dissentire possitis. ¶ Deīde impedimēta remouet. s. peccata ꝓpria dicēs. Ne respicias peccata mea. s. ꝑsonalia: quib9 offendi tuā altissimam maiestatē: quo indignus sum ad pacem ecclesie impetrādā: ad corpus tuū sacratissimū deo patri offerendū & ad petōres eidē recōciliādum. Sed fidē ecclesie tue benignus respice: in qua eā tibi in spōsam (ꝓpheta Osea teste) despōsasti Osee. ij. In qua eā lauacro aque in verbo vite: vt apostolus ait ad Ephesios. v. sanctificasti. In qua eā ne deficeret (vt Lucas ait. c. xxij.) confirmasti. Ecclesie tue sponse tibi grate: sponse sine macula & crimine: sponse ſ₃ sui partē vnā te amplexātem in patria beatifice. ¶ Sequitur petitio. Eāq₃ ſm sui alterā partem adhuc in valle lachrymarū peregrinātē: varias persecutiōes ab infidelib9 & hereticis sustinētē: in tuo tn̄ semper auxilio respirantē. Pacificare: ab infidelib9 perfidis: & coadunare: in fidei & charitatis vinculis digneris: tu dn̄e iesu xp̄e ſm tuā volūtatē piissimā: ex qua in ipsa dignat9 es carnē fragilē assumere ſm tuā volūtatē amorosissimā: ex qua dignatus es ꝓ ipsa mortē tolerare ſm volūtatē tuā magnificentissimā: qua dignatus es teipm in cibum sub hac sacramentali specie condonare: per eumq₃ tanq̄ per viaticū vt te in celū ascēdētē sequi valeat roborare. Addunt aliqui. Custodire a maculis & vitijs. Regere in ꝓsperis & aduersis: sed ordo romanus nō h₃. Quatenus in bonis pacificata: & in malis custodita: in charitate coadunata: intus forisq₃ a te recta: tāti cōmunione edulij habeat digna. Qui viuis potenter: & regnas sapiēter. Cum patre tibi consubstātiali & coeterno. In vnitate spūssancti: qui nex9 est amorosus. Deus: in essentia vnus: in personis trinus. Per omnia secula seculoꝝ eternaliter. Amē. i. fiat. ¶ Et notādum q̄ hec oratio nō dicitur: cum legitur officium pro defunctis. Qr illi leges mundi trāsierunt: & requiescunt cum signo fidei: & dormiūt in somno pacis. Unde nec possunt ab infidelib9 infestari: nec peccatis amplius irretiri: nec extolli in prosperis: nec frangi in aduersis: quēadmodum nos qui adhuc mūdi legibus gubernamur. Ideoq₃ non illi egent custodia et regimine: sed nec exterriti pace ab aduersariorum impugnatione: que in oratione presenti attentius postulamus. ¶ P Et nota q̄ sub hac oratione sacerdos osculatur altare vel calicem: vel corpus domini: vt dicit Albertus. Uel secundum ritum quarundam ecclesiarum primo osculatur altare: secundo librum: & tertio diaconum siue ministrum: aut loco tertij osculi imaginem vel tabulā sibi per ministrum porrectam. Ad cuius mysterij intellectum premitto q̄ in scriptura inuenitur sextuplex osculū: scilicet

Augustinus · *Alber.*

Osculum:
- Unionis.
- Amoris.
- Reuerentie & honoris.
- Reconciliationis & pacis.
- Impie proditionis.
- Lasciuie & procacitatis.

¶ De primo dicitur Can. j. Osculetur me osculo oris sui. Ubi ad literam loquitur de vnione verbi cum natura humana. De scdo dicit Gen. xxvij. Accede ad me & da mihi osculū fili mi. ait Isaac ad filium suum iacob. De tertio. s. osculo reuerentie dicitur Luce. vij. Osculum mihi non dedisti. Hec autem ex quo intrauit nō cessauit osculari pedes meos. De quarto osculo pacis primo ad Thessal. vltimo. Salutate fratres oēs in osculo sancto. De quinto proditionis Mat. xxvi. Quēcunq₃ osculatus fuero: ipse est: tenete eum: dixit iudas dans signum tui his sue proditionis. De sexto lasciuie & procacitatis dicitur Prouerb. vij. de muliere vaga & iuuene vecordi. Apprehensum deosculatur iuuenem: & procaci vultu blanditur. Hic autē tm̄ de osculo vnionis recōciliationis & pacis dicenda intelligantur. Hec nāq₃ vnio pacis & charitatis esse d₃ membrorum ecclesie ad caput & ad inuicem. Ideoq₃ in principio nascētis ecclesie fideles se salutantes: sibi oscula impressere: qd̄ vsq₃ hodie in quibusdam regionibus approbat cōsuetudo. Hic Paulus ait. Salutate vos in osculo sancto vbi supra: & in vtraq₃ epistola ad Coꝛ. vlti. ¶ Q Est autem ſm predicta pax triplex hominis sc₃ ad deum: ad seipsum: & ad proximum. Pacē ad deū perdidimus: dum per peccatum longe a deo: et a regno celesti fuimus separati: vt Esaias loquitur: ac gehēnali discordie & turbulētissime cōfusioni obnoxij tenebamur. Quā pacem dn̄s sua morte & sanguinis effusiōe restaurauit ad Col. j. Complacuit per eum reconciliari omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis eius siue que in terris: siue que in celis sunt. Quia xp̄i mors et passio in isto sacrificio representatur: & quātum ad fructum eius & effectum renouatur. Pacem ad seipsum vnusquisq₃ amittit: dū repulsa gr̄a: et spiritu pacis per peccatum conscientie sue simul perturbatur. Quam gratiam & per gratiam pacem internam eucharistia: que in missa conficitur: digne sumpta restituit: quia ibi gratiaꝝ autor fons & originis plenitudo manducatur: inde & nomen obtinuit eucharistia id est bona gratia. Pacem ad proximum nō habet quisq₃ proximi bonis per inuidiam torquetur: aut iniuria letatur: nec illatam sibi iniuriam remittit: nec eius quam ipse irrogauit: veniā petit. Hec pax fidelibus restituitur: dum fideles vnius panis & calicis participatione sibi in domino vniūtur. Uel si magis placet: pax illa huius sacramēti communioni prerequiritur: secundum illud Matth. v. Si offers munus tuum ad altare: et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuū ante altare: et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuum. Ueꝝ et si pax hec vel illa precipitur: tamē per sacramenti

Canti. j. · *Gen. xxvij.* · *Luce. vij.* · *Mat. xxvi.* · *Prouer. vij.* · *Triplex est pax hominis* · *Col. j.* · *Matth. v.*

menti communionem firmius stabilitur. Unde de cōse. dist. ij. hoc est sacramentum: dr. Hoc est sacramentum pietatis et est signum unitatis et vinculum charitatis. Qui vult vivere accedat et credat: et incorporet hūc cibū et potum. ¶ R. Hāc itaq3 pacem cum sacerdos populo optaverat: dicens. Pax domini sit semper vobiscum. Interposito agnus dei: quo similiter hanc pacē reparari a domino deprecatur: orans: miserere nobis peccata remittendo: ut reparetur pax interna. Iterum miserere nobis amissam charitatem restituendo ut renovetur pax eterna. Concludit. Dona nobis pacem: summā et principalem: que est eterna. Et hec quasi expressius orādo subdit orationē. Domine iesu xpe qui dixisti et c. In qua commemorans pacis autorem xpm discipulis pacem dedisse: hancq3 ecclesie sue velut speciale signum sue familie et characterem reliquisse: suppliciter pro hac triplici pace deprecatur expressius: verbo sc3 et signo. Verbo pro pace pectoris: cū dicit. Ne respicias peccata mea. Pro pace beatitudinis que est pax perfecta: cū deo: cū subdit. Eāq3 secūdū voluntatem tuā pacificare. Pacis enim nomen seorsum positum pro principaliore pace (que est cum deo in beatitudine) cōgrue accipit. Pro pace tēporis deū addit. Regere et coadunare digneris. Hec eñ pax tēporis: quatenus bona est: ex divino regimine et unione corporum in xpo rectore resultat. Signo dum osculū pacis signum ter imprimit. Primo altari qd christū significat: deinde libro qui cōsciētiam prenotat: sm illud Daniel. vij. Libri aperti sunt. Libri conscientiarum: secūdū glosam: ibidem. vij. Diacono ut similiter offerat populo: quo signo se et populum hanc pacem petere et desiderare manifestat: hoc ipsu3 populus per osculum approbat et protestatur. Osculando eñ exteriori signo manifestat se hanc triplicē pacē et desiderare: et iam in proposito habere et ut roboretur hoc pacis sacramento toto corde cōcupiscere. Nam unico osculo quo proximum: vel tabulam crucifixi imaginē cōtinētem de altari sumptam osculatur (osculatur imaginē dei vel vivam vel in imagine pictā) pacē cū deo reformari: et velut renovata antiqua pactione in eum se cōsentire ostendit. Cōscientie quoq3 pacem per propositi sancti renovationē servare se significat. Neq3 enim labia osculari possunt imaginem nisi se ipse primo osculētur. Cū proximo quoq3 quē osculatur: vel qui eandem imaginem osculatur: cōcordiam per rācoris depositionem: passe iniurie remissionem: illate offense recōciliationē: professione publica manifestat. Et quoniam sacramentum illud nos sanctificando unit xpo: nobis: et ecclesie propter qd cōmunio dr. Ideo p quādā3 preparatione cordis ad dignam eius tam sacramentalem: q spiritualem participationē: osculum cōmunioni premittitur: quo prius nos deo nobis et proximo pacificari affectamus: sm predictum xpi preceptum. Si offers munus tuum ad altare et c. ¶ S Nec dubiū quin ad huius pacis consecutionem: quam hec cōmunio perfecte tribuit: devota osculatio multum cōferat: et gratiam obtineat: sicut universa alia que sm ecclesie ritum/ecclesie filii devotione debita exequūtur. Et l3 olim et hodie in plerisq3 locis fideles sibi mutuo pacis osculū sibi a sacerdote per ministrum porrectum imprimant: ne tamē sub specie boni: aliquid carnalitatis diabolico afflatu subintret. honestiore cautela tabula christi imaginem aut sanctorum reliquias continēs: offert singulis osculanda. Unde manifes[t]… est q quicunq3 hoc sanctum osculum spernit: se demonstrat esse separatum alienūq3 tam ab ecclesia q a christo. ¶ Hoc eñ diligentius cavendum: ne dum pacis signum ore proferimus: a pace mentis longe sit animus: et dum foris pacem simulamus: intus proditionis osculo dñm cum iuda tradamus. De quo beatus Chryso. super Mattheum. Osculum pacis porrigere tempore quo sacramenta celebrantur: in usu ecclesie est: s3 vereor ne plures ex vobis labiis tantum pacem faciant: cum tamen christus nō ore: sed corde velit proximum salutari. De hoc pacis osculo mētio fit per Innocentium papā de consecratio. dist. ij. Pacem: ubi glosa reddit causam: cur in defunctorum officio: pacis osculum nō datur: que supra tacta est. Similiter quare monachis nō datur: quia illi mundo mortui sunt: deo vivunt: ut dicitur. xvi. q. i. placuit cōmuni. ¶ De hoc pacis osculo magister in rationali ait. Osculat se populus recepto osculo a ministro sacerdotis: ut se coniunctos esse profiteantur in unitate fidei per xpm in ara crucis immolatum: cuius immolationis memoria per sumptionem sacramenti: ad quam sacerdos accedit: celebrat. Aut ut gratuletur se gratiam per corporis christi immolationem cuius memoria peragitur: maxime per manducationem hostie recepisse. ¶ Est et alia ratio huius osculationis. Pro quo advertēdū: q in primitiva ecclesia cum adhuc magna erat fidelium devotio: propter vicinitatem passiōis christi: statuit Anacletus papa: ut singuli peracta consecratione corpus christi manducarent: ut de cōsecra. dist. ii. epa. et dist. ij. peracta. Post q vero tepescēte devotione: indictū fuit ut saltem singulis dieb9 dñicis cōmunicarent. Ad qd Augusti. hortat ut in. c. quotidie. de conse. distin. ij. Processu vero temporis magis frigescēte charitate: sancitū est: ut saltē ter in anno: in pascha: in pētecoste: et natali dñi cōicarēt: per papam Fabianū: ut in ca. Etsi nō frequētius ea. dist. Extincto aūt pene in fidelibus charitatis fervore: in his novissimis tēporib9 pceptū est in cōcilio lateranēsi: q ad minus semel in anno quilibet fidelis discretionis annos habens: sc3 in pascha communicet: ut in ca. Omnis. de peni. et remis. Porrexit igitur in primitiva ecclesia sacerdos osculū pacis ministro ceteris impertiēdū ut per hoc significaret: q tūc cōmunicaturi oēm rācorem et cordis amaritudinē cōtra quoscūq3 debe rent extinguere: et se mutuo vinculo pacis unire qui mutuo pponebant xpm pacis donatorem manducare. Hodie vero id in capella pape: et quibusdam ecclesiis osculum continuari cernit ut qui tunc sacramentum nō participant sacramentaliter: saltem in una fide sacramenti se cōmunicare ostendāt spiritualiter. Tepiditati ergo nostre hoc inventū est remediū: ut ait Innocentius: ut omni die osculum daretur pacis pro mysterio unitatis. Quod cū sacerdos ministro porrigit populis offerēdum/dicit.

Chryso.

Quare monachis nō datur pax.

Innocē.

Pax tecum quā osculo pacis signo representō: sit qui a me osculum quasi pacis signum accipiat. Ad quā vocē respondet minister. Et cū spiritu tuo: sit pax xpi vera. ¶ Sequentem orationē quidā nō legunt: quidam vero eā legunt: ideo eam exponere placuit. Dicit itaq3 rursus sacerdos.

Habete vinculum pacis et charitatis. Quia pax oīt. ex vinculo charitatis:

et accipitur ab illo: ad Ephesios.iiij. Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.

Ad eph.iiij.

Vt apti sitis Per pacem et charitatem.

Sacrosanctis mysteriis christi. Quia nemo his dignus esse potest: nisi per charitatem. unde Can.v. Comedite amici et bibite: et inebriemini charissimi. ¶ Rursus dicit sm morem a'quorum.

Can.v.

Pax christi Qui hic sumitur et est autor pacis. Ad Ephe.ij. Ipse est pax nostra qui fecit utraque unum: medium inimicitie parietẽ solvens in carne sua: ut duos condat in semetipso populos: iudeorum scz et gentilium: ambos reconcilians et faciens pacem.

ad Eph.ij.

Et ecclesie Sicut eius cui data est pax per christum: qui veniens evangelizavit pacẽ his qui longe: et his qui prope. Longe fuerunt gentiles idololatre. Prope iudei unius dei cultores.

Abundet in cordibus vestris. Quia pax illa non temporis est tantum: sed cordis. In quo abundant: dum usque ad inimicos se extendit: de facili quidem usque ad amicũ geritur. Sed ut ad inimicum profluat: necesse est ut in corde abũdet. Psalmus. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turrib⁹ tuis. Vel abũdet ut usque in finem in cordibus vestris perseveret: ut tunc veniat super vos pax super pacem: pax scilicet eternitatis super pacem cordis. Vel abundet in cordibus vestris: ut vite influxum a spiritusancto recipere sint idonea. Sicut enim spiritus humanus non vivificat membra nisi fuerint unita: ita nec spiritussanctus vivificat ecclesie membra: nisi in pace fuerint copulata: sm beatum Augu.in de civi.dei: quem copule nexum: necesse est ut spiritussanctus qui nexus est patris et filij: retribuat. Ideo sequitur.

Psalmus.

Per spiritumsanctum qui datus est nobis. Unde apostolus ad Roma.v. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris: per spiritumsanctum qui datus est nobis: unde per columbam significatur: cuius est osculum columbinum: que cum signo pacis ramo virentis olive reversa est ad arcam: hoc est ad ecclesiam.

Ad Ro.v.

¶ Lectio.lxxxij. A

Domine Iesu christe fili dei vivi qui ex voluntate patris: cooperante spiritusancto: per mortem tuam mundum vivificasti: libera me per hoc sacrosanctũ corpus et sanguinem tuum ab omnib⁹ iniquitatibus meis et universis malis: et fac me tuis semper obedire mandatis: et a te nunquam separari permittas. Qui cum deo patre in unitate eiusdem spiritussancti vivis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. ¶ Hec est tertia pars principalis participationis communionis: in qua post aptationem sacramenti ad suam participationem per sui divisionem: postquam communicantium unionem per pacis triplicis impetrationem procedit sacerdos ad principalissime in sacro misse officio intentum: tremendi videlicet sacrificij sumptionem. Et quia ipsa sumptio vita bonis est: mors malis: ut tactum est supra lectio.vij.et.viij. sacerdos in periculo grandi indigne sumptionis se constitutum advertens: non immerito contremiscit: ne quod optimum est: et ad pariendum vite fructum institutum ex propria sui indispositiõe fiat sibi cibus ad mortem. Contremuit sanctissimus precursor domini prius sanctus: quam natus tangere sanctum dei verticem. Cur non contremisceret miser peccator sumpturus eundem suum et universitatis iudicem: memoria tenens apostolice comminationis tonitruum. Quicunque manducaverit panem: et biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit: non diiudicans corpus domini. Et iuxta eiusdem apostoli cõsilium. Probans semetipsum: et non inveniens ex se unde tanto mysterio dignus habeatur: ad ipsum deũ pietatis et misericordie fontem se convertit: et preter premissas orationes generales: precib⁹ magis proprie ad rem pertinentibus: sui dignificationem a domino nititur impetrare: quatenus sibi et ceteris pro quibus sacrificat: proficiat sacrosancta communio ad vitam: que ad salutem omnium noscitur instituta. Premittit igitur aliquas orationes communioni: aliquas communioni interserit: aliquas communioni subiungit. Et secundum hoc pars illa subdividitur in tres partes. Secunda: ibi. Corpus domini nostri Iesu christi. Tertia: ibi. Sanguis domini nostri. Prima pars dividitur in quattuor particulas secundum quattuor orationes communioni premissas. In prima pro sui iustificatione: ut digne possit sumere: devotius sumendum implorat. In secunda: ut fructuosa fiat communio exorat: ibi. Perceptio corporis et sanguinis. In tertia: suam indignitatem recognoscens simul et divinam omnipotentiam profunde se humiliat: ibi. Domine non sum dign⁹. In quarta sumpta fiducia ex spe divini adiutorij ad sumendum augustissimum mysterium (ut Dionysius loquitur) se erigit: ipsumque sumendo participat. ¶ Prima oratio dividitur in partes quattuor. Primo satagit sacerdos captare benivolentiam christi per mortis et passionis sue rememorationem. In secunda petit a peccatis et universis malis liberationem: ibi. Libera me. In tertia petit sue voluntatis plenam divinis mandatis subiectionem: ibi. Et fac me. In quarta petit sui cum christo perpetuam coniunctionem: ibi. Et a te nunquam. Quibus addit solitam orationis conclusionem: ibi. Qui cum eodem. ¶ B Circa primum oculos cum intentione ad sacramentum dirigens: ad christum in speciebus visibilibus vere et realiter presentem dicit. Domine: dominator toti⁹ universitatis Iesu: salvator humani generis Christe: uncte a patre plenitudine spiritus pre consortibus tuis. Fili dei vivi: patris naturalis et consubstantialis: divinam tibi naturam eterna generatione communicantis. Qui ex voluntate patris: liberali et misericordissima: te ad nostram redemptionem veniente temporis plenitudine mittentis. Cooperante spiritusancto: cuius sicut cũ patre tecũque una est essentia: ita

j.Cor.xj.

Dionysius.

tia: ita ⁊ voluntas: atq; operatio indiuisa. Quapropter et tui sacratissimi corporis fabricatio in vtero virginali specialiter sibi appropriatur: dicente angelico paranympho ad virginem (Luc. j.). Spiritussanctus superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Et iterum ad sanctum Joseph sponsum eius. Quod in ea natum est: de spiritusancto est. Per mortem: quam patiendo factus es obediens patri vsq; ad mortem: mortem autem crucis probrosam ⁊ amaram. Phil. ij. Tuam: in tua potestate positam. Solus quippe potestatem habes ponendi animam tuam ⁊ resumendi eam: te dicente. Nemo tollet a me animam meam: sed ego pono eam a meipso ⁊ iterum sumam eam. Tu enim solus vite ⁊ mortis habes dominium. Nam omnia dedit in manu tua pater. Deditq; potestatem omnis carnis tibi: vt des eis vitam eternam. Nam ⁊ nos serui tui: tuo dono animas nostras possumus pro fratribus ponere. Nequaquam tamen nostre est facultatis eam iterum sumere. Mundum viuificasti spiritualiter. Nam tu panis verus es (Joan. vj.) qui descendisti vt dares vitam mundo. Totus enim mundus extra dei amicitiam positus propter peccatum primi nostri parentis vitam perdidit. Janua vite: celorum regno obserato: ac decreti mortis chirographo obsignato: ita vt filio ade nullus pateret ingressus. Sed per mortem suam chirographum illud decreti quod erat aduersum nos: deleuit. Illudq; de medio tulit affigens illud cruci: conuiuificauit nos sibi: donans nobis omnia delicta. Mortem namq; suam tota trinitas in satisfactionem pro omnibus nostris delictis acceptauit: quum sic ex voluntate patris: cooperante spiritusancto: sustinuit. Sustinuit inquam voluntate patris ⁊ spiritussancti: atq; sua: quia tota trinitas eum in mortem tradidit: eamq; pro viuificatione totius mundi acceptauit. Pater enim eum in carnem misit: filius se obtulit: spiritussanctus qui amor est: oblationem concremando acceptissimam reddidit. Hinc apostolus. Christus per spiritumsanctum seipsum obtulit deo patri hostiam immaculatam. Dicitur autem pater ipsum misisse propter auctoritatem principij: a quo cetere persone originantur. Filius dicitur se obtulisse secundum assumptam humanitatem: que sibi soli in vnitatem persone est copulata. Spiritussanctus dicitur mortem illam acceptasse: propter benignitatem: que sibi sicut cetera ad voluntatem pertinentia appropriantur: quamuis ⁊ hoc commune sit trinitati: sicut ⁊ ipsa voluntas: que est principium omnium operationum contingenter a deo procedentium. ¶ ¶ Sequitur. Libera me. Captata beniuolentia: sequitur petitio qua primo petit liberationem a malo: dicens. Libera me: hoc sacrificium offerentem: ⁊ omnes alios fideles pro quibus offert vt omnes liberi efficiamur. Si enim tu fili nos liberaueris: vere liberi erimus. Per hoc sacrosanctum corpus ⁊ sanguinem tuum. Sacrosanctum: pre omnibus sanctum: quia per summum artificem spiritumsanctum sacratissime in virgine fabricatum: ac sacratissime verbo dei copulatum: ⁊ tandem sacratissime in hoc sacramento nobis donatum: ⁊ nunc a me indigno tua sola pietate ⁊ misericordia ad sacerdotij gradum assumpto sumendum. Ab omnibus iniquitatibus meis: hoc est peccatis: que animam ad summe trinitatis imaginem factam maculant ⁊ deturpant. Et vniuersis malis corporibus ⁊ anime presentibus ⁊ futuris. Deinde petens conferri bona: subdit. Et fac me: meosq; pro quibus offero: tuis semper obedire mandatis. In quo consistit tota vie perfectio: ⁊ patrie beatitudo. Hinc ait. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. In voluntatum quoq; vnione beatorum cum deo tota consistit fruitio: que est essentialis beatitudo. Dicit autem semper obedire: hoc est: nullo tempore transgredi. Sunt enim mandata que semper obligant et pro semper: vt negatiua. Sunt mandata que semper quidem: non autem pro semper obligant ad faciendum quod precipitur: pro semper autem obligant ad non transgrediendum: qualia sunt precepta affirmatiua. Iterum semper obedire. i. vniuersaliter omnibus mandatis: ne in vno offendens omnium reus efficiar: vt docet Jacobus. Deinde orando petit in bono perseuerantiam: quia qui perseuerauerit vsq; in finem: hic saluus erit. Vnde addit. Et a te nunquam separari permittas: neq; in hoc seculo per peccatum: quod separat te a deo: neq; in futuro per horrendam reproborum sententiam. Discedite a me maledicti in ignem eternum. Concludens adiungit. Qui per diuinam essentiam tuam. Cum eodem deo patre: a quo omnis paternitas in celo ⁊ in terra nominatur. In vnitate substantiali Eiusdem spiritussancti charitatis nexus. Viuis: vitam habens in teipso. Et regnas in terris et in celo: deus verus naturalis vnus ⁊ indiuisus. Per omnia secula seculorum: sine fine. Amen: vere ⁊ indefectibiliter. ¶ D Circa primam partem huius orationis: incidit dubium. Utrum christus ex voluntate patris mundum viuificans per mortem suam sua potestate animam suam posuit: an sua permissione mortem vulnerum violentia a iudeis inflictorum illatam sustinuit? ¶ Ad hoc probabiliter dici potest: quod christus in cruce sua potestate animam posuit preueniendo mortem quam durissimi vulnerum cruciatus intulissent: vt sic euidentissime constaret: non nisi propria voluntate nos sua morte redemisse. Potest autem illud signis ostendi ⁊ scriptis. Signis. Nam ob hoc pilatus dum peteretur dare corpus sepeliendum: mirabatur si iam mortuus esset: quia si illate pene licet letales fuerant: non tamen vitam in tam breui tempore extorsissent. Sicut nec in latronibus cum domino crucifixis: quorum crura quia domino mortuo vixerant: fracta sunt: vt eorum mors acceleraretur. Aliud signum: quia cum clamore valido expirauit: quod non est hominis morte naturali vel illata morientis: sed eius tantum qui propria potestate ⁊ voluntate animam suam ponit. Hinc centurio videns quia sic clamans expirasset: ait. Vere hic homo filius dei erat: vbi glo. Ostenditur quare centurio miratur: quia vidit eum sic expirasse. i. spiritum emisisse: nullus enim habet potestatem emittendi spiritum: nisi conditor animarum. Et alia glo. Hiero. Infirmata etenim carne: mox virtus diuina inualuit: que dicit. Aperite mihi portas iusticie. Non autem cum nulla aut minima voce morimur: qui de terra sumus. Ille enim cum exaltata voce expirauit: qui de celo descendit. Ex quibus satis patet: quod non violentia coactus: sed potestate functus mortem aduocauit. Patet idem auctoritate scripture supra allegata. Nemo tollet animam meam a me: sed ego ponam eam a meipso. Ad idem multe scripture concordant: vt illud. Oblatus est quia voluit: sed quecunq; voluit fecit. Item. Tradidit semetipsum pro nobis. Et similia multa. Oblatio autem ⁊ traditio facta est in effectu: dum animam suum obtulit patri sacrificium vespertinum. Hinc propheta. Voluntarie sacrificabo tibi. Preterea volens suspendit redundantiam beatitudinis portionis superioris: ne redundaret in corpus quam nisi suspendisset: corpus quia gloriosum fuisset: nec mori: nec ledi potuisset. Christus enim ab instanti sue conceptionis secundum anime portionem superiorem: perfecte beatus fuit clare videndo diuinam essentiam: eaq; perfecte fruendo. Unde nisi per miraculum suspensa fuisset beatitudo in parte superiori mentis: redundasset in vires inferiores vsq; in corpus: ipsum dotibus

Luce. j.
Mat. j.
Joan. x.
Joan. iij.
Joan. xvij.
j. Joan. iij.
Col. ij.
Heb. ix.
Joan. viij.
Mat. xix.
Jaco. ij.
Mat. xxiiij.
Mat. xxv.
Dubium.
Rn̄sio ad dubium.
Joan. xix.
Mat. xxvij.
Mar. xv.
Joan. x.
Esa. liij.
Ephe. v.

glorie perficiendo: claritate scilz impassibilitate: agilitate: et subtilitate. Et ita penitus pati nō potuisset: sive dotes illas deus immediate in corpore beati efficeret: sive ex ipsa beatitudine naturaliter redundarent. Saltem sm legem statutā non potest anima in corpore esse beata: et corpus non esse gloriosum. Miraculum ergo suspēsionis glorie corporis in potestate fuit christi: quod exhibēdo corpus suum reddidit passibile et mortale. Ipse ergo mortem advocavit: qui miraculose gloriā: mortem penitus excludentem suspendit. Sz tūc est dubium. Quomodo iudei eū occiderunt. Respondetur q̄ iudei primo voluntate eum crucifixerunt: etiam verbis et factis: nihil omittentes p se: et milites quantum in eis fuit: ut christus moreretur. Secundo: vulnera et penas intulerūt: et sanguinem fuderunt: quibus stante miraculo suspēsionis glorie: tandē mortuus in cruce fuisset. Preventio autem qua dominus preuenit mortem: ut voluntarie seipsum pro nobis offerret: non excusat iudeos ab homicidio quod fecerunt malitiose: cū dñs: si non preuenisset: moreret. Sequitur.

Dubium. Rñsio ad dubium.

Perceptio corporis tui do

mine iesu christe: quod indignus sumere propono: non mihi proveniat in iudicium et cōdemnationē: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis: et ad medelam percipiendam. Qui vivis et regnas deus: per omnia secula seculorum. Amen. ¶ E Post q̄: in priori oratiōe sacerdos oravit pro sua iustificatione: ut digne possit tanto mysterio participare in illa oratione petit pro salute consequenda ex sacramenti perceptione: unde dicit. Perceptio corporis tui dñe iesu xpe: quod indignus propter plurima cōmissa peccata: propterq3 devotionis ac fervoris neglecta exercitia. Sumere ppono aliter p̄sumo. Nō utiq3 confidens in mea iusticia: sed de tua benignitate ac misericordia multa: qua linum fumigans non extinguis: nec quassatum calamū confringis. Non mihi proveniat in iudicium et condemnationem: quas apostolus cōminatur omnibus indigne accedentibus: corpus domini non dyiudicantibus: discretionis iudicio hunc cibū ab aliis materialibus et corporalibus cibis non discernentibus: per diligentem et previam sui ipsius probationem: ne mortui cibum sumant rite. De qua dispositione tam de necessario: q̄ de congruo prerequisita: superius dictum est lectionib9 vi. vii. viii. et ix. ideo hic rescindit. Sz pro tua pietate ineffabili: q̄ me sola tua bonitate nullis meis meritis ad hunc gradum vocasti: et hactenus sustinuisti: et misericorditer ad penitētiā expectasti. Prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis. Hec sumptio tui corporis et sanguinis: ut scz preservet in futurum: ne mente peccato consentiam Aut perviam corporis et sensuum mortem anime intromittam: qua a te separatus utriusq3 mortem anime et corporis tue offensionis demerito: mortem peccatorum incidam pessimam et eternā. Sit mihi ad tutamentum mentis: ne tuam presentiā gratiosam: quam sumere festino: unq̄ peccatorū sordibus repellam: et corporis membra tibi consecrata armata peccati efficiam. Sed mente dulcedinem tuam degustans in te semp delecter: et corpore tibi famulās: nulla lassitudie fatiger. Et ad medelam corporis et anime percipiendam: quod p̄stare velis o iesu christe. Qui vivis et regnas et c. Sequitur oratio tertia sumptioni premittenda.

Esa. xlii.

Domine non sum dignus

ut intres sub tectum meum: sed tantū dic verbo et sanabitur anima mea. ¶ F In precedēti oratione petiuit sacerdos: ut manducatio dignissimi sacramenti sibi non proveniat ad iudicium et condemnationem: sed magis ad mentis corporisq3 salutem. Hic sciens summā sumendi dignitatem eius: scilicet qui in altis habitat: et tamen non alta: sed humilia respicit: ad quem non nisi humilitate pervenitur: ipso dicente per prophetam. Super quem requiescit spiritus meus: nisi super humilem et quietum: et trementem sermones meos. Nimirum superbis resistit: humilibus autē dat gratiam. Sequens quoq3 consiliū principis apostolorum. Humiliamini (inquit) sub potenti manu dei: ut vos exaltet in tpe visitationis. Ut ad tam dignam sumptionem exaltari mereatur: seipsum humiliat: et omnipotenti manui ut salvet se subiiciēs: orat. Domine non sum dignus et c. Verbum hoc sumptum est ex evangelistis mattheo et luca referentibus factum centurionis hominis gentilis: qui cum magnus esset seculari potentia ut puta romanorum officialis ad custodiam galilee in capharnaum delegatus: qui volens puero suo corporis sanitatem impetrare a dño: cui9 miracula audierat: ac per hoc potentiam crediderat: se hūiliavit: et indignū dñi corpali p̄ntia iudicavit. Unde nuncijs suis pro eo dñm interpellantibus: ut servū suū sanare dignaret: cū dñs respōdisset. Ego veniam et curabo eū. Statim ipso iter arripienti: et domui sue appropinquanti per amicos suos remandavit: ut Luce. c. vii. scribit. Dñe noli vexari. Nō em̄ sum dignus ut sub tectū meū intres: ppter qd̄ et meipsum nō sum dignum arbitratus ut venirem ad te: sz dic verbū: et sanabitur puer meus. Nā et ego sum hō sub p̄tāte et c. Hinc sumptū est verbū illud: ut sacerdos xpm invitaturus et sumpturus ad sanandū animā suā: suam indignitatē recognoscens: dicat magna fide pariter et humilitate. Dñe non sum dign9 ut intres sub tectū meū. Nō sum dignus ut sumā te in interiora mea: multis peccatorum sordibus abominabiliū. Dicat voce: et humilia de se sentiat corde Est enim q̄ nequiter se humiliat: et interiora eius plena sunt dolo. Tales non exaltat dñs: qr humilē spiritu salvū faciet: et oculos superborū humiliabit. Ideo ut digne sumere dñm mereat in hoc sacramentali cōuiuio: recūbat mente in novissimo loco: se oībus inferiorē recognoscens: et tanto cōuiuio indignū: ut tandē audire mereat. Amice ascende superius: et tūc obtineat gloriam corā simul discumbētibus. ¶ G Nec difficile erit in veritate se indignum recognoscere tanti ministerij (al's mysterij) participationis: si maiores se diligenter consideret seipsos valde humiliātes. Consideret nunquā Joannē baptistā: cuius supra habita est memoria: q̄ ab angelo prenunciatus in utero sanctificatus est: a pueritia extra tumultū hominū in eremo cōversatus: a xpo sup cūctos mulierū natos cōmendatus: nihilomin9 timuit baptizare dñm: dicens. Ego a te debeo baptizari. Unde de ipso ait ecclesia. Baptista cōtremuit: et nō audet tangere sanctū dei verticē: sed clamat cum tremore: dicens. Sanctifica me salvator. Attendat mariā magdalenā: q̄ tanto fervore xpm diligebat: ut nō erubesceret inter epulas cōuiuātium lachrymosam se ingerere: pedes dñi lachrymis irrigare: ac capillis tergere: propter qd̄ a dño audire meruit. Dimissa sunt sibi peccata multa: qm̄ dilexit multū: et iterū. Remittuntur tibi peccata Necnō post christi resurrectionē pedes ipsius tāgere permissa est. Quid igit magnum si sacerdos qui testimonium

Esa. lxvi.

Jac. iiii.

i. Pet. v.

Luc. vii.

Eccl. iii.

qui testimoniū de diligēdo deū nō habuit: q nō sibi remissa pctā a deo audiuit: q ad fundēdū lachrymas est aridus: in diligēdo tepidus: in obsequio tardus: nō modo tacturus pedes dñi: sȝ totum eius corp⁹ comesturus: dicat cum vilitatis sue recognitione. Dñe nō sum dignus vt intres sub tectū meū. Ecce petr⁹: cui dñs totius gregis sui curā cōmittere dignatus est: ad pisciū capturā stupuit: ⁊ indignū se dñi p̄sentia exclamauit: dicēs. Exi a me dñe: qr homo peccator sum. Beatus quoqȝ marcus euāgelista q pre ceteris xp̄i resurrectionē ⁊ regnū spiritusancto inspirante descripsit: se tn̄ indignū tāto mysterio (aīs ministerio) sentiēs: pollicē abscidit: vt reprob⁹ sacerdotio haberet: timēs tractare corp⁹ dñi in altaris sacro. Merito igit sacerdos ioanne baptista impurior: magdalena amādo tepidior: petro aplō dignitate inferior: euangelista marco indoctior: dñicū corpus sumpturus dicat corde ⁊ ore. Dñe nō sum dign⁹ vt intres sub tectū meū. Non (inquā) sum dign⁹ ex mea iustitia: ex mea p̄paratione: ex mea operatione: sciēs a te dictū. Cū feceritis oīa q p̄cepta sunt vobis: dicite qr inutiles serui sumus. Qd facere debuim⁹: fecim⁹. Et qui nec feci q facere debui: sed in multis tua sanctissima p̄cepta trāsgrediēs violaui: quō dign⁹ esse potero: vt tu dñe creator tot⁹ mūdialis machine: intres sub tectū meū: domū cōsciētie mee: peccatis obscurātib⁹ tenebrosum: virtutū carentia ruinosum: vbi tue māsionis nō est locus. Nō em̄ delectaris habitare in tabernaculis peccator: sed in tuis dilectorib⁹: patris beneplacita semp operātib⁹: verbisqȝ tuis obedientibus: talib⁹ em̄ tui patrisqȝ aductū polliceri dignatus es: et apud eos facere māsionē. Itē. Qui te pulsantē audiūt: tibi cordis sui portas aperiūt: ad hos intrare: ac cū eis cenare p̄misisti. Sed qr heu talis nō sum: vere indignus sum vt intres sub tectū meū. Sed qr peccatores nō spernis: cū his em̄ cū in terra ambulares: vt sanares: mādncasti. Nec ad te confugiētes repellis: sed et paruulos sinere ad te accedere p̄cepisti. Me peccatorē: me paruulū: qr indignū: ne a facie tua p̄iicias: sed tm̄ dic verbo: q verbū es patris coeternū. Dic verbo virtutis tue quo dixisti paralytico. Surge ⁊ ambula: ⁊ continuo surrexit sanus ⁊ ambulauit. Ita dic verbo: ⁊ sanabit aīa mea: a morbis spiritualibus vitior. Tuū nāqȝ dicere: facere est: dicēte scriptura. Dixit: ⁊ facta sunt oīa. Sana me dñe (orauit p̄pheta) ⁊ sanabor. Sed dic verbo: et sanabit aīa mea per te cibū salutiferū: qr cib⁹ es spiritus non carnis: cibus mētis nō vētris. ¶ D Sȝ forte dicis. Nunqd sup se exaggerat iudiciū qui profitēs se indignū: nihilomin⁹ accedit ad corp⁹ dñi sumēdum: cū apostolus terribiliter clamet. Qui manducat panē hunc: ⁊ calicē bibit indigne: iudiciū sibi mādncat? Aut ergo falso p̄fitet se indignū: ⁊ ita p̄fessione falsitatis vere indign⁹ reddit. Aut vere dicit: ⁊ credit se indignū: ⁊ sic indigne manducat: perplexus ergo est mādncando: euadere nō potēs iudiciū dñi. Sed absit vt cib⁹: q dat vitam eternā: mūdo in omnē euentū mortē afferat accessuro. Ad huius igit replice solutionē: rememorāda sunt. q lec. vij. ⁊ viij. exarata. Refert em̄: nec idē est: esse indignum hac refectione: ⁊ indigne eā sumere. Similiter refert esse indignum in oculis suis: ⁊ esse indignū in oculis dei nos diligētis. De p̄mo simplr indignus est: q gr̄a dei caret. Nā q gr̄a caret: inimicus dei est: mortu⁹ est: sed inimicus nō est dignus pane filior: ipso dicēte. Non est bonū sumere panem filior: ⁊ mittere

Marc⁹ euāgelista timēs tractare hoc sacratissimū sacramentum pollicem sibi abscidit.

Luce. xvij.

Apocal. iij.

Mat. ix.

Hier. xvij.

Esse indignū hac refectione: et indigne eā sumere nō esse idem.

Mat. xv.

canibus. Neqȝ mortuus deo dignus est pane vite: neqȝ cibus est mortuor: sed viuentiū. Pōt autem nō habēs gratiā ⁊ per hoc indignus: sumere nō indigne: si post discussionē ac suupsius p̄bationē quā precedere hāc sumptionem debere apls docet: maneret aliqd peccatū mortale nōdum dimissum: nec tn̄ a sumēte cognitū. Cū ergo nemo delictor suor p̄fectā hȝ cognitionē nec memoriam: dicēte p̄pheta. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. Hinc quilibet se indignū existimare hȝ: tāq nesciēs se dignū: ⁊ tn̄ de mīa dei p̄sumēs pōt nō indigne accedere: ita qȝ accedēdo nouū mortale nō cōmittat. Et per hoc vtiliter ⁊ non ficte orare. Dñe nō sum dignus ⁊c. De scdo. Homo filior captiuitatis ade ex suis dignus est pane angelor: de quo Ber. ser. v. de dedicatione ecclesie late disserit di. Nonnūq de aīa mea cogitans: videor mihi in ea (fateor) velut duo cōtraria inuenire Si ipsam animā prout in se est: ⁊ ex se est: intueor: nihil de ea verius sentire possum: q ad nihilū esse redactā: cū sit onerata peccatis: obfusa tenebris: irretita illecebris: pruriēs cōcupiscētijs: obnoxia passionibus: impleta illusionibus: prona semp ad malū: in vitiū omne procliuis. Postremo tot⁹ cōfusionis ⁊ ignominie impleta. Nimirum si ipse quoqȝ iustitie nr̄e oēs ad lumen veritatis inspecte: velut pānus mēstruate inueniantur. Iniustitie deinceps quales reputabunt? Si lumē qd in nobis est: tenebre sunt: ipse tenebre quāte erūt? Facile est cuiqȝ nostrū si sua plenius vniuersa ⁊ sine dissimulatione vestiget: ⁊ iudicet sine acceptione persone: attestari per oīa apl̄ice veritati: et libere p̄clamare. Qui se putat aliquid esse cū nihil sit: ipse se seducit. Quid est homo qr magnificas eū: ait fidelis ⁊ deuota confessio: aut qd apponis erga eū cor tuum? Quid? Sine dubio vanitati similis fact⁹ est homo. Ad nihilū redact⁹ est homo. Nihil est homo. Quomodo tn̄ penit⁹ nihil est: quē magnificat deus? Quomodo nihil erga quē appositū est cor diuinū? Et. i. Et tāq nihil reputat homo in iudicio veritatis tue: sed non sic in affectu pietatis tue. Nimirū vocas ea q nō sunt: sicut ea q sunt: ⁊ nō sunt: ergo qr vocas ea q nō sunt: ⁊ sunt: qr vocas. Licet em̄ nō sint q̄tū apud se: apud te sunt vtiqȝ: iuxta apostolū. Nō ex operib⁹: sȝ ex vocāte. Sic nimirū si cōsolaris in tua pietate quē in veritate tua humiliasti: vt magnifice dilatet in tuis q merito angustiat in suis. Siquidē vniuerse vie dñi mīa ⁊ veritas requirentib⁹ testamentū tuū ⁊ testimonia tua. Testamētū vtiqȝ pietatis: testimonis veritatis. Et sequit ad p̄positū. Lege homo in corde tuo: lege intra teipsuȝ de teipso testimonia veritatis: etiā hac cōi luce iudicabis te indignū. Lege in corde dei testamentū qd firmatum est in sanguine mediatoris: ⁊ inuenies quā lōge aliud spe possidere: q re tenere videris. Hec Bernar. Sic ergo sacerdos cōsiderās se f m se: in corde suo verissime indignū se p̄clamabit. Sȝ attēdens quid in corde dei: qui se magnificauit: redemit: dilexit: se dignū sperare poterit: nō dignitate sua: sed illius dignatione. Verūqȝ fit p̄phete v̄bū. Perditio tua ex te israel: tantūmodo in me auxiliū tuū. Deniqȝ beatus Job. c. xxv. ait. Nunquid iustificari potest homo cōparatus deo: aut apparere mundus natus de muliere? Ecce luna etiā nō splēdet: ⁊ stelle nō sunt mūde in cōspectu eius. Que expōnēs beatus Grego. xvij. moral. §. xx. nōnulli per donum spiritu adiuti cōtra infirmitatē sue carnis eriguntur: virtutib⁹ emicant: si-

Ps.

Bernar.

Gala. vi.

Job. vij.

Rom. iiij.

Roma. ix.

Ps. xxiiij.

Osee. xiij.

Job. xxv.

Grego.

gnorūq miraculis coruscāt: nullus tamen est q sine culparitā trāseat: quousq carnē corruptionis portat. Et sequit. Nec sancta ecclesia per lunam figurata virtute propria tot miraculis emicat: nisi hāc supervenientis gratie dona perfundant. Nec singulorū bene viventiū stellarū nole designatorū mētes a peccatorū maculis mūde sunt: si remota pietate iudicent: quia apud districti iudicis oculos: sua vnūquēq corruptibilitas inquinat: nisi hāc quotidie gratia parcēs tergat. Electorū quippe animus pdire ad libertatē iustitie nitit: sed adhuc cōpede infirmitatis tenetur. Et culpas qdē subigere pfecte desiderat: sz quousq corruptione carnis astringit: eius vinculis etiā cum nō vult: ligatur. Hinc itaq colligat quanto peccatorū pōdere pressi sunt: qui cōtra hec decertare negligūt: si plene culpā nec illi superant: qui contra hanc viriliter pugnant. Unde postq dictum est. Ecce luna nō splendet: ⁊ stelle non sunt mūde in cōspectu eius: protinus addit. Quanto magis homo putredo: ⁊ filius hominis vermis? Hec Greg. ¶ I Cōsiderās itaq sacerdos se esse creaturā: ⁊ vas luteū figuli: eūq qui in sacramēto oculis subiecto (quē ⁊ nūc sumpturus est) cōtinet: esse creatorē ⁊ figulū: sese esse finitū et pene nihilū: illū vero simpliciter infinitū: et omnibus incōparabiliter puriorē: etiā si seraphica puritate arderet verissime dicet. Dñe nō sum dignus vt intres ⁊c. Rogatq attētius qd sequit. Sed tantum dic verbo ⁊ sanabit spiritus meus. Tantum dic verbo: hoc est: teipso: qui verbū es patri eterno coeternū: per quod facta sunt omnia. Vel dic verbo virtutis tue: quēadmodū dixisti paralytico. [Joan. v.] Surge tolle grabatū tuū: ⁊ ambula: ⁊ cōtinuo surrexit ⁊ ambulavit. Sic dic verbo ⁊ sanabit spiritus me⁹ a morbis spiritualib⁹ peccatorū. Tuū nanq dicere facere est. Dixit: ⁊ facta sunt: ait ꝓpheta regius vt. s. Verū ad munditiam cordis: qua intēs digna fiat habitatio huius sacrificii salutaris: non sufficit hec orare: sed et necesse est se purgare: ⁊ possetenus ad tāti regis susceptionē: mentis domicilium adornare: sm illud ecclesie. Adorna thalamū tuū sion: speculatrix anima: et suscipe regē christū. Qd quomodo fieri habeat prope principiū hui⁹ operis lectionib⁹. vij. viij. ix. ⁊ alibi diffusius declarat. Preter quas adhuc addi possunt manuductiones figurales: ad bonam dispositionē cōmunicaturū informantes: q latius. s. lec. lx tacta sunt: ibi requirant. Possumus ponere exēplariter vnā: ⁊ ad huius similitudinē cetera mysticent. Inter ceteras figuras satis expressa fuerat es⁹ agni paschalis: de quo scribitur Exo. xij. cū suo ritu. Unde ait dñs moysi et aaron: vt preciperēt pplo de esu paschalis agni: vnde ⁊ ait moyses. Sumēt de sanguine agni ⁊ ponent super vtrūq postē: ⁊ in superliminarib⁹ domorū: in quib⁹ comedēt illū. Et edent carnes nocte illas assas igni: et azymos panes cū lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudū qd: nec coctū aqua: sed assum tantū igni. Caput cū pedibus eius et intestinis vorabitis: nec remanebit quicq ex eo vsq mane. Si quid residuum fuerit igne cōburetis. Ubi ⁊ addit. Sic autem comedetis illū. Renes vestros accingetis. Calciamenta habebitis in pedib⁹: tenētes baculos in manib⁹ et comedetis festināter. Et infra. Omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis aūt servus emptitius circūcidet ⁊ sic comedet. Advena ⁊ mercennarius nō edēt ex eo. In vna domo comedetis: nec efferetis de carnibus eius foras. Nec os illius cōfringetis. ¶ K Hec exponēdo prosequit beatus Greg. in homel. sabbati in hebd. pasche [Grego.] hi di. Hec omnia magnā nobis edificationē pariunt: si fuerint mystica interpretatiōe discussa. Agnus ille paschalis christ⁹ est sm illud apostoli. [i. Cor. v.] Pascha nostrū christ⁹ est: itaq epulemur non in fermento veteri: neq in fermento malitie ⁊ nequitie: sz in azymis sinceritatis ⁊ veritatis. Ab huius agni esu arcet alienigena. i. a fide extraneus: vel in fide hesitans. Admitit servus empt⁹ precioso huius agni sanguine: dum tamē fuerit circūcisus: hoc est a carne peccati emūdatus per veram contritionē ⁊ confessionē peccatorū. Precluditur rursus advena ⁊ mercenarius. Advena. i. noviter ad fidē cōversus: nondū potens capere altissima huius sacramēti: ⁊ nec potēs discernere corpus dñi. Vel advena noviter peccare desinens: qui nec digni sunt cibū istū suavissimū degustare. Quod maxime attendere habent sacerdotes illi: quorū vita scandalosa est populo. Vespere ebrii: vitio carnis: aut alterius peccati macula irretiti: mane superficiali cōfessione premissa: currunt ad altare: agnū dei immaculatū dehonoraturi: deū inhonorātes: populū celebrando scandalizātes: ⁊ seipsos misere in laqueos perditionis precipitantes: non attendentes ꝙ sm doctrinā divi Diony. de ecclesiastica hierar. c. iij. [Diony.] eos qui in penitentia sunt i. nondū cōgruā commissis peccatis satisfactionē impleverūt: ab hoc ministerio arcendi sunt: qui licet a contraria vita discesserint: nondū tamē imaginū ipsius habitu altius impresso carvere: ⁊ necdū amore divino atq purissimo purgati sunt. Nō illi de sanguine agni postes liniunt. Nam tunc in vtroq poste agni sanguis ponitur: quādo sacramentū passionis illius cū ore ad redēptionē sumit. Ad imitationē quoq intēta mente cogitat. Nā qui sic redēptionis sacramentum accipit: vt imitari passionē illius nedū velit: in vno poste sanguinē ponit. Qui tamē etiā in superliminarib⁹ domus ponēdus est: que intētio cogitationis ad imitationē passionis dñice est dirigēda. Siquidē domus habitationis nostre mēs est: in qua per cogitationes habitamus. Intētio vero superliminare est: que cū in dñica passione figitur: superliminare agni sanguine tingit. Carnes autē agni crude comedēde nō sunt per malā fidē de sacramento: nec cocte aqua per inanē philosophiā secularis ⁊ curiose sapiētie. Sed asse tantū igne. i. affectu fervido: spiritussancti igne accēso. Caput cum pedib⁹ vorabitis: profitēdo divinitatem in christo altissimā: que locū capitis tenet: sm illud apostoli. [i. Cor. xi.] Caput xpi deus: ⁊ ipsius terrenā humanitatē. Ibi pedes calceati: quorū corrigiā ioānes [Joan. i.] solvere se clamavit indignū. Os nō cōfringetis ex coviolentia perscrutationis: ⁊ supervacue inquisitionis. Totū quod comedi nō potest per intelligentiā: igne spiritussancti cōburetis per venerationē amorosam. Sed sola redemptoris nostri percepta sacramēta: ad verā solennitatē mētis nō sufficiunt: nisi eis ⁊ bona opera adiungātur. Quid enim prodest corpus ⁊ sanguinē illius ore percipere (ait Greg.) ⁊ eis perversis morib⁹ cōtraire? Unde subdit. Et azymos panes cū lactucis agrestib⁹. Panes azymos sine fermento comedit: qui recta opera sine corruptione vane glorie exercet: qui mandata misericordie sine admixtione peccati adhibet: ne perverse diripiat: qd quasi recte dispēsat. Lactuce ḣo agrestes valde amare sunt: cū quibus sumēdus ille est agn⁹. [Panes azymos sine fermēto quis dicatur comedere.] Amara. s. cōpūctione: qua nos ꝓ peccatis nris affligim⁹: quaten⁹ ipa amaritudo penitētie absterQ

gat a mentis stomacho peruerse humorem vite. Sed et intestina mãducari debẽt: hoc est: verboꝝ illius mystica et occulta mandata: que tunc vora mus: cum verba vite cum auiditate sumimus. In quo deuorationis verbo: qd aliud (ait Greg.) q̄ pigritie nr̃e torpor reprehendit: qui eius verba ac mysteria per nosipsos non requirimus: et ab alijs audimus inuiti? Nõ remanebit ex ipso ali quid vsq3 mane: qr eius dicta sunt magna sollici tudine discutienda: quaten9 prius q̄ dies resur rectionis appareat: in hac presentis vite nocte oĩno illius mandata intelligendo et operãdo pe netrent. ¶ L Sed qr valde est difficile: vt oẽ pos sit sacrũ eloquiũ intelligi: et oẽ eius mysterium pe netrari: recte subiungitur. Si quid aũt remanse rit: igne cõburetis: qd tũc facimus: cũ ea q̄ de in carnationis eius mysterio intelligere nõ possu mus: ptãti spũsscti humiliter reseruam9: vt nõ su perbe qs audeat vel contẽnere vel denũciare: qd nõ intelligit: sed hoc igni tradit cũ spũsctõ reser uat. Sequit. Sic aũt comedetis. Renes vestros accingetis p castitatẽ. Nã qui pascha comedit: corruptioni carnis per vitia nulla subiaceat: vo luptatẽ edomet: carnẽ a luxuria restrigat. Calcea menta habebitis in pedibus: exẽpla precedentiũ ac defunctorũ patrum: opera nr̃a quib9 ad vitã curim9: instruamus: et mortuorũ vitã ꝯspiciẽtes: nostra vestigia a pcti vulnere custodiam9. Tenẽ tes baculos in manibus: scẽẽ scz spei: ꝯfidẽtes in protectiõe altissimi. Et comedetis festinãtes. i. cũ auiditate ad pr̃iam anhelãtes. Nemo in hui9 vi te itinere torpeat: ne i patria locũ perdat. Nemo ad appetẽda studia moras inectat: sed cepta pfi ciat: ne minime liceat iplere: qd ichoat: qr pascha i. transit9 dñi est. Est em̃ sacr̃m illud viaticũ: in cu ius fortitudine ambulat in terrã promissionis. Sic ergo mãducatur9 sit dispositus: vt trãsire sit parat9: exire nõ formidet ab huius exilij carcere: in quo detinetur vt captiuus: sed amore celestis pr̃ie alo anhelet ad gloriã celestis hierl'm nobis certissime repromissam. Sic suo modo alie hui9 sacri figure mysticari pñt ad accẽdendũ affectuz ad huius sacri reuerentiam et honorẽ. Uerũ hic aliqua tangunt: q̄ requirunt de necessitate ad di gnã sumptionẽ: quedã de cõgruo: quoꝝ discretio nem supra lec. vij. viij. et ix. inuenies distinctam.

[Gregorius]

Panem celestẽ accipiã: et nomẽ dñi inuocabo.

¶ M Post sui humiliatio nẽ ac indignitatis recognitionẽ: sacerdos nõ ve lut desperans: sed spe diuini adiutorij: per subiũ ctam petitionem inuocati: qui hoc salutis sacr̃m in remedium et nutrimentũ pctõribus cõuertere se cupientibus disposuit: se erigens ad sumendũ hostiã salutarem: dicit hanc orationem quartaz. Panẽ celestẽ accipiam. Panẽ celestẽ nõ factũ de terre frumẽto: sed de sanguine virgineo: nõ pistũ in fornace per ardorem ignis: sed coctum per fer uorem dilectionis in ara crucis. Panem celestẽ reficientem angelos in btitudine. Panez de celo descendentẽ: vt nutriat mẽtes pauperũ suorũ in hac miseria ad celos aspirãtiũ. Accipiã: sperans in bonitate dñi: cõfidens in ipsi9 significatiõe: q̄ solus põt facere mundũ de immundo cõceptũ se mine: et de lapidibus filios suscitare abrae: q parn ulos in oculis suis magnificat eos vtiq3 paruu los: qui non in sua virtute confidunt: sed se totos in sui adiutoriũ pucinnt. Nam et btũs Aug. de centurione (cui9. 3. habita est mẽtio) loquit. Dũ (inqt) se cẽturio tm̃ vilificaret: vt diceret se indi gnũ xp̃m sub tectũ suũ suscipere: cõfidẽtiã suã in

[Job.xiiij.] [Mat.iiij.] [Augustin9]

christũ faciẽs: vt salutẽ suo seruo prestare absens potuisset: xp̃s cũ dignificauit: et sub tectum sui cor dis intromisit: ipsũ3 in fide illuminãs et inflãmãs. Cur ita: vt latius crederet xp̃m sanasse infirmos: mũdasse leprosos quos nõ vidit: q̄ iudei qui di uersa miracula ab ipso facta experimẽtaliter di dicerũt. Accipiã et ego sacerdos a dñõ adhuc in mũdo peregrinus: panẽ celestem: vt in ipsius for titudine ambulẽ vsq3 ad dei montẽ. Accipiã ego egrotus et infirmus panẽ celestez: cor hois robo rantẽ: vt a morbis cũctis merear pseruari. Acci piã panẽ celestẽ ego famescẽs et esuriẽs: quẽ q̄ gu stauerit: nõ esuriet in eternũ. Accipiã ego inqet9 et anxius panẽ celestẽ: q̄ cor stabilitat: et turbidos fluctus sedat. Accipiã claudus et debilis panẽ ce lestẽ: inuitatus a rege magno ad cenã: ad quã de biles et claudi sunt introducti. Et nomẽ dñi inuo cabo: cũ xp̃o cenã in pane isto celesti faciens: vt illam mihi exhibeat nunc habitãs in celis: quẽ admodũ exhibuit secũ cenantibus habitans in terris. Hoc ipsum em̃ vt faciat: querit. Ego (in quit) sto ad ostiũ foris pulsans: si qs audierit vo cẽ meã: et aperuerit mihi ianuã: intrabo ad illum et cenabo cum illo: et ipse mecũ. Cenabat christus apud petrũ et iohãnẽ et Jacobũ: vbi socrus Petri tenebat magnis febrib9. Imperauit febri xp̃s: et surrexit cõtinuo socrus: et ministrabat eis. Inuo cabo et ego nomen dñi super me: vt christus cum quo ceno: imo quem mãduco: pellat a me febres spũales: cõpescat a me ardorez innaturalẽ carna liũ delectationum: fuget calorẽ amoris mundani vt cor meũ reformetur ad calorẽ naturalẽ amo ris dei. Conuiua fuit christus in hoc sacramento contentus apud Mattheũ. Murmurabat iusti tia falsa phariseoꝝ: videns misericordie fontẽ cũ pctõribus manducantẽ. Sed cõfusa est vera dñi iustitia: dicente. Nõ veni vocare iustos: sed pctõ res. Inuocabo et ego nomẽ dñi: vt me pctõrem in ter suos electos vocet: et patri reconciliet. Man ducauit item cum simone phariseo christus: hic sub specie panis velatus: et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: attulit alabastrũ vnguenti: et cepit lachrymis rigare pedes eius: capillisq3 suis tergere et perungere. Judicat9 est a phariseo dominus: quasi ignorans que et qualis esset mu lier que tangebat eũ: quoniã peccatrix erat. Sed contẽpto phariseo: mulieri dñs dixit. Mulier fi des tua te saluã fecit. Nihil ego cõtra dñm in sa cramẽto ad me pctõrẽ venientẽ infideliter mur murabo: sed nomẽ ipsi9 intra me inuocabo: vt in fide qua panẽ celestẽ accipio: saluũ me faciat nũc et in futuro. Intrauit christus sub his speciebus corporaliter contẽtus in domũ zachei: cũ videre cupiẽtis: et ob hoc arborẽ sycomorũ ascendentis murmurãtib9 nõnullis q ad hoiem pctõrẽ diuer tisset. Sed ait dñs zacheo. Quia hodie huic do mui salus facta est. Et ego de aduẽtu dñi gaudẽs nomẽ eius inuocabo: vt fiat salus aie mee p ip̃m qui venit querere et saluũ facere qd perierat. Ce nauit tãdẽ exiens ex hoc mũdo cũ discipulis suis quibus et dixit. Dispono vobis sicut et disposuit mihi pater meus regnũ: cõmittens vt sacramẽti huius cõsecrationẽ et cõionẽ in sui memoriã fre quẽtarẽt di. Hoc quotiẽscũq3 feceritis in mei me moriã facietis. Nõ me cũ iuda traditore a disci puloꝝ ꝯsortio exeũte a dñõ separabo: sed nomen dñi inuocabo: vt hec sacratissimi corpis sui mãdu catio sit mihi ad regnũ suũ pparatio salutaris. ¶ N His itaq3 a sacerdote prolatis: siccas par ticulas duas in patena collocatas: imediate vel mediãte patena i man9 ad ꝑlationẽ statim ꝑmis

[Apoca.iij.] [Mat.vij.] [Mar.i.] [Luce.iiij.] [Mat.ix.] [Luc.vij.] [Luc.xix.] [Luce.xxij.] [Mat.xxvj.]

se orōnis. Panē celestē accipiā: recipiēs: inclinato paulisper corpe: sacerdos subsistit: et oēs suas cogitatiōes quātū possibile est vniendo: deuote se recolligit. Et sicut corpales oculos ad species ꝛ formas sacramenti exteriores dirigit. Sic oculos fidei interiores: ad dn̄m nostrum iesum xp̄m sub visibilibus speciebus cōtētū eiusq; sacratissima passiōis ꝛ redemptiōis nostre mysteria: cuius in hac sumptione memoria principalissime recolitur (vt dictū est lec. xxxvi.) cōuertat: prout deuotio propria: ꝛ sancti spiritus vnctio docuerit meditando. Cuius exēplū aliqđ ponere nō existimo oīno inutile. Poterit ergo sacerdos itra se nulla voce emissa cogitādo dicere. Eya misericordissime dn̄e iesu xp̄e: eterni patris vnigenite fili: vnus cū eodē patre ꝛ sp̄usancto verus cōsubstātialis ꝛ naturalis deus: qui pro pctōꝝ salute ex infinita charitate tua carnē sumere: inter hoīes apparere: ꝛ triginta tribus annis grauiter laborare: ꝛ multipliciter fatigari dignatus es: ꝛ tandē amarissima passione preciosissimi sanguinis effusione: ac morte turpissima nos a morte ppetua pctis ꝛ penis liberare. In cuius saluberrime passiōis memoriā: te p̄sentē his speciebus exhibere: teq; cibū aie nr̄e ac pignus salutis eterne tradere voluisti. Respice in hac hora in me pctōrem indignū: purga ꝛ sctifica me: vt te deū meū creatorē ꝛ redēptorem merear digne sumere. Breuius q̄dē vel lōgius put gratia ministrabit. Et more quondā pctī tandēs: addat. Deus ppitius esto mihi pctōri. Quo verbo publicanus oculos ad celū leuare nō audens: remissionē suorū meruit pctōꝝ. Dicēs aūt deus intētionē dirigat ad cōtētū in sacro xp̄m: ꝛ latria cū adorans cū magna reuerentia: deuotione: timore ꝛ charitate: mentisq; affectiōe ac desiderio: sacrosctm̄ dn̄i corpus sub duabus illis particulis cōtētū: pro sua ac totius eccl̄ie salute sumat. Sumat aūt nō masticādo dētibus: pp̄ter euitādū piculū ꝛ sacri irreuerētiā: ne forte aliqđ sacramēti herēs dētibus: post incaute expuat: vel alijs cōibus cibis misceat: sed humectatis in ore speciebus reuerēter glutiendo traijciat. Ipso vero in ore pro sua humectatione manēte: sic poterit meditari. Ueni in aīam serui tui deus meus ꝛ dn̄s meus: meq; tibi incorporare digneris: vt mihi mori: tibi soli merear viuere. Hec aūt nō dico quasi necessario sic fieri debeat ex ecclesie ordinatione vel statuto neq; per hec cōteplationis ac deuotionis exercitia in promptu habentes informare presumens: sed pro quodam exemplo grosso pro rudibus ꝛ nōdum in spiritualibus deuotionibus assuetis interserere curaui.

Luce. xviij.

Lectio. lxxxiiij.

A



Um pro venerabili sacramēto sb̄ spēbus panis de manibus vel patena: sacerdos dr̄. Corpus dn̄i nr̄i iesu xp̄i custodiat aīam meā in vitam eternā. Premissis orōnibus cōiont̄ pcedentibus sequunt due iter cōlicandū dici solite. Quarū pria respicit perceptionē sacramēti panis. Alia pceptionē sacri sanguinis: ꝛ sm̄ hoc diuidit illa pars. Quia enī primo sumit xp̄s sub speciebus panis: iō p̄mittit prima orō spāliter pro salute obtinēda ex perceptione dn̄ici corpis. Scđo idē sumit sub speciebus vini: iō premittit scđa oratio p obtinēda salute ex pceptiōe sanguinis: ibi. Quid retribuā. Quo ad primū orat sacerdos. Corpus dn̄i ꝛc. Corpus dn̄i p expiatione pctōꝝ: totius mūdi in ara crucis immolatū. Corpus dn̄i ex dignatissima bonitate dei: pro viuificatione mūdi sub sacro altaris christi fidelibus ministratū. Corpus dn̄i nostri iesu xp̄i a me pro eterna beatitudine capessenda fideliter ꝛ sacramētaliter mādūcatū. Custodiat: in vnitate fidei catholice: ne mysteria altissima huius sacri corporis xp̄i cogitās ꝛ nō capiēs ab vnitate corpis xp̄i mystici p infidelitatē recedā. Quēadmodū q̄dā ex xp̄i discipulis dū sacratissima quedā ꝛ ardua de corpore christi ab ip̄o dei patris sapiētia icreata audierunt: ab eius magisterij doctrina retro abierūt dicentes. Durus est hic sermo. Quō pōt nobis hic dare carnē suā ad manducandū? Per qđ certe ab vnitate ecclesie se preciderūt: qr in heresim ex verbis saluatoris scandalizati prolapsi sunt: vt dicit bea. Aug. in expositione ps. Custodiat (inquā) rursus corpus dn̄i mādūcatū animā meā: a prolapsu in pctm̄: ne in detestādā ingratitudinē abeā de mēsa dn̄i: inferēdo ꝯtumeliā christo cū iuda pditore nequissimo. Custodiat demū corpus dn̄i nostri iesu christi a me sumptū: in vita ꝛ robore spirituali animam meā: vt cibatus ꝛ roboratus hoc cibo nobilissimo: cōtinuo robustior ꝛ potentior fiā ad exercendū opa vite: vt quoq; in me extinguatur fames ꝛ sitis carnaliū desideriorū: ꝛ excitetur cōcupiscentia gaudiorū eternorū: per pregustationem dulcedinis que cōceditur corpus illud digne sumētibus. Subdit ab aliq̄bus: Et perducat aīam meā. Perducat potēter p̄seruādo ab incursiōe malignoꝝ spirituū: q̄ exeūtes de hoc mūdo cōsueuerūt acrius infestare animā meā in hora exitus mei ex hoc seculo. Aīam meā cuius est cibus sp̄ualis eā nutriēs: roborās: ꝛ confortās: nō s̄m suā essentiā siue substantiā: sed s̄m dona sp̄ualia ꝛ gratie: que donatur aīe in digna corporis christi manducatione. In vitā eternā: hoc est in eternam beatitudinē: quemadmodum heliam panis ministratus ab āgelo confortauit: in cuius fortitudine ambulauit vsq; ad montem dei. Quemadmodum ꝛ panis qui de celo descendit: perduxit populum israel per desertum vsq; ad terram promissionis. Ita oro o domine: vt hec esca celestis sit meū verum viaticū ducēs me per desertum huius seculi ad supernā patriam fidelibus repromissam.

Joā. vi.

iij. reg. xix.

B

Quid retribuam domino

pro omnibus q̄ retribuit mihi. Calicem salutaris accipiā: ꝛ nomē dn̄i inuocabo. Laudās inuocabo dominū: ꝛ ab inimicis meis saluus ero. Ista est scđa oratio que premittit calicis sumptioni. Sicut enī sacerdos volens suscipere corpus dn̄i sub panis specie: premisit orationem pro sua humiliatione: recognoscendo suā indignitatem ad dignissimi corporis perceptionē dicēs. Dn̄e non sum dignus ꝛc. Ita procedēs ad sumptionem sacratissimi sanguinis christi sub speciebus vini: p sui humiliatione indignitatē suam iterum recognoscit: fatēdo se nihil habere ex proprijs: quod dn̄o possit pro tanto beneficio prestito retribuere: dicens.

re:dicens. Quid retribuā dño. Et diuidit in tres particulas. In prima recognoscit sacerdos suam insufficientiā retribuendi pro acceptorū beneficiorū collatione. In scda ostendit gratitudinē in accipiendo dñi beneficiū: cū sui nois laude ⁊ inuocatione: ibi. Calicē salutaris. In tertia ostēdit suā cōfidētiā quā habet ex virtute dati beneficij in nocivorum preseruatione: ibi. Et ab inimicis meis. ¶ Quoad primū dicit. Quid retribuā dño q.d. Quid ego cinis ⁊ puluis: plasma ⁊ figmentū conditoris: homo vilis ⁊ fragilis: vacuus virtutibus: plenus vitijs. Quid retribuā mercedis et premij de meis viribꝰ: de meis bonis: de meis possessionibus: dño vniuersorū: cuius est terra ⁊ plenitudo eius: orbis terrarum ⁊ vniuersi qui habitant in eo. Qui bonorū meorū nō indiget: qui diues est in oēs: qui nec ditior ex per me sibi oblatis cōstituitur: nec si oia sibi subtraxero: pauperior efficitur. Immo sicut cui sicut nihil subtrahi pōt (ipso dicente. Quia oia dedit pater in manus eius. Jo. xiij.) ita nec addi quicq̄ pōt: quia in eius ditiōe cuncta sunt posita. Hester. xiij. Pro oibus: beneficijs scz: quorum numerus ⁊ immensitas modū superat ⁊ sensum. Quis eñ cogitare poterit trinitatis opera super nos ab initio mundi vsq̄ in finem: vt videat q̄ sollicita fuerit illa maiestas: cui administratio pariter ⁊ gubernatio seculorū incūbit: ne nos perderet in eternū. Et potēter quidē oia fecerat: ⁊ sapiēter oia gubernabat: ⁊ vtrarūq̄ rerū tā potentie q̄ sapientie: signa manifestissima tenebantur in creatione ⁊ gubernatione machine mundialis. Sed nec latere potuit bonitas: cum oia hec gubernatio ad hominis vtilitatē tendebat. Respice inquit venerabilis Hugo de arra aīe. Respice vniuersum mundū: ⁊ cōsidera si aliqd sit in eo qd tibi nō seruiat. Omnis natura ad hunc finem cursum suum dirigit: vt obsequijs tuis famuletur: ⁊ vtilitati deseruiat: tuisq̄ oblectationibus pariter ⁊ necessitatibꝰ fm affluētiā indeficientē occurrat. Hoc celum: hoc terra: hoc aer: hoc mare: cū his que in eis sunt vniuersis: explere nō cessant. Hoc circuitis temporū annuis innouationibꝰ ⁊ redivivis partubus antiqua innouans: dilapsa reformāns: consumpta restaurans: pastu perpetuo subministrat. Magna sunt hec que dñs tribuit sustentando corpori: sed multo maiora impendit saluande anime q̄ perierat. Qd dedit mihi pater maius oibus est / inqt: ⁊ hoc ipsum pro me ac ceteris oibus dedit: quid hoc? Seipsum dedit. Neq̄ eñ a se est filius: sed a patre q̄ essentiā infinitā oibus maiorē dedit. Et quō se dedit? Audi Bern. in ser. ij. de penthecoste. Verbū dei (inquit) in sublimi ɔstitutū: vt ad nos descenderet ppria benignitas inuitauit: misericordia traxit: veritas qua se promiserat venturū compulit: puritas vteri virginalis suscepit: salua virginis integritate potentia eduxit: obedientia in oibus deduxit: patientia armauit: charitas verbis ⁊ miraculis manifestauit: ac vitam suā p singulos etatum gradus / infantie / pueritie / adolescentie / iuuentutis nobis dedit. Adijciens mortem / resurrectionē / ascensionē / ac spiritussancti missionem: vt sua conceptio mūdet nostrā / sua vita instruat nostrā / mors sua destruat nostrā / resurrectio sua precedat nostrā / ascēsio sua preparet nostrā: missus spiritus suus adiuuet infirmitatē nostrā. Ut quoq̄ hec omnia in perpetua maneāt memoria ⁊ in effectu atq̄ fructu noua: etiā seipsum in cibū nobis tradidit in viuifico sacro: quo omniū premissorū bonorū recēti efficacia aīam nutrit: reficit et impinguat. Illa sunt bona ineffabilia quibꝰ vt breui verbo cūcta cōcludā: inquit Bernar. nihil melius inuenire poterat: vnde nos redimeret sapiētia dei: in omni sapientia sua. Nam oia tribuit trinitas benedicta. Pr vt seruū redimat. filio non parcit. Filius seipsū libētissime tradidit: ⁊ ipe spūs postulat p nobis gemitibꝰ inenarrabilibus. ¶ Cū his oibus cōdigne rñdere sacerdos non valēs: recte ait. Quid retribuā dño p oibus scz bonis: q̄ retribuit: nedū oibꝰ generalr in his que pdicta sunt: sed ⁊ spāliter mihi. Mihi inquā in mei sue creature benigna cōseruatione: in longanimi mee cōuersionis expectatiōe: in boni propositi īspiratiōe: in sacrox suox ablutiōe: i eucharistie suauissima refectione. Retribuit inqt. Retributio actus est eius q̄ ab alio beneficiū aliqd accipit: qd retribuendo per aliud recōpensat. Sz quid ego tribui dño: vt bona illa magnifica retribueret ⁊ mihi. Si boni quid cogito sibi rependere: ab ipso immittitur cogitatio: qr non sumus sufficiētes aliqd cogitare a nobis: quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex deo est. Et boni qd operatus sum vt sibi retribuerem: id recepi eo donatore. Omne nāq̄ datum optimum / ⁊ omne donū perfectū desursum est: descēdens a patre luminū. Si sibi seruiēdo: mādata sua executus sum: nullū pfectū sibi attuli: ipso teste. Cū feceritis quecunq̄ precepta sunt vobis dicite. Inutiles serui sumus. Et breuiter quecunq̄ bona obtuli: ab eo recepi: non ipse donaui. Quid habes qd nō accepisti: ait apls. Quid igitur dedi dño pro his que retribuit mihi? Nihil profecto ex me: nihil meū reperi: nihil pprium possedi. Unū est qd preter te habeo o dñe: scz pctm. Huius tu nō es autor: sed ego peccator. Tu mihi id non retribuisti: sed ego sine te id pfeci. Sine te factum est nihil: ait Joannes. Nihil id est pctm fm glo. bti August. Retribuisti igit mihi hec ⁊ alia innumerabilia bona pro meis malis: pro meis pctis. Nihil etiā: qd est malū entis priuatio. Et me bonū aliqd: ens aliqd fecit tua potētissima creatio. Peccaui in adā tui mandati preuaricatore: ⁊ me redemisti in xpo perditorū saluatore. Peccaui in meipso ex puerili mea volūtate: nec statim me pdidisti ex tua benignitate. Peccaui ⁊ malū corā te feci: ⁊ tu ignouisti: ac penitentiā inspirasti. Defeci: ⁊ sumui: ⁊ sitiui exeritū mearū tenuitate: tu me pauisti: ⁊ potasti proprio corpore / ⁊ sacratissimo tuo sanguine. Ecce soli in me defectus inueniunt: ⁊ non nisi bona excellentissima retribuuntur: bona ergo p malis que meruimus: tribuunt: quos pro malis punire poterat: bonis suis obruebat: nō tñ bona ista nostra mala meruerunt. Sed quō retribuuntur: aut cuius merito: si nō meo? Meis enim meritis nō bona debentur: sed pena. Certa merito dñi mei qui prior dilexit nos: et quis dilexit: male meritis nostris suo merito bona cuncta cōpensauit. Sic retribuit. i. iterū tribuit gratiā pro gra. Gratiam iustificationis gratis oino tribuit: qua mereri poteramꝰ: ⁊ pro gratia qua iustificati sumus: ⁊ opa meritoria egimus: gratiā vberiorem: qua cresceremꝰ: roborarem: magnificaremur: retribuit. Quid igit? Nūquid hos defectꝰ meos iterabo: tanta recipiens bona? Absit. Impietatis que voluntatis est: mala pro bonis retribuere. Quid igitur retribuam: qui nihil proprium nisi defectus habeo? Certe ne laqueis ingratitudinis irretiar: beneficium a te gratis prestitum gratꝰ recipiam: et ad dandum beneficia ampliora te prouocabo. Nā Cassiod. teste. Spem de futuris bonis recipit: qui transacta beneficia recognoscit. Inuitatur ad magna: q̄ gratanter accipit modi-

Jo. xiij.
Hester.

Hugo.

Oia que in mundo sūt vtilitati hominis seruiunt.

Bernar.

Jaco. i.

Luce. xvij.

i. Cor. iiij.

Augustinꝰ

Cassiodo.

ea. Accipiam igitur beneficium dñi magnũ cum
magna gratitudine: quod accipiendũ instituit
ex magna charitate. Hinc sequitur secũda pars
presentis orationis ¶ D Calicem salutaris acci
piam. Accipiam: sitibundus et ex defectu humo-
ris gratie: ⁊ roris benedictionis diuine. Calicem
vt inde refocillationem capiam: ne ambulans
iuxta fontem huius liquoris saluberrimi: pereaꝫ
ex negligentia et desidia accedendi. Accipiã ego
aridus ad fructificandum calicem salutaris: ex
quo scaturit aqua: quam qui bibit non sitiet in
eternũ. Accipiam ego immundus ⁊ peccatorum
sordibus maculatus: calicẽ salutaris: vt in ipsiꝰ
puritate feces peccatorum abstergantur: vnusqꝫ
esse merear eorũ: qui lauerunt stolas suas in san-
guine agni. Accipiã ego ambulaturus per viam
grandẽ: que restat ad celestẽ patriã: calicem salu
taris: ne in via deficiã cũ filijs israel proficiscenti
bus ad terram promissionis: quibꝰ nisi aqua me
ritis moysi fuisset ministrata de petra deserti quã
percussit: siti miserabiliter perijssent. Accipiam
ego cecitate peccatorum percussus: calicẽ saluta
ris: vt oculi rationis mee illustrentur: quemadmo-
dum longino latus dñi perforanti: sanguis de pe
ctore dñi decurrens visuꝫ: vt historie referunt: re
stituit oculorum et mentẽ eius fide vt xp̄m dei fi-
liũ crederet: illustrauit. Accipiam calicem saluta
ris. i. xp̄i sanguinẽ: quẽ discipulis suis in cena vl-
tima ministrauit dicẽs. Bibite ex hoc oẽs. Hic
est calix sanguinis mei: sanguinis quẽ i cruce pẽ-
dens largiter effudit: dũ vnus militũ latus eius
lancea perforauit: ex quo ꝯtinuo sanguis ⁊ aqua
exiuit. Sanguis quem in sua gloriosa resurrectio
ne ꝑ integritate nature sue mirifice reassumpsit.
Sanguis quem in memoriam sue passionis su-
mendũ nobis cõmendauit: dicens. Hec quotiẽs
cunqꝫ feceritis: in mei memoriam facietis. Salu
taris. i. xp̄i nostri saluatoris: qui qꝛ est nostre salu
tis reparator ⁊ autor: vere salutare nostrũ appel
latur. Unde Simeon. Uiderunt oculi mei saluta
re tuum. i. christum saluatorem: ⁊ Luc. iij. dr. Ui-
debit omnis caro salutare dei. Salutaris nãqꝫ
dicitur: quasi salutem optans vel desiderans: qđ
de nemine dici põt sicut de xp̄o: qui tñ nostrã sa-
lutem desiderauit: vt ꝑ ea passionẽ subyt: ac san-
guinẽ ꝓprium fudit. ¶ Uel potest aliter exponi.
Accipiã calicẽ salutarꝭ. i. sanguinẽ salutarꝭ intrã-
sitiue. i. sanguinẽ xp̄i qui est salutaris: quia salu-
tem nostram effecit: dum in cruce fusus nos deo
patri recõciliauit. ¶ E Sequitur tertia pars. Et
nomen dñi inuocabo: vt sanguis ille salutaris in
se: fiat mihi salutaris: me liberando a pctis: qui
pro multis effusus est in remissionẽ pctõrũ. No
men dñi inuocabo: calicem salutaris accipiens:
vt veniat super me sanguis ille sacratissimus cũ
bñdictiõe: quẽ sup se spargi insani iudei postula
bant. Sanguis eius inquiunt: super nos: ⁊ super
filios nostros. ¶ Sequitur. Laudans inuocabo
dominum. Laudans xp̄m de tãta beneficẽtia ex-
hibita: qua nedũ hunc sanguinẽ fudit: sed ⁊ ipsuꝫ
in potum salutarem nobis dedit. Et quis ingra-
tissimus et irreligiosus pro tanto beneficio non
laudaret xp̄m dominuꝫ? Seuerius dominꝰ seruũ
suum iudicat qui beneficia eius suscipiens: dñm
nõ extollit: aut se beneficijs indignũ indicat: be-
neficientiã domini laudibus non agnoscẽs. Lau
dans igitur inuocabo dominũ: sumẽdo hoc ma-
gnificum beneficium. Et ab inimicis meis saluꝰ
ero: et virtute dati beneficij. Habet enim virtu-
tem magnificaꝫ sanguis ille salutaris. Extinguit
quidem ardorem carnalis cõcupiscentie: terrẽ-

Luc. iij.

Sãguis sa
lutaris ma
gnificaꝫ hꝫ
virtutem.

stit fomiteꝫ peccãti: cuius est motus inordinatos
excitare: ⁊ per hoc valet cõtra inimicũ intraneũ:
qui est propria caro. Rursus inebriat mentẽ san-
guis ille potatꝰ celica dulcedine: recolligit vires
anime: ⁊ in xp̄i vulnera potantẽ trãsmittit: vt illa
contempletur: ex quibus tanq̃ fontibus vberri-
mis sanguis ille profluxit: et per hoc valet cõtra
inimicũ extraneum: mundũ vcꝫ q̃ mentem disper
git ꝑ vana desideria: per caducos honores ⁊ po-
tentatus: quibus inherens a xp̄o sanguinẽ fun-
dente elongat. ¶ Demũ accendit cor: ⁊ inflãmat
affectum: vt beneficio per amorẽ ⁊ dilectionẽ iun
gat: qui non nostris meritis: sed sua gratuita vo
luntate sanguinẽ illũ potabilẽ sub speciebus vi-
ni ministrauit: ⁊ per hoc valet cõtra inimicũ pes-
simũ: diabolũ scꝫ: qui menteꝫ ab amore xp̄i reuo-
cat: eamqꝫ facit supbire: vt sicut ipse superbiẽdo
a beatitudine corruit: sic ⁊ illa ab eadem per sup-
biam separetur. Sic igiť laudãs inuocabo dñm
in sumptione preclari huius calicis ⁊ vtilissimi xp̄i
sanguinis: vt saluus fiam ab omnibus inimicis
meis per dñi singularem ꝓtectionẽ: cuius nomẽ
magnificũ cũ laudibus inuoco: ⁊ per virtutẽ san
guinis dñi quẽ bibã: per queꝫ facti sumus ꝓpin-
qui dño: qui ab eodem longe distabamus: dicẽte
aplo. Nũc aũt in xp̄o iesu vos qui aliquãdo era
tis longe: facti estis prope in sanguine xp̄i. Dum
autẽ sacerdos orationem hãc profert dicens. Ca
licem dñi accipiam. Caliceꝫ ipsum detectũ: facta
prius deuota inclinatione: tota cũ deuotione re-
uerenter in manus sumit: summa ⁊ omni qua va
let mentis puritate: semotis peregrinis cogita-
tibus: soli domini sanguinis effusioni in cruce
pro se / et toto genere humano facte intentus:
ipsum xp̄i sanguinem preciosum sub vini specie
latentem: fideliter ⁊ caute vna cũ particula san-
guini commixta sumat. Hec aut similia animo
meditando. Refice domine iesu animã meã per-
fecta refectione preciosissimi cibi et potus: vt per
eam ad perfectissimam illam regni tui refectionẽ
peruenire merear: vbi te non iam sub mysterio-
rum symbolis: sed clare facie ad faciem: et vide-
re et frui merear in eternum. Sumpto autem ca-
lice caute vt nihil in eo permaneat: dicit oratio-
nem que sequitur.

Sãguis domini nostri ie

su christi custodiat animã meã in vitam eternaꝫ.
Amẽ. ¶ Post orationes quas cõmunioni inter-
seruit: sequuntur alie orationes quas sumpte cõ
munioni sub vtraqꝫ specie superaddit. Et diui-
dit in duo. Nã primo facit orationeꝫ sumptionẽ
facti sub speciebus vini spãliter respiciẽtem. Se
cundo addit orationes factas sub vtrisqꝫ specie-
bus sumptũ cõcernentes: ibi. Corpus tuum dñe
qđ sumpsimus. ¶ Circa primũ. Sicut post sum-
ptionem corporis facta est oratio pro salute spe-
randa ex eiusdem corporis manducatione: ita
post potationẽ sanguinis dñi: subiungitur oratio ꝑ
salute percipiẽda ex eiusdem sanguinis sumptio
ne. Unde dicit. Sãguis domini: qui est fons ⁊ la-
uacrũ nostre emundationis et sctificationis: vt
dicit Paulus. Sanguis dñi: qui est precium no-
stre redẽptionis ac reparationis: vt ait Petrus.
Sanguis dñi nũc a me potatꝰ: vt calix bñdictio-
nis. Custodiat: in vite innocẽtia: ⁊ cordis purita-
te: ne post ipsius sumptionẽ recedam a discipula
tu xp̄i: sanguinẽ istum purissimũ ꝑ mortalia pec
cata inhonorans: sicut fecit iudas proditor post
huius cibi refectionem: ⁊ sanguinis potationeꝫ:
a consortio xp̄i discipulorumqꝫ eius se separans:
quem

Ephe. ij.

Ad titũ. ij.

I. Pet. ij.

quem sumpsit in mysterio: tradidit pro vili p̄cio: ipso infeliciter confitente. Peccaui tradens sanguinem iustū. (Mat. xxvij.) Custodiat ab illa percussione & plaga domini: ne primogenita mea: bona scʒ opera preterita per superueniens malū extinguantur. Sicut olim sanguis figuralis agni pascalis imolati postibus & superliminaribus domoꝝ illitus filios israel custodiuit ab angelo egyptioꝝ primogenita percutiente. Dignum rebellibus iudiciū dn̄o faciente. Exod. xij. (Exo. xij.) Custodiat in fortitudine & robore spūali: vt intrepidus aggrediar virtute huius sanguinis ad pugnandum contra vitia & bestias infernales: quemadmodū olim elephantes per ostensionē sanguinis excitabantur ad cōgrediendū formaliter in acie bellica contra aduersarios: vt legitur. j. Mach. vj. Seq̄tur. Animā meā de hoc lacu miserie & tribulationis. In vitā eternā: sicut patres sancti de limbo virtute hui⁹ sanguinis educti sunt in gaudium sempiternū zach. teste. c. ix. (zach. ix.) Tu vero in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo nō erat aqua cōsolationis vel salutaris. Perducat inquā & custodiat me bibentem in vitā eternam: iuxta p̄missuʒ saluatoris. Qui manducat meā carnē & bibit meū sanguinem: habet vitam eternā. (Joan. vj.) In hanc em̄ christus per hunc suū propriū sanguinē semel introiuit eterna redemptione inuenta. (Heb. ix.) Et nobis fiduciam ad introeundū per sanguinem eundē cōtulit: teste ap̄lo. (Heb. x.) Habentes itaqʒ fratres fiduciā in introitum sanctoꝝ per sanguinem x̄pi. Amen.

Corpus tuū domine quod

sumpsi: & sanguis quem potaui: adhereat visceribus meis: & presta vt in me non remaneat scelerū macula: quem sancta & pura refecerunt sacramēta. Qui viuis & regnas deus per omnia secula seculorū. Amen. ¶ Post orationē /cōmunionem sacramenti sub speciebus vini specialiter respicientem: orationes subdit /cōmunionem eiusdem sacramenti sub vtraqʒ specie concernentes. Et subdiuiditur pars illa in duas: s̄m duas ōones. In quarū prima petit per sacramenti corporis & sanguinis sumptionē: ab omni peccati macula purgari: qua impediretur ab ingressu regni. In secūda petit per eandem sibi remedium conferri: quo adiuuetur ad consecutionem gaudii sempiterni. Petit ergo in prima remoueri mala. In secunda cōcedi bona: ibi. Quod etc. ¶ Circa primū dicit. Corpus tuum dn̄e: verum & naturale: quod sumpsi sub speciebus panis. Et calix .i. sanguis tuus verus & proprius quem potaui sub speciebus vini de tua benignitate & clementia: adhereat visceribus meis: nō corporalibus: que vie sunt superfluitatū post digestionem relictarum: sed visceribus spūalibus: q̄ sunt voluntas & intellect⁹: q̄ vie sunt vite ale: cui⁹ sp̄alis cibus est op̄atio bona et meritoria: affectio sctā & cogitatio mūda. His em̄ ala spūalr nutritur & vegetatur. Sunt & vie p̄ q̄s intrat in alam cib⁹ ille sacr̄alis: corp⁹ scʒ x̄pi & sanguis: qui cibus sunt ale: nō corporis: vt dicit Ambro. (Ambro.) Illā per intellectū intrāt s̄m fidem & cognitionē: per voluntatē s̄m dilectionem & deuotionem. His visceribus: potentijs scʒ viribus animē: petit sacerdos: vt corpus & sanguis dn̄i adhereant: non s̄m substantiā: vt cibus corporalis adheret stomacho: sed adhereant per virtutem et efficaciam: causando & relinquēdo in eis post sumptionē spiritualem quandā leticiam & iocunditatem: vt sic fiat pregustatio illius diuine dulcedinis: q̄ in patria deū diligentib⁹ est parata: qua consortatus in via ardentius ad patriā aspirē: nec quasi desertus deficiam aut oberrem. Adhereat meis visceribus anime corpus tuū o dn̄e quod sumpsi vt non pertranseat mentē celeriter: quemadmodum quidam cibi corporales liquidi transeūtes per stomachum: nihil nutrimenti & liquoris post se relinquentes. Sed adhereat moram faciēs in anima: vt cibus solidus & nutritiuus stomacho consortans & corroborans animā in virtutibus & donis spūalibus. Adhereat eisdem visceribus sanguis tuus preciosissimus quem potaui: nō vt torrens veloci impetu percurrens: ea que tangit vix superficietenus humectans: sed adhereat vt oleū effusum quod vndiqʒ penetrat: vestigiaʒ sue post se pinguedinis diutine derelinques. Sic adhereat vt liquescere faciat animā in ei⁹ amore: & spūssancti pinguedinē: diuinamqʒ bonitatē diutius post sumptionem percipere & sentire. Sequitur. Et presta: q2 nisi tu prestiteris: ex nobis id perficere non possumus: vt in me .i. in visceribus anime mee nō remaneat in viribus scʒ & potentijs: post sumptionē & potationem istius medicinalis cibi & potus. Ulla scelerū macula: deturpans & deordinās animam factam ad superbenedicte trinitatis imaginem: per dona & beneficia spiritualia mirifice exornatā: quibus peccatū dum inest: animā priuat. Et per hoc dicitur ipm̄ maculare: q2 ornatū anime tollit: sicut auferens colorē pulchrū & viuidū a facie hominis: ipsam deturpare dicitur: licʒ nihil deformans in faciē introducat. Presta igitur (orat sacerdos) vt non remaneat vlla scelerū macula in anima: quantum ad omnes partes imaginis: neqʒ error in intellectu & ratione: quo obscuratur prima pars imaginis: ne in puro & sincero lumine conspicere possit alta et secreta huius sacramēti mysteria. Neqʒ remaneat aliqua culpa et dei offensa in voluntate: q̄ est alia pars imaginis q̄ sic per pctm̄ deordinatur: p̄ quāto p̄ pctm̄ tollitur donū charitatis et grē: q̄ vestis est nuptialis: per cui⁹ carentiā impedit: ne charitatiue et amorose vt debitū est: serat in deū olim creatorē: & huius sacramenti autorē. Neqʒ remaneat aliq̄ pc̄i macula in memoria: q̄ est tertia pars imaginis: puta obliuio b̄n̄ficioꝝ dei: per quaʒ ala retardat: ne ex eorū recordatione assurgat in laudē dei & gratiarū actiones. ¶ M Uel aliter orat sacerdos vt nō remaneat aliqua macula .i. pc̄i reat⁹ in ala: eius qʒ potentijs: vt videlicet quietet ab ol obligatione ad penā: que obligatio dici pōt macula: quia ipsa existente in anima: nequaq̄ admittitur ad gaudia beatorum: etiam si charitate & gratia adornetur. Necesse quidē est oēm peccati penā: qua ala debitrix tenetur ante beatitudinis ingressum solutā fore. sicut dixit Christus. (Mat. xviij.) Nisi efficiamini sicut paruuli (qui nullius pene sunt debitores: nec aliquibus peccatis obnoxij) non intrabitis in regnū celorum. ¶ Uel (vt dn̄s Alber. exponit) nō remaneat vlla pc̄i macula: talis & tanta: sicut dn̄s per Ezech. ca. xxiij. dicit de exasperatrice domo israel q̄ amatores: scilʒ demones prescindunt nasum & aures: & effodiunt oculos: qi priuāt alaʒ visu luminis spūalis: & discretione diuine bonitatʒ & auditu verborum spūssancti in allocutione cordis. (Alber.) Has aūt maculas delet & pulchritudinem reparat huius sacramēti cibus & pot⁹ spūalis. Unde beatus Ambrosius in persona sancte agnetis. (Ambrosi⁹.) Iā corpus (inquit) eius corpori meo sociatum est: et sanguis eius ornauit genas meas. Sic ergo nulla remaneat peccati macula. Quem sancta et pura refecerunt sacramenta. Pura: per priuationē omnis contagionis & macule pctōrū. Siquidem corpus & sanguis x̄pi: q̄ sunt res huius sacramēti.

formata sunt de purissimis sanguinibus marie: immediata summi artificis spũssancti operatione: qui nihil nisi purum efficere potest. Sctã omnium virtutũ et gratiarũ plenitudine: nedũ in se sed etiam causaliter quo ad nos: qui nos sctificat: et gratia ac sanctitate replet: nam de plenitudine eius omnes accepimus. Dicitur autẽ sacramẽta pluraliter: licet sit vnum sacramentũ vnitate integritatis et ordinis: vt dictũ est. 8. lec. liij. propter diuersitatem signoꝝ: contentoꝝ: et significatoꝝ. Signoꝝ: quia signa sacꝛalia: species scz panis et vini sub quibus verum christi corpus et sanguis verus continetur: sunt realiter diuersa. Siquidẽ alie sunt species vini: et alie panis. Contentorũ: quia corpus christi aliud est et differens realiter a sanguine eius: immo nec alterꝝ alterius pars est. Corpus enim animatum est et viuit: sanguis neqz viuit formaliter per animã sibi inherentẽ: neqz est animatus. Ideo nec corpus pars sanguinis: nec sanguis est pars corporis: lz tamẽ vtrũqz sub vtriusqz speciebus realiter etsi diuersimode contineã: vt dictũ est. 8. lec. xlij. et liij. Significatorũ: que sũt corpus christi mysticum: vt in ca. cum marthe. de cele. mis. Quod corpus mysticum ex multis membris diuersoꝝ statuum integratur: sicut corp⁹ xp̃i verum ex multis membris diuersoꝝ officioꝝ compaginatur. Sequitur. ¶ Et Refecerunt: non quidem viscera anime ſm suas substantias: non enim corpus sanguisqz xp̃i sumpta in sacramẽto vltra transierunt ſm suas substantias quam species sacramentales in quibus continentur. He aũt partes anime itellectualis: que in proposito viscera anime nominantur: nõ attingunt: sed in corpus intrant species: quod nutriunt et reficiunt: virtute anime vegetatiue: non intellectiue: vt sic. Refecerunt igitur hec anime viscera quantũ ad effectũ ab eis causatum: et derelictum ex digna eoꝝ sumptione. Sic enim refecerunt rationẽ et intellectum ipsum in sinceritate cognitionis illuminãdo. Voluntatẽ per amorẽ et dilectionem inflammando. Memoriã ad passionis rememorationẽ excitando: et suauitatẽ quandã et letitiã spũalẽ in toto homine efficiendo. Concluditur oratio. Qui viuis et regnas: qd frequenter expositum est. ¶ R Finita hac oratione: sacerdos ad cornu altaris accedit vt calicẽ ablnat: ac ablutionẽ calicis et digitorũ sumat. Calicem enim et digitos lauat: ne humor aliquis in calice remanens: aut panis particula aliqua digitis adherẽs: si qua foret: a digitis per ablutionem in calicem descenderet. Et sic simul cum ablutione reuerenter sumeretur. Sumit autẽ ablutionẽ post sacramenti sumptionẽ: quia vinũ rõne sue humiditatis est ablutiuũ: ideo sumitur ne alique reliquie in ore vel via ad stomachũ remaneant: qd ptinet ad reuerẽtiã sacti. Vñ de cele bra. mis. ca. ex parte dicit Inno. tertius: qꝫ semper sacerdos vino os perfundere debet: postquam totum perceperit eucharistie sacrm: nisi cũ eodẽ die aliã missam debuerit celebrare. Ne si forte vinũ perfusionis acciperet: celebrationẽ aliã impediret. Hec ibi. Et simili ratione perfundit digitos vino: qd postea sumit: quibus xp̃i sacrm tetigit: vt scz si aliqũ casu adhereat minutissima sacramẽti particula ablutiõe huiusmodi in calicẽ descẽdat et sumat. Sumpta ablutione adhuc digitos lauãt quidam in altari quidẽ post officiũ cõpletũ: que est tertia lotio digitorũ. Prima facta est in principio misse. Scda in medio ante canonẽ. Tertia que fit post sacramenti sumptionẽ: aut misse finẽ. Que tres lotiones ſm magistrũ in Rationali fiunt ad designandũ lotionẽ seu mundationẽ cogitationis locutionis et actionis. Vel ad designandam purgationẽ peccati originalis et actualis: criminalis et venialis: siue peccati quod agitur per ignorantiam: negligentiam et industriam: siue per ignorantiam: infirmitatem et malitiam. Ad quorum peccatorũ expiationẽ offertur sacrificiũ salutare. ¶ Fiũt hec etiam in cornu altaris dextro ſm eundem: quia hoc cornu populum iudaicum significat: de quo christus assumpsit naturam humanã: quam ab omnibus hominibus defectibus et penalitatibus fecit immunem in sua gloriosa resurrectione. Sic sacerdos christum representans purgat manus quibus corpus dñi sub sacramento contentũ tractauit in dextero altarĳ cornu: vt sic corporis xp̃i gloriam ex iudeorũ progenie sumpti per dextrum altaris designatorũ representaret. Fit etiã hec ablutio ſm Inno. quia indignũ esset qꝫ manus que corpus incorruptibile tractauerũt: corruptibile corp⁹ tãgant: nisi studiose lauent.* Ablutiõis aũt aqua dz in locũ mundũ et honestũ diffundi: vt altitudo sacramenti reuerentius honoretur. R

Innocen.

* Derit ecclesie ppe altare sunt piscine edificate ad hoc parate &c.

Quod ore sumpsimus domine pura mente capiamus: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum Amen.

¶ Postquam sacerdos in precedenti oratione respiciente cõionem sub vtraqz specie: petiuit remoueri mala: in hac oratiõe ad idem postulat conferri bona. Petit enim vt manducatio illa atqz potatio sacramentalis corporis et sanguinis dñi spũalem inferat refectionem et salutem tandem sempiternam. Unde ait. Quod ore sumpsimus: scz corporis et sanguinis dñi sacramentum non vt corporalem cibũ dentib⁹ tritũ: ac masticatum. Nec vt corporalem potum per guttur in ventrem descendentem digestum: et in corpus aliti conuersũ: quemadmodũ quidam discipuloꝝ retro abeuntiũ christum intellexerunt: dũ carnẽ suã manducandã: et sanguinem suum potandum: sub eterne damnationis pena docẽs astruebat: dicẽs. Amẽ amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis: et biberitis eius sanguinem non habebitis vitã in vobis. Qui manducat meam carnẽ: et bibit meũ sanguinẽ: habet vitã eternã. Non in illo intellectu carnali petit sacerdos corp⁹ dñi sumptũ: et sanguinẽ potatũ nobis suffragari. Sed petit vt corpus et sanguis dñi sub corporalibus speciebus panis et vini esibilibus et potabilibus sacꝛalr sumpti: nobis spũalr suffragentur. Et dicit sacerdos: sumpsimus pluraliter: per hoc signãs nõ pro se tm̃ sacrificiuz hoc obtulisse et sumpsisse: sed pro toto corpore christi mystico: cuius ipse pars est: et velut os huius corporis. Sacramentuz igitur inquit qd sumpsim⁹ in psona ecclesie: et fidelium: toti⁹ scz cleri et ppli: ore corporali mãducatione sacramẽtali: fac o Dñe: vt ipsum Capiam⁹ mẽte pura: ab oi sorde: et inqnamento pctoꝝ: scqz litrata a torpore et desidia tepidorũ. Plena fide: amore ac deuotione feruidorũ: spũaliter capiam⁹ ad robur ale et sustentamentũ spũaliũ actionũ. Sequitur. Et de munere: qd ex tuo dono et benignissima largitate accepim⁹: tpali: quãtuz ad species visibiles: et tẽporaliter mutabiles. Fiat nobis: fidelib⁹: tẽporalib⁹ mysterijs subiectis. Remediũ cõtra morbos spũales: nos ad virtuosorũ operationũ exercitiũ roborãs et confortans. Sempiternũ: ne pro nostro euo morbis et pctis spũalibus prosternamur: sed ad bñ operãdũ validi et robusti: in fine vite nostre vsqz persistamus: vtqz hoc viatico munere et remedio tpali: in extremo exitu nostri pcepto: ad verã btitudinẽ qz sempiternitatem perducamur

Joan. vi.

Joan. i.

Tres lectiones quid significent.

perducamur: qr nutrit z vegetat ad gratiā aīe vitaz qua reddit̄ digna: ad vitā verā z sempiternā. Unde. Qui mādućat hūc panē: vivet in eternū. Amē. ¶ M Quidā qz legēdo has orōnes calicē involvūt: post eius ablutionē corporalis palā sacculo imponūt: qd tñ ad ministros diaconū z subdiaconū ptinet: si adsunt. Et qz huius involutio mai⁹ tps reqrit: q̄ orōnū pmissaꝝ platio: ne ab orōnib⁹ vacātes locū distractioni aliorsum prestēt: cōmemorāt incarnationis mysteriū dī. Verbum caro factū est zc. Et rursus tāgētes digitis ablutis oculos: miraculū xp̄i cōmemorāt q̄ cecū quēdaz illuminavit: dicētes. Lutum fecit dñs ex sputo zc. Desiderātes z ipsi mēte illuminari sumptiōe hui⁹ sacri: sicut cec⁹ ille illuminatus est: restituto visu corpali. Alii legūt cāticū symeonis. Nūc dimittis: qd symeō senior cecinit: dū xp̄m a vgine matre p̄sentatū in vlnas suscepit: desiderātes hoc libī in vite hui⁹ termino ptingere: qd senior iste spūsctō plen⁹ in dicto cātico suppliciter postulabat. Addētes in fine ad virginis honorē hūc divinū cibū nobis generātē: antiphonā. Benedicta filia tu a dño: qz p te fructū vite cōicavimus: put quēqz sua devotio trahit. Que lz ecclesie ordinatione non sunt instituta: qz tñ in nullo sunt ei⁹ ordinatiōi ptra: nec devotiōis impeditiva: sz magis pmotiva ac p̄servativa a distractione noxia: ideo non sunt simpliciter reprobanda.

Joan. vi.

¶ Lectio. lxxxiiii.

Circa hanc materiam sacratissime communionis sacramenti eucharistie occurrunt aliq̄ dubia: nō inutiliter vt reor ppe finē hui⁹ operis pertractāda. Primum sum pro sacro qd fit de specieb⁹ cōtinētib⁹: z corpore et sanguine xp̄i ptēto. Scōm de ritu cōicādi sub vtraqz specie. Tertiū de effectu z fructu cōsequēte cōionē tā sacralē q̄ spūalē. Quartū de pena indigne sumētiū. Quintū de frequētatione hui⁹ sacratissimi mysterii. Sextū de negligētiis q̄ ptingunt in hui⁹ officii celebratione. ¶ Circa primū est dubiū duplex. Primum: q̄diu manet xp̄s corporaliter p̄sens sub specieb⁹. Scōm cū desinit eē sub specieb⁹ vbi maneat: seu quo pueniat. Quō de speciebus qd fiat: quō nutriāt dictū est. s. lec. xlv. De prima parte dubii dimissa opinione illa tāq̄ phātastica: z nulli soliditatis fundamēto innixa: quā recitat Ric. de media vil. in. iiii. dist. ix. q. ii. vbi dicit: q aliq negāt species in stomachuz descēdere. Sz hi dicūt ꝯ sensibilē experiētiā. Alii dicūt q emittunt̄ p sudorē: non p secessum. Que stio tāgit̄ de ꝯse. dis. ii. tāta. in glo. Sed vaticinia sunt: cū eīm cib⁹ nō emittit̄ p secessum: nisi pri⁹ sit a forma ppria trāsmutatus: nō indignū videt̄ q aliqd impurū sit in illis specieb⁹ fuit p secessum emittat̄. Nec illud quovis modo ꝯtingeret corpus xp̄i. ¶ Illis ergo tāq̄ improbabilib⁹ dimissis: de dicto dubio Alex. de ales par. iiii. q. liii. recitat quinqz opiniones. Prima eoꝝ q̄ dixerūt q corp⁹ xp̄i nūq̄ intrat in vētrē: sz cū est in ore: tūc est sub specie: sz qñ glutit̄: tūc nō intrat in vētrē. Ad hoc allegatur Aug. dicēs. Quādiu habes in ore: tādiū est in te: z nō ducit̄ in secessum: sz rapit̄ in excessum: sz specię panis dicūt trāsire in vētrē. Sed hāc opinionē improbat dicens. Hoc ptz nihil esse: cū nihil nisi sol⁹ de⁹ possit intrare substātiā aīe. Unū corp⁹ xp̄i animā intrare nō pōt. Ideo ad Aug. dici pōt: q intrāte specie in ventrē: z corpus xp̄i intrat in vētrē sicut in os vel pixidē. Intrare aūt in vētrē dupliciter dī: vel qz quantū ad substātiā: vel quātū ad efficaciā. Primo mō descēdit aliqd corp⁹ in vētrē etiā si nō sit cib⁹. Secūdo mō dū aliqd efficit in vētrē: vt vnguētū aliquod foris vētri applicatū. Silr aliqd intrare in animā ꝯtingit dupliciter. Vel quātū ad substantiā: vel quātū ad cibādi efficaciā. Primo mō intrat animā solū qd illabit̄ aīe: scz sol⁹ de⁹. Scdo mō etiā corp⁹ xp̄i dī intrare animā: qz ipsam reficit sacralīter z spūaliter sumptū p gratiaz: et illo mō corp⁹ xp̄i nō intrat in vētrē: sz in mentē: sicut dicūt scīl. Et ad aucto. Aug. dī q Augu. dī. q̄diu est in ore: a pte accipit totū. i. q̄diu est corporaliter in hoīe ipz sumēte in sacro substātialiter: tādiu est in mēte nō p substātiā: sz efficaciā. Unū nō vadit in secessum qd certū est: qz pri⁹ species deficiūt a ppria natura q̄ celebret̄ emissio supfluitatū ciboꝝ sumptoꝝ: sz rapit̄ i excessuz effective: faciēs animā sic rapi supra se in deū p cognitionē z amorez. ¶ B Alias recitat q̄tuor opiniones: et post ips sanct⁹ Bon. quas oēs Alex. aliquātulū sine quātum ad aliqua salvat. Prima est: q post cōsecrationē vbicūqz manēt species salva carnaz natura. i. in tali dispositione in qua possent afficere panē: si nō esset cōversus: ibi manet corpus xp̄i: sive species intrēt in ventrē aīalis bruti: sive hoīs: sive custodiant̄ in loco mūdo sive pyciant̄ in locū immūdū. Virt⁹ eīm ꝯsecrationis respicit species illas: ideo nō definit eas q̄diu sūt: qd est dictu. Corp⁹ xp̄i divina virtute z maxima ei⁹ dignatione: ex ꝯsecratione hostie cepit eē sub specieb⁹ panis: nec illas desinit q̄diu manet in sua dispositione naturali: in qua afficerēt panē: cūqz afficerēt: si ꝯversio facta nō esset: sic eīm corpus xp̄i sub specieb⁹ esse cepit p cōsecratiōis virtutē: hoc est: p vtutē dei ad plationē verboꝝ ꝯsecrationis: quēadmodū substātia panis sub illis prefuit: excepto q corpus xp̄i illis nō afficit̄: nec est ibi fm dimēsiones pprias circūscriptive: sed totū in toto zc. qz est ibi per cōversionē panis in ipsuz: vt. s. habitū est. Et ideo q̄diu maneret panis si cōversus nō esset: tādiu manet verū corp⁹ xp̄i in qd cōversus est panis. Interim ergo q nō alterant̄ species: intātū q panē sub se nō ꝯservarent: manet corp⁹ xp̄i vbicūqz fuerint. Duz vero intātuz alterant̄ q desineret panis substantia si vsqz tūc fuisset: desinit et sub eis esse corpus xp̄i. Unū cōcedūt illi: si mus vel porc⁹ traiicit species in vētrē: etiā corp⁹ xp̄i sub specieb⁹ descēdit: z manet: donec manet forma panis: nec tñ ex hoc corpus xp̄i polluit̄: aut digerit̄: seu in partes discerpit̄: sicut nec in sumptiōe ci⁹ ab hoīe: qz corp⁹ xp̄i nec attingi pōt: qz est sub specieb⁹ non dimēsive: nec ledi aut inqnari: qz est gloriosum. Utrū autē mus dz dici in casu q mādućet corp⁹ xp̄i: alia q̄stio est: z videt̄ Alex. dicere q nō mādućat corp⁹ xp̄i sacralīter: qd verū est: nec pprie carnaliter: qz nō attingit corpus: sed tm̄ species. Mādućat tñ eo mō carnaliter: qz mādućat id sub quo veraciter ꝯtinet̄: de q. s. cū ageret̄ de fractione. lec. lxx.

Richar. de media vil.

Augusti.

Intrare in ventrē dupliciter dī.

Aliquid intrare in animam dupliciter contingit.

Bonauē. Credēdū est inquit: q aliquo nihil de peccatis suis cogitante: sed tñ passionē xpi recolēte in sacramento eucharistie pctā venialia vel oīa vel aliqua remittanf per gratiam sic adiutā: scilz sumptione sacramenti. Et oīa illa siue sacramentalia vt eucharistia ⁊ vnctio ⁊ baptismus: siue sacramētalia: vt aspersio aque: episcopalis benedictio contritio/ mie exhibitio: orationis dñice deuota oratio/ faciunt ad deletionem: nō per ꝓpriam naturam: sed per ea q gratiā gratū facientē ad hūc actū adiuuāt ⁊ vigorāt. ¶ U Si queris quō adiuuant? Respōdet: dicendū q in talibus plurimū est humiliatio ⁊ deuotio: que est actus gratia informatus repugnans ipsi veniali pctō: qd feruorem charitatis ⁊ deuotionis quantuz est in se/ diminuit. Uel ea ratione qua est in eis penalitas: q repugnat inordinate delectationi. Uel prout illa pena iuncta est ordini gratie. Tenendum igitur est qd etsi venialia deleanf per penitētiā: possunt tñ per gratiam taliter adiutam deleri. Nec obest illud magistri dist.xxi.q.iiii.c viti. dicētis: qd ad remissionē venialiū sufficit oratio dñica cū ieiunio ⁊ eleemosynis: sic tñ vt precedat contritio: qz magister nō determinat precise modum delendi veniale: sed modum perfecte satisfaciēdi. Nemo autem pfecte satisfacit nisi in corde doleat: quantūcunq3 se exterius puniat: ⁊ hoc dico vel in generali: vel in speciali. Uenialia aūt non soluz per vim penitētie: sed etiā aliis modis deleri possunt vt tactum est. Hec Bonauen. ¶ Quid autem in veniali transeunte actu deleaf: an reatus culpe/ an reatus pene: alterius inquisitionis opus est. Potest tñ dici qd omnino reatus culpe deletur: ⁊ reatus pene in toto vel in parte. ¶ X Tertius effectus est inflammare seu accendere mentez in eo qd est dominice passionis memoriale. Super oīa quippe ad dei amorē accendit dñice passiois tanq summi nobis exhibiti memoria beneficii. Nā vt hāc in nobis accenderet dilectionē: dñs ⁊ carnem sumere: et mortē subire dignatus est.

Augustinus De quo beatus Augu. in de cathecizandis rudibus ait. Que maior causa est aduētus dñi: nisi vt ostēderet deus dilectionem suā in nobis commēdāns eam vehementer. Qz cum adhuc inimici essem⁹: christus pro nobis mortu⁹ est. Et sequitur. Maxime propter hoc christus aduenit: vt cognoscat homo quantum eum diligat deus. Et ideo cognosceret: vt in eius dilectionem qua prior dilectus est: inardesceret. Et beatus Gregorius secūdo moral. §.cxiii.

Gregorius Mediator inquit dei ⁊ hominum posset nobis etiam non moriendo succurrere: subuenire tamen moriendo hominibus voluit: quia nos videlicet minus amasset: nisi

⁊ vulnera

⁊ vulnera nostra susciperet. Nec vim nobis sue dilectionis ostenderet: nisi hoc quod a nobis tolleret ad tempus ipse sustineret. Et bea. Bernar. (Bernar.) Sufficeret inquit ad redemptionē orbis vna preciosissimi sanguinis xp̄i gutta: sed data est copia: vt virtus diligentis in beneficij redundantia claresceret. ¶ Fuit autem hec diuine charitatis ostē- (j. Joan. xiij.) sio nobis valde necessaria: vt per hoc ad dilectio- (j. Cor. xiij.) nem dei accenderemur. Cum enim dn̄s decreuit nullum beatificare nisi dilectione adhereret xp̄o redemptori: teste ap̄lo quem diligebat iesus. Qui non diligit: manet in morte. (Augustin⁹.) Et paulo. Si linguis hoīm loquar ⁊c. charitatē non habuero: nihil mihi prodest. Per nullū autem aliū modum ita voluntas nostra ad dei amorem allici potuit: ⁊ accendi: sicut per ostensionē tante sue dilectionis ꝓ hiis nullis nr̄is ꝓcedētibus meritis debite. De q̄ beatus Aug. xiij. de tri. c. x. latet pulchre loq̄tur. Quid enim ait: tam necessarium fuit ad erigendam spē nostram mentesq̨ mortalium conditione ipsius mortalitatis abiectas: ab immortalitatis desperatione liberandas: q̄ꝫ vt demonstraretur nobis quanti nos penderet deus: quantūq̨ diligeret. Quid vero huius rei tanto iudicio isto manifestius atq̨ preclarius: q̄ꝫ vt dei filius immutabiliter bonus: in se manens quod erat: ⁊ a nobis pro nobis accipiens quod non erat: preter sue nature detrimentū: nostrum dignatus est inire consortiū. Prius sine vllo malo suo merito mala nostra perferret. Ac suam credentibus quantum diligeret nos deus. Et quod desperabamus / iam sperātibus: dona i nos sua sine vllis bonis meritis nostris: immo precedentibus et malis nostris meritis in debita largitate cōferret. Et idem de cathe. ru. postq̄ꝫ dixerat hanc maiorem causam esse aduentus dn̄i: vt ostenderet deus dilectionem suam nobis: causam huius ostensiōis subinfert. Hoc autem inquit ideo: quia finis precepti et plenitudo legis charitas est: vt ⁊ nos inuicē diligamus: ⁊ ipsum deū qui prior dilexit nos: ⁊ filio suo vnigenito nō pepercit: sed pro nobis tradidit illū: si amare pigebat: saltem redamare nō pigeat. Nulla est enim ad amorem maior inuitatio: quā preuenire amando. Et nimis durus est animus: q̄ dilectionem etsi non libeat impendere: nolit ⁊ rependere. Etsi etiam superiores velint se ab inferioribus diligi: quanto amore inardescet inferior: cum a superiore se diligi senserit. Ibi em̄ gratior amor est: vbi nō estuat indigentie siccitate: sed vbertate beneficētie profluit. Quid aūt superius deo iudicāte? Et q̄d desperat⁹ hoīe peccatore? Hui⁹ ergo passiōis: hui⁹ inestimabilis dilectiōis memoriale ꝑpetuū ac nobilissimū dedit nobis dn̄s corpus suū ⁊ sanguinem in sacr̄m cibi et potus: in quo non minus nobis b̄n̄ficiū ostendit: q̄ꝫ in ipsa sua passiōe memorāda. Quis nō stupeat: q̄s nō mirec̄ tam incōprehensibilē dilectionē? Cui nō satis fuit seipꝫ nobis impēdere in redēptiōis preciū: nisi etiā se daret in cibū in memoriale perpetuum. Memoriale inquā nō minus re ip̄a memorāda. Sed ad tp̄m: vt nō deficeret in nobis vicariū amoris incēdium: vt vel sic a summo celo egressio ei⁹ ad nos in hoc sacramēto: ⁊ occursus ei⁹ vsq̨ ad summū eius nos secū traducēdo ad celestia nō inuenirētur inter hui⁹ sacramēti dignos perceptores qui se abscōderēt a calore ei⁹. ¶ v Hunc fructū sequitur quartus: data scꝫ patiētia. In eo siquidē q̄ sacramentū illud memoriale est patiētis dn̄i sūmaꝫ nobis in sua passione patiētiaꝫ exēplātis: nos ad (Heb. x.) tāte exēplū patiētie instruit ⁊ confortat. Patiētie vtiq̨ nobis valde necessarie: teste ap̄lo. Patiētia vobis necessaria est: vt voluntatē dei faciētes: reportetis promissionēꝫ i. vitam ꝓmissam s̄m glo. (Luce. xxi.) Nimirum: quia in patientia vestra possidebitis (j. Pe. ij.) animas vestras: ait saluator. Hic Petrus ad clarissimum patientie exemplum nos dirigens ait. Hec est gratia apud deum: scꝫ vt patiamini. Glo. In hoc em̄ vocati estis. Quia xp̄s passus est pro nobis: vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Qui peccatū nō fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur non maledicebat: cuꝫ pateref nō cōminabaf. Tradebat aūt iudicanti se iniuste. Qui pctā nr̄a ip̄e ꝑtulit in corpore suo super lignū: vt peccatis mortui: iusticie viuamus: cui⁹ liuore sanati estis. Eratis em̄ sicut oues errantes: sed conuersi estis nūc ad pastorem ⁊ episcopum animarū vestrarū. Pastorem illum qui posuit animā suam pro ouibus suis. Magnū patientie exemplū: quod rememoratum sufficit omnes impatientie nostre motus sedare. Quis enim tam iustus: quis tā delicatus: vt per impatientiā refugiat aut remurmuret pro pctis ꝓprius pati: cū dn̄m suū: caput suū: tāta passum recogitat pro pctis ipsi suo dn̄o alienis? Pudeat inq̄t Bern. sub spinato capite membrū fieri delicatū. (Bernar.) Hinc ⁊ ap̄ls paulus patiētiā i nobis plātare satagēs: ad idē xp̄i exemplū in nr̄o sacro cōtenti ⁊ significati mittit: ad Heb. xij. ita docēs. Deponētes oē pōdus: ⁊ circunstans nos pctm̄: ꝑ patiētiā curram⁹ ad ꝓpositum nobis certamen: aspiciētes in autorē fidei ⁊ cōsummatoreꝫ iesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē: confusione cōtēpta: atq̨ in dextera sedis dei sedet. Que ponēs btūs Aug. in glo. ibidē. Omnia inquit terrena bona cōtēpsit christus: vt in illis nō quererentur felicitas. (Augustin⁹.) Oīa terrena mala sustinuit: vt i bis nō timeref īfelicitas. Natus em̄ de matre: q̄ quāuis a viro intacta conceperit: semꝑ intacta ꝑmāserit: sobrio tn̄ desponsata fuit: in quo oīs carnalis nobilitatis tumorē extinxit. Nat⁹ est etiā in ciuitate bethleem: q̄ inter oēs iude ciuitates erat exigua. Noluit igif quēq̄ꝫ de terrene ciuitatiſ sublimitate gloriari. Pauper etiam factus est: cuius sunt oīa: ne de terrenis diuitijs quisq̄ꝫ extolleref. Noluit rex ab hominib⁹ fieri: q̄ humilitatis viā ostenderat miseris. Esuriuit q̄ omnes pascit. Sitiuit q̄ est fons sitientiū. Fatigatus ex itinere: qui viam fecit nobis in celū. Obmutuit ⁊ obsurduit ꝑ quē mutus locutus est: ⁊ surdus audiuit. Vinct⁹ ē qui infirmitatū vincula soluit. Mortu⁹ est q̄ mortuū suscitauit. Amore itaq̨ eius similia patiamur: tūc em̄ lex implebif: cū nō cupiditate rex temporaliū: sed charitate illi⁹ qui precipit fiunt quecūq̨ ꝑcepit. Hec Aug. Et quidē flagella cuadere nō possum⁹ si filij esse volumus. Quē em̄ diligit de⁹: castigat: flagellat aūt oēm filiū quem recipit. (Heb. xij.) Que tractās Aug. Oēm filiū etiā ait vnicū sine pctō. (Augustin⁹.) Et subdit. Exceptus es a passione flagellorū: exceptus es a numero filiorum. Unicus ille de patris substantia nat⁹: equalis patri in forma dei: verbū q̄ facta sunt omnia: nō habebat vbi flagellaretur. Ad hoc aūt carne indutus est vt sine flagello nō esset. Qui flagellat vnicū sine pctō: relinq̄t adoptatū qui est cū pctō. Unicus sine pctō nō tn̄ sine flagello exemplum nobis proposuit in passionibus suis. Nō ergo turbari debemus cuꝫ aliquis sanctus grauis et indigna perpetitur: si obliti non sumus que pertulerit iustus iustorum sanctusq̨ sanctorum. Ecce nihil ita in nobis patientiam gignit. sicut memoria patientissime passionis dominice nobis in exemplū premonstrate. Manifestum est eucharistia eiusdem passionis

memoriale efficacissimum: patientiam virtute propria et memorialis signi efficacia: operari: in his qui digne suscipiunt et devote.

¶ Lectio. lxxxvi. A

Primus aliquid de fructibus eucharistie considerate in ordine ad christum vere contentum: eiusque passionem: cuius est memoriale a christo institutum: Dicamus breviter de reliquis supra nominatis eius fructibus secundum alias eucharistie considerationes. Ergo quintus fructus est quod nutriendo alterat: cibatum videlicet convertendo in cibum. Et hic sequitur eucharistie sumptionem: in quantum est cibus et potus anime spiritualis. Hinc quod cibus est nutrit suscipientem. Spiritualiter quidem spiritum: sicut corporaliter cibus carnis: corpus. Longe tamen aliter et excellentius cibat et nutrit cibus ille animam. Cibat enim virtute celesti excellenter vincens cibatum: et ipsum convertens in se cibum. Neque est cibus ille terrenus sed celestis: celesti virtute nutriens: nobilior omni virtute humana. Unde dicitur. Non moyses dedit vobis panem de celo: sed pater meus dat vobis panem de celo verum. Et iterum. Hic est panis qui de celo descendit. Hac celesti immo supercelesti: et divina virtute vincit cibatum: se scilicet digne suscipientem: et convertit in seipsum. Cuius rationem Alber. lib. ii. de offi. misse reddit dicens. Huius ratio est. Quia cibus carnis a corpore nostro accipit cibandi potestatem: scilicet ab anima cibativa seu nutritiva: que ipsam alterat: et convertit in corporis cibati similitudinem. Et quia corpus cibatum corruptibile est et dissolubile ideo cibus in ipso corpore corrumpitur et dissolvitur: et utrumque cibus et corpus ad putredinem redigitur. Hoc autem corpus divinum si in nos mutaretur: nihil nobis proficeret: sed nobiscum periret. Quoniam autem virtus eius nostram vincit infirmitatem: et nos in se commutat: oportet quod nostra infirmitas in suam transeat divinam virtutem: et sic firmamur et perire non possumus ab ipso firmati in eternum. Hinc beatus Augu. refert ad se dictum lib. vii. confes. suarum. Cibus sum grandium: cresce et manducabis me: non tu me in te mutabis sicut cibum carnis tue: sed tu mutaberis in me. Cui non dissonat illud salvatoris. Omnia traham ad meipsum. Sicut enim in unam personam assumpsit naturam humanam: non consumens eam in seipso: sed unitatem persone traxit: ut in ipso esse divinum perciperet: sic convertit nos ad se non consumendo: sed ut esse suum divinum in sui sumptione perciperemus. Sic orat sponsa. Trahe me post te: ut in esse tuo et virtute feliciter sim: que mihi displiceo in meipsa. Huius cibi virtutem sensit apostolus cum dixit. Vivo autem iam non ego: vivit vero in me christus. Hec ergo est conversio alterans manducantem qui convertitur in christum quem manducat: quia virtutem accipit a christo manducato: per quam iam non vivit secundum carnem: sed vivit secundum christum. Hac enim sumptione incorporatur sumens christo: de qua incorporatione loquitur apostolus. Vos estis corpus christi: et membrum de membro: id est membra eius spiritualia christi de membro capite quod est christus: qui vobis influit hanc virtutem: que vos in ipsum convertit: ut membra eius efficiamini. Nullus invenitur illapsus intimior in corporalibus: quam ut cibus convertatur in cibatum. Manet enim iam non in se: sed in cibato. Vivit vita eius non sua. Sic in sumptione huius cibi fit conversio: et illapsus intimus: quo cibus christus illabitur anime sumentis: ipsamque convertit in se: ut anima non sibi vivat sed christo. Hoc est quod christus ipse ait. Qui manducat meam carnem: et bibit meum sanguinem: in me manet et ego in illo. Hanc conversionem anime in christum figurat ipsa conversio panis in christi carnem: sed ordine converso. Sicut et nutritio corporalis spiritualem representat converso ordine: cum ibi cibus in cibatum: hic cibatus convertitur in cibum. Nam in consecratione eucharistie fit transformatio seu conversio panis in essentia sua remanentibus accidentibus. In sumptione dum mens in deum transformatur: remanet quidem essentia mentis: que est ala: sed accidentia nova succedunt: non phantastica: inania mundana: sed deiformia. Et ideo sicut de hominibus voluptuosis et brutalibus concludit philosophia apud Boetium: quod deformatur in bestias. Ita de sapientibus dicitur: quod transformantur in deum. Vere sapientes sunt hunc cibum manducantes: saporem eius percipiunt. Sicut ergo primi belue sunt: aut pecora in effigie humana. Ita de secundis dici potest quod sunt dii sub humana specie transformati. ¶ B Sextus fructus est deperditi restauratio: qui et ipse sequitur sumptionem eucharistie ut est cibus a nobis manducatus. Vita spiritualis anime suo modo sicut corporalis conservatur in calido et humido debite commensuratis. Vita dico secunda: que consistit in actione: proveniensque a vita prima. Sicut enim non perditur vita essentialis anime: quia incorruptibilis: ita nec restauratur. Vicem calidi tenet charitas: intelligendo sub nomine charitatis eius fervorem in agendo. Vicem humidi quasi passivam accipimus affectionem bonam voluntatis. Vita enim anime christiane vita amoris est. Amor tuus vita tua: loquitur ad animam suam Hugo. Amorem intelligo non cuiuscunque: sed dei. Nam amor adversus: qui libido dicitur sine cupiditas: non vita: sed mors dicendus est. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo iubet deus. Subingit huius amoris effectum: et vives. Crescente vero libidine sive cupiditate: minuitur et obtunditur actus et fervor charitatis etiam si habitus permaneat. Itemque minuitur fervor ille charitatis et tepescit per longam mediam: sicut corporis vires evanescunt per longam abstinentiam: dum cibo non reficitur. Illo autem salutari eucharistie cibo sic deperditi huius restauratio. Nam de eo dicitur in cantico virginis. Esurientes implevit bonis: per que revertuntur pristine vires et homo revertitur ad statum debitum vigoris. Nam digne sumptus illuminat intellectum: affectum inflammat: mentem delectat: et totum hominem ad bene operandum promovet et reformat. Hinc regius propheta. Accedite ad eum et illuminamini. Auget enim fidem corporalis presentia christi in digne sumente: dum hoc fideliter credit: ad quod ratio naturalis non pertingit. Hinc dicitur Esa. vii. Butyrum et mel manducabit omnis homo qui relictus fuerit in medio terre ut sciat reprobare malum et eligere bonum. Mel divinitatem: butyrum humanitatem christi significat: quia qui manducat: scientiam acquirit reprobandi malum: et eligendi bonum. Hoc quoad primum. De secundo dicit Dam. Caro christi est tanquam carbo igniens cuius est inflammare et calefacere. Quisnam ad amorem non excitatur: dum tanquam edulium suum: christum qui ex ineffabili charitate se pro nobis in ara crucis obtulit: et in cibum se nobis tribuit cum devotione sumit? Sicut ergo ad presentiam carbonis ignei expellitur frigus: et corpus calet: sic ad presentiam christi fugatur frigiditas et tepor anime: et igne divini amoris ipsa inflammatur. De tertio dicitur in Psal. allegato. Gustate et videte: quoniam suavis est dominus

Joan. vi.

Albertus.

Joan. xii.

Can. i.

Gal. ii.

i. Cor. xii.

Joan. vi.

Luce. x.

Ps. xxxiii.

Esa. vii.

Damasc.

Et ecclesia canit de hoc sacramēto. O q̃ suauis est dñe spūs tu⁹: qui vt dulcedinē tuā in filios demonstrares: pane suauissimo de celo p̄stito esurientes reples bonis: fastidiosos diuites dimittis inanes. Eapropter figuratus est in māna: vt supra habitū est. Unde ꝛ de eo veri⁹ dicit id quod de māna ad literā scriptū est. Angeloꝝ esca nutriuisti populū tuū: ꝛ paratū panē de celo prestitisti illis sine labore: omne delectamentū in se habentem: ꝛ omnis saporis suauitatē. Substātiā enim tuā quā in filios habes/ostēdebas: ꝛ deseruiens vniuscuiusq; volūtati: ad qđ quisq; volebat: conuertebat. Glo. Māna significat panē qui de celo descēdit: ꝛ dat vitā mūdo: qui ait. Panis quē ego dedero: caro mea est pro mūdi vita. Cruciantur reprobi spirituali fame: ꝛ satiant electi celesti pane. Illi diuersis laborib⁹ preparant ad penā: isti diuina ope quotidie nutriunt ad vitam. Sua ergo delectatione cibus ille celestis restaurat virtutem operādi. Nam delectatio in opere conseruat operantē: qđ fuit quartum. ¶ C Sequentes duos fruct⁹: vnionis scꝫ ꝛ cōionis: parit hoc ecclesie eduliū cōsideratū: vt sacꝫm: nam vt dicit Augu. super Joānē. Dñs noster iesus xp̄s corpus ꝛ sanguinē suū in eis reb⁹ cōmendauit: q̄ ad vnū aliquid rediguntur. Ex multis nanq; granis vnus panis cōficit: ꝛ ex multis racemis vinū confluit. Ad hoc igit sub specie panis ꝛ vini dñs sacramētum instituit: vt vnionē hominū cū deo significaret per panē ꝛ vinū: qui ex multis in vnū collecti sunt. Unde ꝛ sacꝫm vnitatis dicit: nō tm̄ q: vnionem hanc significat: sed etiā q: eā efficit. Tribuit eñ suscipientib⁹ charitatē: aut p̄habitā augmētat: que vinculū est huius vnionis ꝛ perfectiōis. Unde ꝛ charitas dicitur quasi chara vnitas. Est ergo sacꝫm illud: sacꝫm charitatis: quia maxime charitate est exhibitū: in q̄ charitate dixit. Prouer. viij. Delitie mee esse cū filijs hominum. Ac per hoc est sacramentum vnitatis siue vnionis. Uoluit eñ xp̄s (vt dicit Augu.) vt homo particeps huius cene in deū ascēderet: ꝛ incorporatus sibi efficeret: particepsq; sue diuinitatis ꝛ humanitatis: sicut verbū patris in carne descēderat: ꝛ factū est omniū particeps: que vere sunt nr̄e humanitatis. Et hoc ipsum fuit maxime charitatꝭ. Hic autē ascensus in verbū patris per incorporationē directe fit per sacramēti istius participationē. Unde ꝛ apls. Un⁹ panis: ꝛ vnū corp⁹ multi sum⁹ oēs qui de vno pane: ꝛ de vno calice participamus. Et glo. sup illud. Et verbū caro factū est: ꝛ habitauit in nobis: dicit. Ut secure credant homines nasci ex deo. Hoc eñ p̄misit: qui nō ex sanguinib⁹ nec ex volūtate carnis: nec ex volūtate viri: sed ex deo nati sunt: subdit deū nasci ex homine. Ex hac susceptione infirmitatis: qua verbum nostrā infirmitatē assumpsit: sanat nostra infirmitas: vt possim⁹ dij vel filij dei fieri. Et hoc est. Et verbū caro factū est: ꝛ habitauit in nobꝭ: ac si dicat. Qđ superius fuerat: inferius descēderat: quid mirū si qđ inferi⁹ erat: in id quod superius est: ascendit. Ex hac ergo charitate vniente deū cū homine: ꝛ cū deo hominē: dicit sacramentum charitatis ꝛ vnitatis. Et ideo nō nisi in charitate ecclesiastice vnitatis cena hec sumēda est. Quod egregie signatū est Exo. xxv. ꝛ Leui. xxiiij. vbi dicit: q; panes ppositionis q̄ in mensa singulis sabbatis ponebant: calidi corā dño proponebant. Hoc signāte spiritusancto: q; panis sacramenti noui: q̄ in mēsa altaris cūctis fidelib⁹ proponit sumēd⁹: in calore charitatis debeat sumi. In mēsa altaris ecclesie: de quo solo licet cōmunionē acciperꝭ: q: extra ecclesiam panis cōionis ad salutē nō inuenit: sicut dicit in ps. lxxxiij. Passer inuenit sibi domū: ꝛ turtur nidū vbi reponat pullos suos. Altaria tua dñe virtutū rex meus ꝛ deus meus. Beati qui habitāt in domo tua domine. Que exponit Alb. nō penitus difformiter ad glosam. Passer mobilis secularibus negocijs cōtinue motū fidelē significat laicū. Turtur aūt castus: gemens p cantu: clericū significat: castitatis ꝛ mūdicie officijs mācipatū: p suis ꝛ alioꝝ peccatis gementē. Hi pullos quos nutriunt carnales filios vel spirituales nō nisi ad altare ecclesie portāt: pane sacramēti nutriēdos: scientes q; beati sunt qui habitāt in domo dñi: que est ecclesia. Alij aūt miseri ꝛ abiecti cōuenticula faciunt hereticoꝝ. Solū eñ: vt dictū est: in charitate ecclesiastice vnitatis accipi dꝫ hoc sacramentū: nō apud schismaticos vel hereticos. Hinc in ps. de ascendentib⁹ ad pascalis agni celebrationē dicitur. Hierusalē que edificat vt ciuitas: cui⁹ participatio eius in idipsum. Illuc eñ ascēderunt tribus trib⁹ dñi testimoniū israel: ad cōfitendū nomini dñi. Ecclesia eñ per hierusalē visionē pacis designat: q̄ vt ciuitas. i. ciuiū vnitas edificatur. Huius ecclesie participatio est in idipsum vnitatis ecclesie sacꝫm: q: ecclesia vnita corp⁹ christi tam mysticū: q̄ verū ex multis mēbris cōpositum sub specieb⁹ panis ꝛ vini contētū ꝛ signatū representat: qm̄ ꝛ ipsa fidelium ecclesia ex multis mēbris vna cōstat: diuersis quidē officijs: sed in vnitate fidei ꝛ charitatis sacramētorū ac spirit⁹ adunatis: vt tāgit apostol⁹. j. Cor. xij. ꝛ Eph. iiij. Ubi annumerationi diuersoꝝ statuū ecclesie: scꝫ apostoloꝝ euāgelistaꝝ: pastoꝝ: doctoꝝ: premisit. Unū corpus et vn⁹ spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre. Unus dñs: vna fides: vnū baptisma. Unus deus ꝛ pater omniū qui super oēs: ꝛ per oīa ꝛ in omnib⁹ nobis. Hāc vnionem corporis ac mēbroꝝ cū capite xp̄o: sacramētum hoc ꝛ significat ꝛ efficit. Hinc eñ in primitiua ecclesia dū fideles oēs diebus singulis eucharistiā participarūt. Erat multitudinis credētiū cor vnum ꝛ anima vna. Act. iiij. ¶ D Alter ecclesie eduli fructus vt sacramentū: considerati in ordine octauus: est cōmunio. Nā omniū oīe fideliū sacramētū hoc cōmunio vocitat. A grecis etiā doctorib⁹ sancta synaxeos: que sanctam cōmunionē significat: appellat. Hoc enim facit in nobis cōmunionē omnis boni ꝛ gratie. Nā per ipsum cōicamus fonti oīs gratie: angeloꝝ glorie sanctoꝝ meritis: passionib⁹ mystici corporis. Siquidem oīa facit cōia: diuina pariter ꝛ humana. Cōicamus in hoc sacꝫo fonti oīs gratie: q: cōicamus xp̄o: sic vt ipse sit in nobis: ꝛ nos in ipso: vt omnia sua inf[und]at nobis. Hic fons est cui⁹ aque foris deriuant: ac in plateis diuiduntur. In hoc fonte multe sunt vene iugibus gratiarum aquis manātes: quos pater in hoc sacramēto foras in cōione ecclesie tam triūphantis q̄ militātis p̄cipit deriuari: vt relegata inuidia priuate possessionis: gratiarū que sunt in filio per quē veritas ꝛ gratia facta est: oēs in cōione participes bonorum eius fiant: ꝛ in plateis late participationis bonū filij oēs participēt. Hic fons de quo mystice scribitur in lib. Hester. Fons paruus creuit in fluuium maximū: ꝛ in aquas plurimas redūdauit. Paruus enim fons dicit christus in hoc sacramēto: nō ariditate ꝛ fluxus gratiaꝝ paruitate: sꝫ humilitate: que q̄to pfundior: tāto plures cōtinet aquas gratiaꝝ. Hic fons licet multis effusionibus redūdet in donis: virtutib⁹ et sacra-

Sap. xvj.

Augusti.

Cor. iij.

Prouerb. viij.

j. Cor. x.

ij. Joan. j.

Ps. lxxxiij.

Passer laicus: turtur clericum significat.

Actuū. iiij.

Prouer. v.

Hester. j.

mentia tamē se in vnū colligēs in sacramento cō
munionis: creuit in fluuiū maximū. Ex isto vno
fluens totum: quod in alijs fluit diuisum. Hic re
dundat in aquas plurimas omnis generis gra-
tiarum. Hic enim est fons vite fluēs ea que vitam
perficiūt. Nā Qui bibit ex hac aqua: fiet in eo
fons saliēs in vitā eternā. Jo. iiij. ¶ E In isto fon
te qui in fluuiū maximū crescit: cōmoditates flu
uiorū sunt. Nam sordida lauat: arida rigat: que
apud nos sunt: nauibus deportat: vt vbi rara sunt:
magno cōmutentur precio. Et ea que alibi abun
dant: et apud nos deficiūt: reuehit: vt defectus no-
stri ex illis suppleantur. Omnia hec facit christus in
hoc sacramēto. Nā gratia sanguis sui lauat sor-
des peccatorum: vt supra dictū est. Dilexit enim nos
et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. (Apoca. j.)
Qui certissime operatur in hoc sacramēto. Rigat
arida nostra. Exiuit enim de latere christi in hoc
sacramēto sumpti aqua expiās et rigans omnia
nostra: vt plāte diuine in nobis cōualescant. De (Johel. iij.)
hoc fonte accipi potest illud. Fons de domo dñi
egredietur: et irrigabit torrentē spinarum. Quod expo
nens Alber. loco frequēter allegato. Domus do
mini: hoc est deitatis habitaculū: est corpus dñi
a quo fons fluxus violētissimi egreditur: et irrigat
torrentē vanitatis mūdi: hoc est locum per
quem vanitas mūdi cōsueuit ante decurrere ad
spinas peccatorum nutriendas: de quo clamat Au
gu. O torrēs vanitatis: quousque non siccaberis:
quousque inundaberis? Hoc autem fluxu domini-
ce gratie exiccatis spinis: modo rigatur cor sumen
tis ad fecūditatē frugū iustitie et aromatum om-
niū virtutū. Euehit etiam hic torrēs gratiarum
apud nos abūdantiā: vt vbi deficiūt: magno pre
tio cōmutentur: que sunt paupertas spiritus gemi-
tus pro peccatis: fletus: ieiunium: afflictiones et
castigationes corporis: que apud nos abūdant:
et in celis deficiūt: sed ibi cōmutantur: quibus nobis
magna bonorum pretia tribuuntur. Nauis autem hec
portās dominicum corpus est: cui per hoc sacra (Joan. iiij.)
mentū incorporamur. Hodie ascendēs in celum
nobis locū preparat: vt iterum veniens accipiat
nos ad seipsum in celum: vbi mercedes suas no-
bis dabit pro temporalibus eterna: pro miseria
beatitudinem: pro paupertate diuitias: pro labori
bus castigationibus et afflictionibus gaudiū et re-
quiē sine fine. Hinc Ecclesiastes. xj. Mitte panē (Eccle. xj.)
tuū sup transeūtes aquas: et post multa tempora
inuenies eū: quia fluxu longo aque iste redeūt: et in
comparabiles diuitias reportāt. Hoc enim agit
fluxus gratie: que fluit a christo: qui dat gratiam
vnde mereri possumus. Et iterū reuehit meritū
in deū: vt superabundāti premio meritū nostrum
cōmutet. Hoc quidē facit: dū per huius sacramen
ti sumptionē meritū nostrū suo merito coniun-
git: et ita ad patrē vehit. Nullū enim foret nostrū
meritū: si non per christi meritū fieret premio di
gnū. Et per hoc que in nobis deficiunt et in celis
abundāt: gaudiū scilicet cordis: spiritus cōsola-
tionē ac dulcedinē gustus diuinorum reportat. Vñ
in laudē ecclesie Prouer. vl. dicitur. Facta est quasi
nauis institoris: de lōge portās panē suū. Eccle-
sia enim facta est nauis institoris: qua guberna-
tione sancti spiritus mēs nostra in celū nauigat:
et deinde panis nos in dulcedine delectātis refe
ctionem reportat. ¶ Has ergo quatuor vtilissi-
mas cōmutationes operatur in nobis fons miseri
cordie christus: cū ei in sacramento communica
mur. Sordes nostre lauantur et defluunt. Arida no
stra rigantur: et fecūda fiūt. Labores nostri ad ipsm
referuntur: que sua merita premio dignos efficiūt.

Delitie celestes nobis aduehuntur: que omnia nō
stra in dulcedinem vertunt. Hinc dicit saluator.
Qui credit in me: flumina de ventre eius fluent (Joan. vij.)
aque viue. Hoc autē dixit de spiritu quem acce-
pturi erāt in ipsum credentes. Quod si spiritus san-
ctus in hoc sacramēto quo filius sumitur: non reci
pitur: vbi queso accipietur? Nec enim a filio spiri-
tus separari potest. Et si spiritus accipitur: omniū
bonorum cōmunio sequitur. Unde summarie in sum
ptione digna huius sacramēti: particeps fit ala
cunctis omniū bonorum meritorū christi: que nobis
meruit sua passione in cruce: cuius propter hoc
nobis datū est in eiusdē passionis efficacissimum
memoriale. Hec ergo est prima communio: qua
fonti gratiarū in sacramēto fecūdissimo commu
nicamus. ¶ F Prestat et nobis hoc sacramentū
cōmunionē glorie angelorum: pro quāto per huius (Per huius sacramenti perceptionem ruina angelorum restauratur.)
sacramēti perceptionē ruina angelorum restauratur.
Ministeriū quoque angelorum debitū effectū sortitur.
Unde gloria augetur in angelis: et iterū in nos re-
dundat. Ruina enim angelorum nō reparatur nisi ex
his qui incorporantur christo: sicut ipse dixit. Ne-
mo ascēdit in celū: nisi qui descēdit de celo: filius
hominis qui est in celo. Nemo ergo ascendit in
celū: nisi mēbrū filij hominis ipsi incorporatum. (Joan. iij.)
Siquidē non ascēdit filius hominis diuisus a
membris: sed totus ascēdit cū omnibus suis mēbris
sibi incorporatis: vt dicit glo. ibidem. Incorpora
mur autē christo per dignā huius sacramēti sum-
ptionē vt frequēter dictū est: et ita per huius sacra
menti perceptionē ruina angelica reparatur. Et (Hebre. j.)
per idē sui ministerij effectus sequitur. Sunt enim
vt ait apostolus: oēs administratorij spiritus in
ministeriū missi propter eos qui hereditatem ca
piunt salutis. Cū ergo per hoc sacramentū chri-
sto incorporati celos ascendimus: vbi est filius ho
minis sedēs ad dexterā patris: ad finē suū perue
nit angelorum ministeriū. Non autē modicum glo
rie habēt de impletione sui effectus custodie: cū (Luce. xv.)
de eis scriptū est Gaudiū erit coram angelis dei (Esa. xxxiij.)
super vno peccatore penitentiā agēte. Et ecōtra
Esa. xxxiij. Angeli pacis amare flebūt. i. ad modū
flentiū se habēt: quia desiderāt: vt christo sibi ad cu
stodiā cōmissi incorporentur: et sic redeāt: ac sic ve
niant ad cōmunionē glorie angelorum. Hinc et
hinc ministerio gaudētes adsistūt: vt dicit beatus
Greg. c. vl li. iiij. dial. et allegatur de conse. dist. ij.
c. quid sit sanguis. Quis (ait) fideliū habere du-
biū possit in ipsa immolationis hora ad sacerdo
tis vocem celos aperiri. In illo iesu christi myste
rio angelorum choros adesse: summis ima socia
ri: terrena celestibus iungi: vnumque ex visibilibus
et inuisibilibus fieri? ¶ G Communionē quoque
omniū sanctorum hoc sacramento cōsequimur: vt
quod deficit in singulis ex cōmuni abūdātia san
ctorum omniū suppleatur. Per hoc enim participa-
mus virtutes patriarcharū: illuminationes pro
phetarum: iustitias legislatorum: preconia christi pre
conū: dignitatē apostolorum: victorias martyrum: san
ctitatē cōfessorum: religionē monachorum: puritatem
anachoritarum: doctrinas doctorum: munditiam
virginū: luctū viduarū: eleemosynas curā dome
sticam gerentiū: splendorem innocentium: et om
nia merita sanctorum. Hec enim oia a christo in cor-
pus eius mysticū fluxerunt: et in efficacia corpo-
ris eius et sanguinis cōsistūt: et de quolibet in quē-
libet per charitatem spiritus christi referuntur et
redundant. Unde apls. Gratias agentes deo et (Colo. j.)
patri: qui dignos nos fecit in partem sortis san-
ctorū in lumine: qui eripuit nos de potestate te-
nebrarum: et transtulit in regnū filij dilectionis sue.

Per

Per cōmunionē em̄ xp̄i sortē oīs gratie cōmu-
nicamus cū omnibus sanctis in lumine.i.in no-
ticia dei:s͡m glo.vel in lumine.i.in operibus lu-
minosis:de quibus dicitur. Sic luceat lux vestra
coram hominib⁹ ⁊c. Et lucerne ardētes in mani-
bus vestris. Translati in regnū dilectionis filij:
qd̄ est regnū oīū sanctoꝝ:per hoc ꝙ corpori ⁊ san-
guini eius cōicamus:q2 vnitas membroꝝ suoꝝ
ad cor ⁊ caput:⁊ vna pticipatio sp̄ūs xp̄i in om-
nibus membris eius naturalibus signat ⁊ cau-
sat toti⁹ corporis mystici cōmunionē ⁊ sancti spi-
ritus cōicationē. Et sic sors gratie ⁊ glie vniuſ-
cuiusqꝫ sancti cōicaꝫ alijs:vt sp̄ūaliter impleaꝫ
in nobis:qd̄ de ecclesia primitiua dictū est. Gr̄a
magna erat in oībus eis:neqꝫ em̄ quisꝙ̄ egens
fuit inter eos. Quotquot em̄ erant possessiones
agrorum aut domoꝝ vendebant:⁊ ponebāt pre-
cia eoꝝ ante pedes apostoloꝝ. Diuidebaꝫ autē
vnicuiqꝫ prout cuiqꝫ opus erat. Sic em̄ ad vni-
uscuiusqꝫ necessitatē ⁊ idoneitatē diuidit sp̄ūs
sanctus:sp̄ūs.s.corporis xp̄i bona sanctorum vt
omnes abundent:⁊ nullus egens inueniaꝫ. Vn̄
Hec oīa(inquit apostolus)operatur vnus atqꝫ
idē sp̄ūs:diuidens singulis prout vult. Que tn̄
diuisio singulis facta per sp̄m:nō tātū singulis
proficit:sed singuloꝝ dona ad cōmunē vtilitatē
corporis(qd̄ est ecclesia ad quam donata sunt)
proficit. Unde ibidem dicit apl's. Unicuiqꝫ daꝫ
manifestatio sp̄ūs:ad vtilitatem.s.ecclesie. Nā
⁊ sequitur. Sicut em̄ corpus vnuꝫ est:⁊ membra
habet multa:omnia autem mēbra corporis cuꝫ
sint multa:vnū tn̄ corpus sunt:ita ⁊ xp̄s. Etenīꝫ
in vno spiritu oēs nos in vnum corpus baptiza-
ti sumus:⁊ oēs in vno spiritu potati sumus. Et
subdit. Sed deus temperauit corpus ei cui de-
erat abūdantiorē tribuendo honorem:vt nō sit
schisma in corpore:sed in idipsum pro se inuicē
sollicita sint mēbra. Ubi glo. beati Ambro. Ostē-
dit per similitudinē humani corporis vnitatem
corporis xp̄i.i.ecclesie habere varietatē officioꝝ
⁊ diuersitatē hanc nō tollere vnitatē:sicut hūa-
ni corporis vnitas nō in singularitate consistit:
sed in multis mēbris:vt sibi prestent qd̄ debent.
De hac vnitate ac bonoꝝ cōmuniōe gaudebat
propheta cū dicebat. Particeps ego suꝫ omniū
timentiū ⁊c:⁊ custodientium mandata tua. vbi
Cassio. Ita pphete portio est dn̄s vt particeps
sit nō vnius:sed oīm ecclesiaꝝ:tanta virtus vni-
tatis:vt cū particeps sit xp̄i humiliter:dī parti-
ceps famuloꝝ:qd̄ est ⁊ xp̄i esse participē. In hoc
ergo sacramēto q2 xp̄i participes efficimur:quē
sumimus:omniū famuloꝝ xp̄i:omniū.s.sancto-
rum participationē sortimur. Ex xp̄o em̄ capite
fluit gr̄a i mēbra:⁊ ex vno mēbro redūdat i aliud
propter vnam sui corporis cōmunionem. Sicut
em̄ in vno corpore naturali:vnū mēbrum sp̄m ⁊
sanguinem influit in aliud:ita multo magis in
spiritualibus membris corporis mystici:vnum
membrum sp̄ūs cōmunionē trāsmittit in aliud.
Hec est cōmunio sanctorū:de qua dicit in sym-
bolo. Credo in spiritūsanctum:sanctorum com-
munionem. Quia sicut s͡m naturā vnius corpo-
ris vnus est sp̄ūs:ita vnius corporis xp̄i vn⁹ est
sp̄ūssanctus:qui in totum corpus vebit vitam ⁊
virtutem:⁊ oīa que sunt membris propria facit
esse cōmunia. Un̄ ⁊ dictum est de primitiuis ec-
clesie membris. Multitudinis credentium erat
cor vnū ⁊ anima vna. Nec quisꝙ̄ eoꝝ que possi-
debat:aliquid suū esse dicebat:sꝫ erant oīa illis
cōia. ¶ H Sic ⁊ participatio dominici corpo-
ris cōmunicationeꝫ tribuit in passionibus my-
stici corporis xp̄i. Un̄ ⁊ apl's. Si quid patiꝫ vnū
membrū:cōpatiunꝫ omnia mēbra. Ideo passio
vnius membri per cōmunioneꝫ redūdat in alia
per miaꝫ ⁊ miserationes:quibus fluunt in mēbra
deficientia:cōpassiones:cordis:consolationes
oris:subuētiōes facultatū in eleemosynis:⁊ sup-
portationes infirmitatū in adiutorijs diuersis.
Cōpatiendo em̄ assimilamur capiti huius cor-
poris:qd̄ ex passione quā habuit ad nos:multis
se dedit passionib⁹:vt nobis per effectū subueni-
ret. Cui si cōpatimur:⁊ cōglorificabimur. Un̄. Si-
cut xp̄s pro nobis aīam suā posuit:ita ⁊ nos de-
bemus p fratrib⁹ aīas ponere. Quādiu em̄ xp̄s
patiꝫ in mēbris:nos oportet cōpati:si tn̄ corpis
volumus esse mēbra(Ad Ro.xij.)necessitatib⁹
sanctorum cōmunicantes. Hoc est em̄ cōicare
necessitatibus mēbroꝝ xp̄i:suscipere eorū neces-
sitatem corde per cōpassionē:gaudēdo cū gau-
dentibus:flendo cum flētib⁹:idip̄m sentientes.
Multa ad idē docet hortatur qꝫ scriptura. Hāc
aūt cōmiserationē vn̄ verius accipere possum⁹
nisi in hoc sacro:vbi illū sumimus in memoria
ineffabilis mie qua nostre perditioni cōpatiēs:
scelorum impēdit nobis in acerrimis doloribus
quib⁹ nostraꝫ miseriam subleuauit? Sic ergo in
hoc sacramento cum omnibus bonis cōmuni-
cationem sortimur:in quo oēs thesauri sapien-
tie ⁊ scientie dei sunt absconditi. In quo ⁊ prin-
cipiū oīs meriti oīm sanctoꝝ. Hec cōmunitas
thesaurus ille est:qui iuxta euangelium abscon-
ditus est in agro dn̄ici corporis:quē qui inuenit
abscondit:⁊ pre gaudio illius vadit ⁊ vendit oīa
que hꝫ:⁊ emit agrū istū. Hic est thesaur⁹ sapien-
tie:de qua philo. Sap.vij. Uenerunt mihi om-
nia bona pariter cum illa:⁊ innumerabilis ho-
nestas per manus illius. Infinitus em̄ est the-
saurus hoīb⁹:quo qui vsi sunt:participes facti
sunt amicitie dei. ¶ Facit etiam(ait Albertus)
hec sacri participatio verissimam humanorum
⁊ diuinorū cōmunionē. Per hanc em̄ deus cum
omnibus bonis suis est in hoīe:⁊ homo in deo.
Deus em̄ q̄ est oīa in oībus in hac cōmunione
suā altitudinē ad nos inclinat:⁊ nr̄am hūilita-
tem in se exaltat. Hinc de omnib⁹ credētib⁹ dī.
Erant perseuerantes in doctrina apostolorum:
⁊ cōmunicatione fractiōis panis ⁊ orone:quia
cōicatio fractionis panis,omniuꝫ bonoꝝ diui-
norum ⁊ hūanorum cōferebat cōicationē. Pro-
pter que ⁊ silia recte ⁊ vere ab hoīb⁹ sacri huius
participatio cōmunio noiaꝫ. ¶ I Sūt preterea
duo huius sacri fructus inquātū est antidotum
⁊ medicina aie:q̄ sunt sanare ab infirmitate:et
conseruare in sanitate. Operatur quippe hoc
sacramētū in hoīe ip̄m cōicando sumēte:sanita-
tem ab infirmitate preseruādo:causam infirmi-
tatis expellendo:⁊ sanitatem perditā reparādo.
Hec est medicina de qua Ecclesi.xxxviij. Altissi-
mus de terra creauit medicinā:⁊ vir prudēs nō
abhorrebit illam. De terra enim illa benedicta
dn̄ici corporis creauit nobis dn̄s medicinā gr̄e
preseruātem nos ab omni peccati infirmitate.
Uir ergo prudēs qui de futuris hꝫ prudentiaꝫ:
q.s. sine hac medicina nō pseruaꝫ homo ab hac
infirmitate:nō abhorret eā:q2 lꝫ sit apud impe-
ritos horribile sumere humanā carnē ⁊ hūanū
sanguinē:tn̄ i hoc sacro medicina ē supra modū
amplectēda. Sūt ei infirmitates septē capitales
ex malo fomitis semine:nisi pueniaꝫ pullulātes
de qb⁹ accipit illud. In sex tribulationib⁹ libera-
bit te:⁊ in septia nō tāget te malū. Sūt em̄ sex q̄
causanꝫ ab infirmitate corporis ⁊ mētis. A cor-

Mat. v.
Luce. xij.
Act. iiij.
I. Cor. xij.
Ps. cxviij.
Cassio.
Act. iiij.
I. Cor. xij.
Rom. xiij.
I. Joā. iij.
Col. ij.
Mat. xiij.
Sap. vij.
Actuum. ij
Duo sunt huius sacri fructus inquātū ē antidotū ⁊ medicina aie.
Eccle. xxxviij.
Job. v.

pore quidem gula:luxuria:auaritia. Ab ala tria
fm q est in corpore corrupto.s.ira ex sanguinis
accensione: accidia ex corporis ponderositate
inuidia ex cordis prauitate: qr scz timet ne alte
rius prosperitate ipe impediat. Septimum vo
scz supbia causat ex sola spus altitudine:in qua
nos nō tanget malu3:qr ab his nos corpus xpi
indigne sumptū preseruat. Si em sumentes cor
pus dñi ip3 (fm apli cōsiliū) dijudicātes: discre
tionis iudicio discernim9:quis est quē in sacro
sumimus:qr xps patris filius pro nostra salute
homo factus: mortēq3 eius annūciamus: consi
derando quid pro nobis egerit: qd've passus sit
quēadmodū nobis in exemplū imitatōis mor
tuus sit:nedū in cruce ponēs aiam suā: sed etiā
toto vite mortalis tpe:mūdo:peccato:q vniuer
sis vitijs. Siq3 deuote mūducauerimus: masti
cantes xpi humilitatē:qua seipm hūiliauit for
mā serui accipiēs factus obediēs patri vsq3 ad
mortē: mortem aūt crucis: humilē quoq3 ei9 in
gressum in hūc mūdum: atq3 pgressum: nō tan
get nos malū supbie. ¶ Si meditati fuerim9 xpi
charitatē: qua se totū nobis in hoc corporis et
sanguinis sui sacramēto in pignus eterne salu
tis pmisse donat: nō tanget nos malū inuidie.
¶ Si ruminauerimus quēadmodum impiger
fuerit ad labores oia faciēdo q sustinendo q ad
nostram salutē pficere. Pertransijt benefaciē
do q sanādo oēs oppressos a diabolo: vt ait Pe
trus. Nō tanget nos malū accidie. ¶ Si ei9 mā
suetudinem q patiētiam cogitauerimus: quib9
exprobrationes: irrisiones: blasphemias: crucē
q flagella sustinuit: velut agnus ductus ad victi
mam nō aperiēs os suū. Et petro teste. Cū male
diceretur: nō maledicebat: cū pateretur: nō cō
minabat. Nō tanget nos malū ire. ¶ Si aduer
terim9 q̄ liberaliter se: q sua nobis impēdit: car
nem in cibū: sanguinem in potum: animam in
preciu3: daturus diuinitatē suā in premiū: sicut
canit ecclesia. Se nascēs dedit sociū: cōuescens
in edulium se moriens in preciū: se regnans dat
in premiū. Nō tāget nos malum auaricie. ¶ Si
in mentē reducimus vite eius sobrietatem: ieiu
nia: parsimoniā: nō tāget nos malū gule. ¶ Si
puritatem qua de virgine nasci voluit: gaudijs
mundi ac carnis voluptati passionis amaritu
dinē opposuit: liberabimur a malo luxurie. Hec
signata sunt Tobie. vi. vbi Raphael qui medici
na dei interpretatur: ait Thobie iuniori. Cordis
eius particulam si super carbones ponas: fum9
eius extricat omne genus demoniorum. Omne
demoniorum genus in his septem vitijs quib9
preliant: accipitur. Hec est illa optima particu
la inter oia sacramēta: que nobis saluator exhi
buit: ideo posita super carbones igniti cordis:
statim fumat in affectu ad deū: q omnē vim ini
mici expellit a nobis. Fel autē valet ad vngēdos
oculos: in quib9 est albugo: q sanabunt. Fel em
sua amaritudine passionē xpi significat: de qua
in Threnis dr. c. iij. Recordare paupertatis q trās
gressiōis mee: absinthij q fellis. Hec fellea ama
ritudo patientie xpi extergit albuginē spissam:
quā nobis ante oculos vanitas mundi posuit: vt
nō videamus lumē celi: qr xpi amaritudo redu
cit oculos nostros a vanitate mūdi: que oculos
nostros obtexit: ad veritatē contēplādā. Sic er
go cibus iste in nobis operatur sanitatē causas
infirmitatū eradicando: q per hoc ab infirmita
te preseruādo. Cōtractā etiā infirmitatē per pec
catū qd incidim9 sanat: eisdē modis quib9 pec
catū tollit: de quo supra dictū est. Nec mirū: cū

1. Cor. xi.

Actuum. x.

1. Pet. ii.

in hoc sacramēto sumitur medicus ipse: qui ve
nit querere q saluū facere qd perierat. Qui oēs
laborantes vocat: dicens. Venite ad me omnes
qui laboratis q onerati estis: q ego reficiā vos.
Miro em modo studuit (ait Albertus) quō no
bis gratiam nos sanantē pararet: q inuenit sa
cramentū quo ipse medicus: ipe q medicina sem
per haberetur. Misit itaq3 verbū suū in hoc sa
cramento: q sanauit eos: q eripuit eos de interi
tionibus eorū: vt dr in psalmo cvi. ¶ R Conser
uat etiam sanitatē recuperatā ac restitutā eisdē
modis quib9 preseruat. Hinc in psal. dicit. Dñs
regit me: q nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me
collocauit. Loc9 pascue: loc9 refectiōis est: quo
ab inedia in bono corporis robore cōseruat pa
scendi: confortanturq3 vires per cibū cōueniē
tem. De qua cōfortatione in sequēti fructu sup
est dicendu3: de hoc exponit Albertus illud ps.
Collocauit illic: hoc est in terra fructifera esuriē
tes q sitientes: q constituerunt ciuitatē habita
tionis: q seminauerunt agros: q plātauerunt vi
neas: q fecerunt fructū natiuitatis. Ps. cvi. Esu
rientes sunt cibum corporis xpi desiderantes: q
sitientes sunt qui desiderant sanguinē xpi: hi cō
stituerunt se in hoc loco vbi est habitatio ciui
tatis dei: hoc est in ecclesia: q ibi semine iusticie
seminauerunt agros ab agēdo dictos: in quib9
crescit frumentū panis corporis xpi: q plantaue
runt vineas: in quibus crescit potus sanguinis
xpi: q in his fecerunt fructum dulcissimū grati e
sacramenti: quo cibamur: qui dr fructus natiui
tatis: quia ex eisdē q corporaliter q spūaliter na
scimur q nutrimur. ¶ Gratia em xpi nascimur:
q gratia xpi in sacramento nutrimur: ac eadem
gratia nutriti cōseruamur: ne iterum declinem9
in corruptionē peccati: qua anima nostra in ma
lis cōtabescat: q abomineť oēm escā salutarē. ap
propinquās vsq3 ad portas mortis. ¶ L Super
sunt vltimi duo fructus quos in nobis parit sa
lutaris eucharistie cibus: qr nostrū viaticū est:
hinc em roborat viatorem in itinere q ad termi
nū beatitudinis sublevat q perducit. ¶ Robo
rat quidem fm illud. Et panis cor hominis cō
firmat. Hoc pane angelorū in figura conforta
tus helias: dum in fortitudine cibi illius totum
desertum transijt: q ambulauit vsq3 ad montem
dei oreb: qd mensa interpretatur: in quo deo cō
iunctus est. Mensa hec societas est eterne glo
rie. Panis igitur corporis xpi confortat nos in
vita bona quadraginta diebus q quadraginta
noctibus: obseruantia.s. preceptorum decalogi
fm perfectionem euangelicā: vsq3 ad montē dei
oreb: vsq3 ad mensam dei: q conuiuas patrie ad
quā cū sedebimus satiabimur: fm illud. Satia
bor cū apparuerit gloria tua. Et fm beatū Am
bro. Dominici corporis figura precessit: qñ de9
in deserto patribus māna pluit: qr sicut ille pa
nis populum per desertū ad terram promissio
nis duxit: ita hec celestis esca fideles huius secu
li desertum transeuntes in celu3 sursum trahit.
Propter qd recte viaticum appellatur: quia in
via nos reficit: q ad patriā vsq3 perducit. Corro
borat etiā cōtra aduersariorum impugnationē
Vñ psalmo. xxij. Parasti in conspectu meo mē
sam aduersus eos qui tribulāt me. quod de mē
sa dominici corporis q sanguinis exponit glosa.
Eo ipso enim quo gratiam augmētat: q omnes
virtutes perficit arma tribuit fortes aduersarios
debellandi. Quem enim timebit qui dñm omniu
sorum in cuius ditione cuncta posita sunt: qui
fortem armatum fortior vicit: per hunc cibū in
corporatus

Mat. xi. Matth. xi.

Ps. ciij.

iij. Reg. xix.

Ps. xvi.

Ps. xxii.

